
DIVINARVM NOVI
Teſtamenti, ſiue

CHRISTI FILII DEI, NOVI TESTAMENTI MEDIATORIS, APPARITIONVM LIBRI TRES:

QVORVM PRIMVS ILLAM, QVAE IN PARTICVLARI IVDICIO omnibus dicitur apparere: ALTER Sacramentales, quibus ſub peregrinis ſpeciebus aliquando conſpicitur: TERTIVS Imperſonales, in quibus ſub alienis perſonis exhibetur, explicat.

AVCTORE PETRO THYRAEO, SOCIETATIS IESV, DOCTORE THEOLOGO.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina Mater. Cholini, ſumptibus Goſuini Cholini.

ANNO DOMINI M. DCIII.
Cum gratia & Priuileg. Caeſ. Maieſt.

8.38.O
92 K
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EVCHARIO SANGIO,

AVGVSTOPOLITANO PRAESVLI AMPLISS.

IVLII ANTISTITIS VVIRCEBVRGICI, DVCIS FRANC.

PROEPISCOPO,

VIRTVTIS, DOCTRINAE SANCTIORIS,

SAPIENTIAE RECONDITIORIS, TOTIVSQ. HVMANITATIS

EXEMPLARI, LVMINI PATRIAE,

AMICO HEV VNICO

POSTHVMVM HVNCCE PARTVM,

ΑΠΑΤΟΡΑ PARENTI OPTVMO,

DESERTVM PVPILLVM ORPHANOTROPHO LIBERALISS.

EMORIENS,

IN FIDEM DAT, COMMENDAT

PETR. THYRAEVS

ANNO. CIↃ· IↃCI. III. NON. DECEMB.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD EVNDEM REVERENDISS. D. EVCHARIVM.

EVCHARI, decus eruditionis,
Doctrinæ decus & politioris,
Decus præcipuum tuis amicis,
Decus præ reliquis tuo THYRAEO,
Heu quondam? cape pro tuo THYRAEO
Triſtes exuuias tui THYRAEI
Paucis ille quidem tibi dicauit
Ingeni monumenta, dum viæ ſe
Aptat (imperioſa longiores
Nempe Parca negat moras) id vnum
Additurus, vt has manu SACERDOS
DEO PRIMITIAS leuans ſacrata,
Ferres, MVNERA & VLTIMA iſta VITAE,
Mortis PRIMITIAS ſimul putare:.
Sic EXTREMA TIBI, DEOQVE PRIMA
Per te, demoriens dicat THYRAEVS
Pectus præcipuum in tuis amicis.

I. R.

INDEX

Digitized by Google

INDEX COPIOSIOR CAPITVM LIBRI, DE CHRISTI APPARITIONE in Particulari Iudicio.

CAPVT PRIMVM.

An præter Vniuerſale Iudicium, quod in fine ſeculorum inſtituetur, detur aliquod Particulare, quod ſingulis priuatim ſubeundum eſt, in fine vitæ ipſorum.

Dari aliquod docetur.

1. Aſſertione Iudicij generalis.
2. Exemplis Spirituum bonorũ, quos beatos iam eſſe, patet,
Definitione Eccleſiæ,
Propria quorundam confeßione,
Deſiderio eorundem viuentium,
Gloria corporum mortuorum,
Promißione Christi,
Exemplo Angelorum,
Authoritate Apoſtoli.
3. Exemplis Spirituum malorum, quos damnatos iam eſſe, patet
Definitione Eccleſiæ,
Propria quorundam confeßione,
Exemplo raptorum ad inferos,
Supplicijs allatis, corporibus
Exemplis epulonis,
Exemplo Dæmonum.
Authoritate Eccleſiaſt.
4. Sententia D. Pauli poſt mortem ſtatuentis Iudicium.
5. Ratione à tempore meritorum petita
6. Authoritatibus Patrum.
Cypriani,
Chryſoſtomi,
Auguſtini,
Damaſceni,
Ambroſij,
Confeßione Berengarij.

CAPVT SECVNDVM.

Non tolli, aut ſuperuacaneum eſſe Iudicium Vniuerſale in fine ſæculorum, quamuis præceſſerit ſingulorum Particulare.

Vniuerſale enim poſtulant.

Diuina prouidentia,
Proborum & improborum merita,
Humanæ vitæ conditio,
Christi humilitas, &c.

(*) 2 Ca-

CAPVT TERTIVM.

An ex quorundam Spirituum,quam habent iam felicitate,& aliorum quam patiuntur,miſeria,bene colligatur Iudicium Particulare.

1. *Felicitatem hominum non differri:ſed mox bene purgatis eandem tribui,certum eſt,*

Definitione Concil. { *Florent.* / *Trident.*

Definitione Pontif. { *Benedicti 12.* / *Innocent.3.*

Sententia Patrum antiquorum

Græcorum,	*Latinorum,*
Iuſtini,	*Cypriani,*
Origenis,	*Ambroſij,*
Chryſoſtomi,	*Auguſtini,*
Theodoreti,	*Bernardi,*
Theophilacti,	*Hilarij,*
Oecumenij,	*Prudentij*
&c.	*&c.*

Explicantur loca contraria eorundem Patrum.

2. *Sic damnationem hominum improborum non differri, ad extremum Iudicij Generalis diem extra omnem controuerſiam eſt.*

3. *Cum verò vtrique,tam hi,quàm priores illi,de ſtatu ſuo ſint certi(alioqui*

nec hi eſſent prorſus miſeri:

nec illi verè felices.)

Sequitur ſententia Iudicis, quæ in Particulari Iudicio fertur, hunc ipſis innoteſcere,ideoque ipſos iudicari, etiam ante diem extremum.

CAPVT QVARTVM.

An Saerarum Scripturarum teſtimonijs, & authoritate, doceri poſsit Iudicium Particulare ſingulorum.

1. *Scriptura quædam expreſsius videntur illud inſinuare,ſcilicet*

illa Ioannis 4.

Illa ad Heb.9.

Illa Eccleſ.11.

non tamen omnino probant.

2. *Quædam per conſequentiam quãdam,vt illa, quæ docent non differri meritorum retributionem ad generale Iudicium, vt docent ſequentes.*

Eccleſ.11.

Lucæ.22.

Actuum 7.

Philip.2.

2.Corinth.5.

Epheſio 4.

Hebræo.9.12.

Apocalyp.6.

Explicantur loca contraria dictis.

CA-

CAPVT QVINTVM.

An rectè aſtruatur Particulare Iudicium rationibus naturalibus, quæ tamen ſuum in fide habent fundamentum.

Non malè aſtruitur ex his.

1. *Quod retributio perfecta meritorum à Deo non fiat in hac vita.*
2. *Sed conuenientiſſimè fiat mox à ſingulorum morte:*
   Tum quod nulla cauſa cur differenda,
   Tum quia iuſta cauſa, cur ſtatim facienda:
   Cum lex Dei videatur id ſuadere:
   Confirmare idem Salomon & Tobias:
   Et fauere Philoſophi infideles, exemplis & ſententijs

CAPVT SEXTVM.

An exemplis, & rerum geſtarum hiſtoria, doceri poſsit præter generale, dari quoque Particulare Iudicium.

Probant non parum.

1. *Exempla hominum iudicatorum,*
   Doctoris Pariſienſis,
   Vdonis Magdeburgenſis,
   Stephani ferrarij,
   Militis apud Bedam,
   Religioſi apud eundem,
   Religioſi apud Climacbum,
   Conſtantini Copron.
2. *Exempla citatorum ad Iudicium,*
   Agreſtij heretici,
   Ferdinandi Regis Hiſpan.
   Religioſi Corbienſis,
   Arnoldi Epiſc. Mogunt.
   Abbatis Herſfendinſis,
   Ioannis Turſonis,
   Ligi Gotholanenſis,
   Franciſci Ducis Armoricorum,
   Philippi Pulchri,
   Paſnutij Benedicti,
   Stephani, Aegidij, &c.
3. *Exempla fruentium gaudijs cœleſtibus, aut ad illa tendentium.*
   Odilonis Abbatis,
   Sergij & Bacchi Martyrum,
   Traſilla Virginis,
   Euagrij Philoſophi,
   Martialis Epiſcopi,
   Eulaliæ Virginis,
   Hieronymi presbyteri,
   Seuerini Colonienſis Epiſc. &c.
4. *Exempla patientium pœnas infernales, aut ad illas raptorum*
   Religioſi cuiuſdam,
   Neſtoriani cuiuſdam,

(*) Chil-

Digitized by Google

Chilperici Regis
Pandulphi principis,
Gentilis cuiuſdam,
Virorum excitatorum à mortuis,
Ruſi cuiuſdam,
Stephani Romani,
Comitis Matiſconenſis,
Catarina Iuda.

CAPVT SEPTIMVM.

De perſonis, quæ ad Particulare Iudicium pertinent, & prima quæſtio eſt, de Angelis, tam bonis, quam malis.

Boni ad illud pertinent, illudque ſubierunt, vt conſtat ex felicitate, quã poßidere ipſos docet Chriſtus.
Inſinuat Raphael Angelus,
Doctores conſtanter affirmant,
Ratio confirmat,
Nec quidquam impedit.
Similiter illud ſubijſſe malos,
Inſinuant Apoſtoli,
Affirmant Doctores,
Ratio confirmat,
Nec quidquam prohibet,
Et vtrique mox illud ſubiuerunt, hi à caſu, illi à merito.

CAPVT OCTAVVM.

An in alia vita ad tempus, ob maculas quaſdam, purgandi hominum Spiritus, mox à morte hoc Particulare iudicium ſubeant.

Subire credi debet, cum conditionem ſuam non ignorent. Nam
Se nõ eſſe in numero felicium cognoſcunt ex malis, qua patiuntur, & loco, vbi patiuntur.
Nec eſſe in claſſe damnatorum intelligunt facilè.
Ex habitibus ſupernalibus quos habẽt
Ex loco vbi degunt,
Ex pœnarum ſocijs,
Ex occupationibus & ſtudijs,
Ex ſubſidijs, qua poſtulant à viuis.

CAPVT NONVM.

An qui cum ſolo peccato Originali hinc diſcedunt infantes Iudicium ſuſtineant Particulare.

Non patet his Infantibus aditus ad cælum.
Ob peccatum quod habent,
Atque ita docent Patres & Concilia,
Nec aliud habent ſcriptura
Sed tamen non traduntur pœnis infernalibus, cum per ſe Deum nõ offen-

offenderint.
Medius igitur ſtatus ijs erit inter beatos atque damnatos
teſte Nazianzeno,
Cui fauet ratio,

Nec obſtat quidquam,
Hunc medium ſtatum cum cognoſcant eiuſque cauſa & cognoſcant, ſtatim à morte, non malè dicitur eos à morte Particulare Iudicium ſubire.

CAPVT DECIMVM.

De negotijs, & Cauſis in Particulari Iudicio diſcutiendis: & principio, an quædam ad illud pertineant in eodemque tractentur

Dubium nullum, quin animarum ibi cauſæ & negotia tractentur, cum
1. *Vi intelligendi ſeparatæ omnes polleant,*
2. *Nec doloris vehementia perturbentur:*
3. *Aut diſtrahantur magnitudine gaudij:*

Et Iudex omninò credi poſſit velle iudicandas ſcire, iuſtam eſſe, quam ſingula reportant, mercedis retributionem.

CAPVT VNDECIMVM.

Quænam Cauſæ atque negotia ad particulare Iudicium pertinent.

Pertinent quadruplices.

Chriſti Domini noſtri merita,
Peccatum Originale,
Officia virtutum Chriſtian.
Peccata Actualia.
Quemadmodum cognoſcitur ex quatuor hominum generibus, qui in Iudicio iudicantur,

vt ſunt,
Beandi, tam adulti, quam infantes
Dānandi ad cruciatus infernales,
Purgandi igne purgatorio ad tempus diſcedentes ex hac vita, cum ſole peccato Originali
In his dicta cauſa locum habent.

CAPVT DVODECIMVM.

Quando primum in vſu eſſe cæperit Iudicium Particulare, præſertim apud homines.

Cæpit mox à morte hominum improborum, vt qui, per hæc ſupplicijs æternis adiudicati, & ſubiecti fuerunt etiam ante Chriſtum natum
Nec vllus proborum illud euaſit, quãuis ad felicitatem alterius vitæ nullus eorum admiſſus ſit ante Chriſti mortem.
Vtrumque egregiè docetur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Quandonam Iudicium Particulare exerceatur, ante ne, vel poſt, vel in ſingulorum hominum morte.

1. Poſſet omni tempore, in, ante, vel poſt mortem illud exerceri, ſi Deus ita vellet.

Pro Dei enim voluntate exercetur.

2. Non exercetur anima adhuc in corpore exiſtente.

Tum enim adhuc meritorum locus,

Nec probant contrarium, varia quæ afferuntur exempla, deſperatorum hominum,

Cum corpore ad cælum trãſlatorum

Cum corpore ad inferos raptorũ,

Apoſtolorum, quibus conſtitit ſua ſalus.

3. Præterea non diu poſt mortem differtur, nulla ſiquidem cauſa cur differri debeat.

Nec contrarium docent exempla

Doctoris Parienſis,

Curmæ Traiani,

Falconillæ, Platonis.

4. Exercetur in cuiuſq; hominis morte.

Hoc neceſſe eſt, ſi nec poſt, nec ante,

Sed & admodum hoc conueniens,

Et Florentino Concilio docetur.

5. Sed tamen aliquando in morte ſuſpenditur, & in aliud tempus, pro Dei voluntate differtur, idq; primò, in ijs, qui à morte aliquando reuocantur ad vitã tam bonis & iuſtis, quam improbis & iniuſtis, ſecundò, in ijs, qui ex ſupplicijs inferni transferuntur ad gaudia cæleſtia quamuis & dici poſſit etiam hos à morte iudicari.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

Quanto tempore peragatur Iudicium Particulare, cum ſingulis, quæ iudicantur, animabus.

Breuiſſimo admodum peragitur adeoque vnico momento.

Illo ſcilicet medio, poſt mortem, & aliam vitam, hinc Dominus aduẽtũ ſuũ comparat furi & fulguri.

Nec contrarium ſuadent, aut multitudo cauſarum, aut modus cauſas diſcutiendi, aut vlla exempla, quæ in contrarium poſſunt afferri.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Quonam loco Particulare Iudicium, cum ſingulorum animabus exerceatur.

1. Non exercetur in ſingulis animarum proprijs ſedibus.

Quia poſſeſſio ſediũ ſequitur iudiciũ.

2. Nec exercetur in cœlo.

Quia multi iudicati & iudicantur, qui cœlum nunquam intrarunt.

3. Exer-

3. Exercetur vbi anima corpora ae- ponũt, quocunq; hoc loco contingat.
Sequitur hoc ex dictis.
4. Non neceſſe eſt, vt Iudex deſcendat ad loca, vbi animæ iudicantur.
Solutio contrariorum locorum.

SEQVVNTVR CAPITA SECVNDAE PARTIS.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

An neceſſario ſit aliquis conſtituendus Iudex pro Parti- culari Iudicio.

Melius aliquis conſtituitur, quam negatur:
Tum quia Iudicium Iudicis eſt actus,
Tũ quia Vniuerſale ſuũ habet Iudicẽ
Tum quia Spiritus, dũ in hoc Iudicio Seruiunt, non latet ſententia Iudicis,
Tum quia ita ſentiunt Patres.
Fortè tamen non multum erraret, qui certum Iudicẽ negaret, à multis quoq; difficultatibus idem ſe expediret, ad quas, qui Iudicem admittunt, debent reſpondere.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM

Deus ne per ſe, an potius aliqua creatura. Angelus v. g. Iudicem agat in Particulari Iudicio.

Potuit Deus alicui Angelorum imponere mortalium hominum iudiciũ non hoc dubium.
Nullus Angelorum potuit Iudex fuiſſe omnium, qui ſunt iudicati.
Quia omnes iudicati.
Optimè dicitur Iudiciũ Particulare per ipſum Deum immediatè fieri
Ipſe enim omnes ad Iudicij effectum creauit.
Ipſe Iudicio poteſt effectum dare,
Ipſe valet authoritate apud iudicãdos
Ipſe meritò habet rationẽ legũ ſu ſtrũ
Ipſe poteſt præſtare, quæ in Iudicio neceſſaria.
Ipſe Iudex in Iudicio generali,
Ipſi meritò omnis creatura ſiſtitur, in fine vitæ.
Ipſe ſic miſericordiæ & iuſtitiæ dat argumenta.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus omnium à mundo condito iudicatorum fuerit Iudex.

Nullũ dubiũ, quin in vniuerſali omniũ Iudicio Chriſtus futurus ſit iudex.
Docent hoc Athanaſius,
Dominus ipſe, Petrus & Paulus.
Non omnium fuit Iudex in Particulari quia non ſemper fuit Chriſtus
Particularia ergò quædam Iudicia per Deum ſunt facta:
Vt omnia, quæ nõ per Chriſtum facta.
Quæ tamen merces in illis tributa.
beneficio Chriſti tributa.
Nam per ipſum ſaluati omnes.

CAPVT DECIMVM NONVM.

An Chriſto homini commiſſum ſit Particulare Iudicium cum hominibus exercendi.

Multa probant Chriſto commiſſam poteſtatem exercendi Iudicium Particulare.
B. Cyprianus Martyr,
Loca ſcripturæ,
Opera, quæ per filium Deus operatur,
Futuræ felicitatis conditio,
Iudicia per Chriſtum hic facta,
Apparitiones quædam.
Conueniens quoque eſt, vt quemadmodum in vniuerſali, ita in Particulari ſit Iudex Chriſtus homo:
Nam & hic humilitas Chriſti valet,
Et hic expedit intelligant ſummam Iudicis æquitatem,
Et hic non paruus honor ad Chriſtum deriuabitur per Iudicium.

CAPVT VIGESIMVM.

An inueniantur in Chriſto homine conditiones abſoluti Iudicis: Iuriſdictio, ſcilicet, ſcientia & Poteſtas.

Pro Iuriſdictione quam in omnes habet homines Chriſtus ſunt
Deus Pater, Chriſtus ipſe,
Apoſtolus Paulus, Archangelus Gabriel. &c.
Eſt & ſumma in Chriſto homine ſcientia,
Beata, ſcilicet, & infuſa,
Vtraque cognoſcit quæ ad hoc Iudicium neceſſaria.
Nec deeſt ipſi neceſſaria poteſtas docent hoc facta ipſius illuſtria,
Prophetæ & Apoſtoli.
Atque hæc poteſt:
Sibi ſiſtere iudicandos,
Sententiam in ipſos ferre,
Mercedem operum reddere,

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Vnde, & à quo Chriſtus homo acceperit poteſtatem exercendi Iudicium Particulare.

Non à ſe illam habet:
Quia non neceſſario coniuncta cum natura humana.
Habet eandem à Deo,
Vt à quo omne bonum eſt.
Et à Deo Patre eandem habet, atque à Spiritu ſancto: imo à ſeipſo Deo,
Quia à Deo trino omne bonum eſt.
Pater tamen potius dicitur dare filio Iudicandi poteſtatem quam Spiritus ſanctus:
Tum quod præcipuè in Patre omnis poteſtas reſideat.

Tum,

Tum quod fortè Patris nomen non tã perſona ſit, quam naturæ,

Tum quod nomen Patris multarum vtilium rerum nos admoneat.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

An Pater & Spiritus ſanctus ita filio poteſtatem iudicandi contulerint, vt ipſi iam nihil in Iudicio agant.

In omni Iudicio, cum Filio etiam Pater & Spiritus ſanctus habent ſuas partes,

Opera enim Trinitatis ſunt indiuiſa.

Et quidem principem locum habẽt Pater & Spiritus ſanctus cum verbo: Chriſtus q. vt inſtrumentum.

Quia Dei beneficio habet.

Duplicis inſtrumenti Chriſtus vices gerit in Iudicio coniuncti, & ſeparati: Sed diuerſo reſpectu.

Iudicium tamen dicitur tranſlatum in filium, & non eſſe apud Patrem aut Spiritum ſanctum.

Quia nullus, vt filius iudicat,

Non ſunt diſtincta Iudicia Chriſti & Trinitatis.

Ad plures ſe extendit Dei, quã Chriſti Iudicium,

Chriſti Iudicia poſſunt diſtingui duplicia: quædam in carne, quædam extra carnem peracta.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Quanta ſit poteſtas iudicandi in Chriſto, an æqualis cum Dei.

Ad plures iudicandos ſe Dei extendit quia ad omnes omninò rationales creaturas;

A tempore quo Iudicium Chriſto cõmiſſum eſt, ſine Chriſto nullus iudicatur.

Cur enim vnus præ alio.

Differt quoque Dei à Chriſti poteſtate.

Dei enim independens, nõ Chriſti.

Dei, retributio decernitur nõ Chriſti,

Dei ipſi conuenit ab intrinſeco, non Chriſti,

Dei primaria, non Chriſti.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Quo titulo, ſiue qua ratione Chriſto conueniat poteſtas Iudicaria.

Conuenit primo ratione naturæ: non quidem diuinæ,

Nec puræ humanæ,

Sed humanæ in tali hypoſtaſi.

Conuenit deinde ratione operationũ meritoriarum.

Teſtibus Iob, Paulo, Auguſtino.

Duplici ergò titulo hanc poteſtatem habet.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Quando Chriſtus acceperit Iudiciariam poteſtatem, & quando ea vti cœperit.

Ab ipſo incarnationis momento Chriſtus poteſtatem iudicandi habuit,
Et ratione naturæ,
Et ratione operum meritoriorum.
Sed tamen mox poteſtate vſus nõ eſt quia nec neceſſarium.
Non vſus illa vnquam, ante mortem quia ſtatui glorioſo conuenit.
Vſus eſt ſtatim à morte:
Quia tunc glorioſus ſtatus habuit in itum varia fuerunt Chriſti Iudicia

Quadam exercuit in anima ſeperata
Quadam in anima corpori coniuncta
Rurſus
Quadam exercuit in carne; ſed non per carnem:
Quadam in carne & per carnem.
Rurſus.
Quadam exercuit nec in carne, nec per carnem:
Quadam in carne ſed non per carnem
Quadam in carne, & per carnem.

CAPVT VIGESIMVM. SEXTVM.

An Particulare Iudicium per ipſummet Chriſtum exerceatur, an per alium aliquem, qui Chriſti perſonam ſuſtineat.

Quemadmodum Generale, ita Particulare Iudicium per ipſummet Chriſtum exercetur.
Ipſius natura illud debetur,
Ipſius opera illud merentur
Nec quidquã hic inconueniens
Non exercetur per Angelos:
Quia nec per vnum aliquem.
Nec per alios atque alios, vt v. 8. ſinguli à ſuis Tutelaribus iudicentur.

Optimè per Chriſtum fiunt, quæ in hoc Iudicio concurrunt.
Chriſtus, dum iudicat, non ex cœlo ad Terram deſcendit.
Veriſimile Chriſtum Nunquam in propria perſona quando viſus eſt aliqua Iudicia exercere apud mortales affuiſſe.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Quo-

Quomodo ipſis iudicandis Chriſtus dicat ſententiam, corporali, an ſpirituali voce.

Non dicit voce corporali.
Quomodo enim in cœlis formata vox hic in terris audietur,
Quot etiam Chriſti vocibus opus,
Dicit voce ſpirituali.

Hæc conueniens animabus iudicandis.
Spirituali voce Iudicis ſententia in Omni Particulari iudicio innotuit.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab ijſdem videatur.

Oculis corporeis à nullis in hoc Iudicio Iudex eſt viſus.
Quia his oculis deſtituti ſunt iudicandi.
Oculis incorporeis Chriſtum iudicem vident quicunque ab eodem iudicantur, etiam mali.
Nihil enim prohibet cur minus videatur:
Et vt videatur omnino conuenit.
Apparitio Chriſti in hoc Iudicio eſt intellectualis,
Non viſibilis,
Non vocalis,
Non imaginaria.

Ante Chriſti peractam paſſionem Deus Iudex à nullo iudicando homine eſt viſus.
Quia nullus ante illam felix fuit.
Poſt Chriſti paſſionem, quicunque mox à Iudicio ſunt ſaluati, Deũ viderunt Iudicem.
Quia fuerunt felices.
Præter hos felices, nulli Deum ſuum Iudicem viderunt.

Ergò

Aliquando nullus iudex / *Aliquando vnus* / *Aliquando plures.* } *à iudicandis viſi.*

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat.

Non apparet ſub forma Agni,
Quia reuera Agnus non eſt Chriſtus,
Nec ſub forma infantis,
Quia infirmitatis illa forma eſt.

Nec ſub forma Crucifixi,
Quia & hæc infirmitatis eſt.
Apparet ea, qua glorioſus cœlos Aſcendit, & quã iam in cœlis habet.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM.

Cum qua maieſtate & poteſtate in Particulari Iudicio Chriſtus appareat.

Beatæ animæ ſuum Iudicem vident in maieſtate & cum poteſtate,

Quia hæc cum beatitudine ſunt coniuncta.

Veriſimile & non beatas videre ſuum Iudicem in maieſtate & poteſtate.

Id & conditio Iudicis

Et Iudicandorum videtur poſtulare.

Nullam tamen voluptatem ex hac viſione capient damnatorum animæ.

Summam capient animæ beatorum.

Aliquam etiam capient illorum, qui ad tempus expiantur igne purgatorio.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

An & quomodo Chriſtum cognoſcant, omnes, quibus ipſe in Particulari Iudicio apparet.

Cognoſcent omnes, alij per ſpecies, quas hinc ſecum deferunt; alij per ſpecies, quæ ibidem ipſis communicantur.

Duobus ergò modis contingit Chriſtum Iudicem in Particulari Iudicio, cognoſci.

INDEX

INDEX COPIOSIOR CAPITVM LIBRI, DE APPARITIONE CHRIſti Sacramentali.

TRACTATVS PRIMI.

CAPVT PRIMVM

Quid ſit Sacramentalis Filij Dei, ſiue Chriſti, Apparitio.

Multis Sacramentis adeſt Chriſtus, in quibus tamen non dicitur apparere.

In ſolo Euchariſtiæ Sacramento, & huius ſolius ratione accidit Apparitio Sacramentalis.

CAPVT SECVNDVM

Quotuplex ſit Chriſti Apparitio Sacramentalis.

Alia eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus,
Panis, vel vini:
In qua Chriſtus ſemper eſt præſens perſonaliter.

Alia eſt ſub ſpeciebus peregrinis,
Carnis, ſanguinis, pueri &c.
In qua non ſemper eſt perſonaliter Chriſtus præſens.

CAPVT TERTIVM.

Quibus modis & rationibus doceri poſsit Chriſtum verè realiter atque ſubſtantialiter in Euchariſtiæ Sacramento ſub panis vinique ſpeciebus, adeſſe. doceri poteſt.

Sacrarũ ſcripturarum authoritate,
Decretis ſummorum Pontificum,
Senſu & conſenſu totius Eccleſiæ:
Sententia omnium Patrum,

Miraculis pro hac re factis:
Confutatione & oppreßione hæreticorum contrarium aſſerentium:
Varia Eccleſiæ praxi erga hoc ſacramentum.

CAPVT QVARTVM.

An poſsit dici Chriſtus apparere in ſacramento, quando ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt præſens, & ſacramentum videtur.

Dici quodam modo poteſt Chriſtum apparere in Sacramento.
Quia non malè dicitur videri in Sacramento.

Propriè tamen non dicetur apparere,
Quia non ſub propria ſpecie videtur
Sic non propriè dicitur, videri.

CAPVT QVINTVM.

In quem finem Chriſtus realiter in Euchariſtiæ Sacramento præſens hominibus voluerit adeſſe.

Vt eſſet, ſcilicet, ſacramentum, quod à fidelibus ſumeretur.

Et eſſet ſacrificium nouæ legis, quod paſsim offerretur.

CAPVT SEXTVM

Quidnam mouerit Chriſtum vt in Euchariſtia nobis verè realiterque adeſſe voluerit.

Mouit maximè bonitas & clementia erga genus humanum.

Hanc egregiè in hoc Sacramento oſtendit vnione, qua ſe nobis vnit.

CAPVT SEPTIMVM.

Quare Dominus in Euchariſtia ſe non offerat ſub propria ſpecie.

Vt conſtaret ratio Sacramenti, quod aliud à ſe debet ſignificare.
Ne cũ horrore ſumeretur ſacramẽtũ.

Denique ſic fides habet ſuum meritũ: & quidem magnum: propter difficilia, quæ hic creduntur.

CAPVT OCTAVVM.

Quare ſub duplici panis & vini ſpecie Dominus voluerit contineri.

Sic melius refricatur memoria paſsionis Chriſti:
Sic duplex Chriſti corpus exprimitur
Sic indicatur commodè refectio ſpiritualis:
Sic optimè peragitur ſacrificium incruentũm nouæ legis.
Sic admonetur homo, quid à Chriſto habeat:
Sic vis ſacramenti indicatur:
Sic conuenientius reuerentia tribuitur Sacramento,

CA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT NONVM.

Quare Dominus voluerit deſinere ſubſtantiam panis & vini in ſacramento Euchariſtiæ.

Deſinere fide omnibus tenendum.
Quod deſinat pro Chriſti volunta.
Fides etiã habet huius ſuum meritũ quia magnum habet exercitium.

CAPVT DECIMVM.

An Chriſtus totus ſit ſub ſpeciebus panis & vini.

Sub quacunque ſpecie, & ſpeciei, parte continetur,
Chriſti corpus,
Chriſti ſanguis,
Chriſti anima,
Chriſti diuinitas,
Sed tamen alio atque alio modo.
Adeſt quoque Chriſtus in ſacramento ſecundum accidentia abſoluta.
Neq; enim hic eſt ſine quantitate aut figura.
Non adeſt ſecundum accidentia reſpectiua, hinc non eundem ſitum habet hic & in cœlo.

SEQVITVR TRACTATVS SECVNDI INDEX.

CAPVT VNDECIMVM.

An dentur Apparitiones inuſitatæ, ſub ſpeciebus non purè ſacramentalibus, ſed prodigioſis & peregrinis

Dari probatur varijs exemplis ſequentibus,

VVidekindi Ducis Saxoniæ,
Hebræi cuiuſdam,
Ruſtici in Auernico,
Ciuis Colonienſis,
Matronæ Italicæ,
Sacerdotis dubitantis,
Abbatis increduli,
Phlegili presbyteri,
Sacerdotis Duacenſis,
Pauli form. ſacrilegi.
Dorotheæ Lazezha,
Iudæorum Bruxellenſium,
Petri Dani,
Mulieris Zelotipia laborantis,
Eduardi Anglorum Regis,
Amalphitani Epiſcopi,
Mulieris procacis,
Godeſchalci religioſi,
Adolphi de dioſerne,
Epiſcopi Liuoniæ,
Cuiuſdam dubitantis de Euchariſt.
Sacerdotis ſordidi,
Mulieris infamis,
Sacerdotis cuiuſdam,
Ruſtici apud Carnolenſes,
Pueri Andegauenſis,
Presbyteri cuiuſdam,
Hugonis Lincolnienſis,
Mariæ Oegniacenſis &c.

CAPVT DVODECIMVM

An allatis præcedenti Capite exemplis ſufficienter fides fiat Sacramentalibus Apparitionibus, ſub ſpecie peregrina.

Plurimum pro ipſis faciunt.

Ipſarum multitudo omni ferè tempore:
Eandem varietas;
Teſtes diuerſiſſimi:
Pluralitas conditionis & ſexus, quibus oſtenſæ,
hoſtiæ prodigioſæ, & ſanguis quæ inueniuntur:
Miracula, quæ hodie & ſemper facta apud has hoſtias,
Annales regnorum: Ciuitatum.
Scriptores docti, & pij qui ipſas deſcripſerunt.
Similia prodigia, quæ circa Eucharistiam olim acciderunt.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Varias eſſe admodum Apparitiones Sacramentales ſub ſpecie peregrina & inuſitata: & diuidi eaſdem poſſe.

Pro ratione formarum, quæ videntur
Pro ratione hominum, quibus fiunt Apparitiones:
Pro ratione temporum & locorum, quibus fiunt:
Pro ratione effectuum qui ſequuntur Apparitiones;
Pro ratione finium, qui Deo potuerunt eſſe propoſiti.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

Ad quod genus Apparitionum, hæ ſacramentales, ſub ſpecie peregrina & inuſitata pertineant.

Pertinent non ad Intellectuales:
Non ad Imaginarias:
Non Auriculares:
Sed ad viſibiles, ſiue Oculares.
Sed tamen
Non ſemper in ſpeciebus ſacramentalibus accidit mutatio, quæ videtur accidiſſe,
quando à paucis viſa peregrina ſpecies:
Quando ſubitæ mutationes notatæ
Quando res Chriſto non conuenientes obſeruatæ:
Quando fructus & finis eaſdem non poſtulauit.
Nihilominus vera aliquando quæ viſa eſt, accidit mutatio, vt
Quando omnium ſenſus hic idem in-

di.

Digitized by Google

Indicauit:
Quando item magnum timor allatum
Quando ſanguis v.g calice exceptus.
Idem mappas & lintea infecit:
Quando ſpecies per multos annos cō ſeruata.
Frequentius ex parte vel, ſiue ſpecierum ſacramentalium nulla fit mutatio, varius fit. Secundum Regulas S. Thomæ.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Sub quibus, & quot, formarum generibus ſacramentalis ſub peregrina & inuſitata ſpecie Apparitio obſeruata ſit.

Obſeruata ſub ſpecie.

Pueri ſiue infantis:
Chriſti crucifixi:
Chriſti venientis ad iudicium,
Faciei Chriſti.
Carnis humanæ:
Carnis cruentatæ:
Manus humanæ:
Carnis partim, partim panis:
Sanguinis ſeparati:
Hoſtiæ cruentatæ:
Agni immaculati:
Forte & aliarum:

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Quodnam fuerit contentum ſpecierum inſolitarium, quæ in Euchariſtiæ ſacramento acciderunt: & principio, An Chriſtus, vel Chriſti caro, aut ſanguis verè realiterque illa fuerint, aut fuerint ſub iis, qui ſunt viſa.

Omnipotentia Dei fieri poteſt vt ſub propria ſpecie Chriſtus, quemadmodum eſt in cœlis, appareat in Sacramento.
Quia non repugnat idem corpus pluribus locis eſſe. Eadē Dei omnipotentia fieri poteſt, vt Chriſtus verè appareat in ſacramento ſub ſpecie pueri.
Quia poteſt ipſe, quam vult formam aſſumere. Eadem omnipotentia poteſt verè ſub forma Agni apparere.
Probat id apparitio ſub ſpecie ſacramentali. Quandocunque in his apparitionibus nulla fit in ſpeciebus ſacramentalibus mutatio verè eſt & manet ſub iis Chriſtus.
Quia ſaluis ſpeciebus adeſt Chriſtus Quandocunque ſalua ſpecie ſacramentali, ſub forma peregrina in quam videtur ſed non eſt conuerſa ſacramentalis apparitio, vel infans, vel caro, &c non illa Chriſtum continent, nec ſunt Chriſtus aut eius caro &c
Quia forma peregrina in aere tantū Aut organo ſenſus tantum eſt.

Quandocunque ſpecierum ſacramentalium aliquid permanet illud verè Chriſtum continet quamuis peregrina ad ſacramentalem accedat,

Quia ſaluis ſpeciebus manet Chriſtus

Nō perſonaliter aut realiter eſt Chriſtus aut videtur Chriſtus, quando hoſtia mutata apparet aut puer aut crucifixus.

Quia nec conuenit ibi Chriſtum eſſe,

Nec neceſſarium ibi Chriſtum eſſe.

Non Chriſti eſt caro, aut ſanguis, qui mutatis ſpeciebus ſacramentalibus aliquando apparet.

Eadem huius quam præcedentis rationes.

Quandocunq; in dictis Apparitionibus tanta in ſacramento, accidentium mutatio non facta eſt, quin ſub ijs ſubſtantia panis & vini poſſit ſubſiſtere, verè manet Chriſtus.

Quia ſaluis ſpeciebus à ſacramento non deſinit Chriſtus.

Vt plurimum in his Apparitionibus, adeſt verè Chriſtus.

Quia vt plurimum manent ſaluæ ſpecies ſacramentales.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Quid ſentiendum de formis pueri, infantis, Chriſti crucifixi, eiuſdem ad Iudicium venientis, faciei humanæ agni quoque &c. quæ aliquando in ſacramento Euchariſtiæ apparuerunt.

Non verus viuuſque infans aut puer fuit, qui viſus eſt

Quia miraculum poſtularet quo quid hic opus, & qualis ipſi anima fuiſſet.

Cuius etiam fuiſſet religionis?

Cur nullus vnquam motus in eo obſeruatus?

Et deſinens puer quo perueniret?

An etiam moreretur aliquando?

Denique non neceſſe eſt, vt viuus fuerit puer,

Nec quidquam vt viuus ſit ſuadet.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Quid ſentiendum de carne viſâ in Euchariſtia, item de ſanguine, qui aliquando fluxit de hoſtia, aliquando obſeruatus in calice.

Nō vera caro fuit, aut ver' ſanguis, qui aliquādo apparuit.

Neque enim alicuius bruti fuit.

Neque hominis, cuius enim?

Et ſi manſit cum ſpeciebus ſacramentalibus

Facta fuerit penetratio dimenſionum

Et quando deſinit, in quid deſinit?

Et pro breui tempore opus non eſt:

Longo non ſine miraculo conſeruatur

Finis etiam hic propoſitus, non poſtulat verā carnē verumq; ſanguinē.

Denique nihil poteſt afferri pro vera carne &c.

CA-

CAPVT DECIMVM NONVM.

Quodnam ſit vel fuerit ſubiectum formarum & ſpecierum peregrinarum, quæ in Apparitionibus Sacramentalibus ſunt obſeruatæ.

Quandoque ſunt hæ formæ in ſolo viſus organo:
Quandoque in ſolo medio:
Quandoq; in corpore ſacramentum circumſtante: (ſanguine.
Nunquã ſunt in Chriſti corpore aut
Non enim hoc illarum capax.
Sunt plerunque & in ſpeciebus ſacramentalibus in his enim ſpeciebus ſunt, quæ ad formas concurrunt,
Hæ item ſpecies ſubiectum ſunt mutationis hic,
Hæ apparent formis peregrinis ceſſantibus.
Quantitas propria formarum harũ ſubiectum.
Aliquando formæ ſunt extra ſpecies ſacramentales.

CAPVT VIGESIMVM.

De modis quibus ſacramentales Apparitiones ſub peregrinis formis accidunt.

Accidunt modis varijs, ſcilicet
Aut noua ſpeciei productione tantũ:
Aut acceſſione nouæ quantitatis ad Sacramentalem.
Aut immutatione quantitatis Sacramentalis:
Aut alteratione qualitatum in ſpeciebus ſacramentalibus.
Hi modi accidunt in Apparitionibus quæ vel ſunt tota in ipſis ſpeciebus ſacramẽtalibus: Vel tota extra ipſas; Vel partim extra, partim in ſpeciebus
Veruntamen non omnes, in omnibus Apparitionibus locum habẽt, &c.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quæ cauſa efficiens Apparitionis Chriſti Sacramentalis ſub peregrinis ſpeciebus & qua ratione formæ fiant.

Poſſunt omnes à Deo eſſe & fieri.
Quid enim non poteſt Deus.
Poſſunt & ab Angelorum opera fieri
Quia quæ hic requirũtur Angeli poſſunt præſtare.
Ab Angelis quoque ipſa fiunt.
Ita poſtulat ratio diuinæ prouidẽtiæ
Tribus modis Angelorum opera perficiuntur:
Illuſione ſenſuum:
Quando in ſacramento nulla accidit mutatio motu locali atque
Applicatione actiuorum ad paſſiua.
Quando fit mutatio in ſacramento.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

An Apparitiones Chriſti ſacramentales ſub peregrinis ſpeciebus quandoque Dæmonum opera perficiantur: quibuſq; hæ apparitiones Dæmoniacæ accidant.

Poſſunt fieri, quia plurimum valent
Dæmones ijs quæ hic requiruntur,
virtute mouendi corpora:
Facultate coniungendi actiua paſſiuis: illuſione ſenſuum.
Veriſimile quoque aliquando facta
Si qua facta, ex ijs fuerunt, in quibus nulla in ſpeciebus ſacramentalibus mutatio accidit
Non rectè dicitur illas à Dæmonibus facta,
Vbi ſpecies tandem corrumpuntur.
Quæ aliquando acciderunt, acciderunt hominibus, non infidelibus,
Non de veritate Sacramenti dubitantibus
Non Sacramento abutentibus.
Sed qui ſibi de ſanctitate q. blādiuntur ſeque alijs ſuperbè præferunt.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

De cauſis quaſi Efficientibus harum Apparitionum, ſiue de Occaſionibus, quæ quodam modo cauſæ Apparitionum dici poſſunt

In harum numero ſunt

Quorundam pius affectus:
Impietas & ſtudium vindictæ:
Mutatio in fide:
Indignitas ſumentium ſacramenta:
Profanatio eorundem
Studium cognoſcendi myſteria religionis noſtræ

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

An cum vel ſine hominum peccato aliquando acciderint hæ peregrinæ & inuſitatæ, in ſacramento Apparitiones.

Quidam non peccarunt data ipſis occaſione
Quidam grauiter peccarunt, vt
Qui dubitarunt de veritate ſacramenti,
Quidam indignè ad ſacramentū acceſſerunt:
Qui idem in profanos vſus conuerterunt:
Qui ſeruiunt in ſacramentum.
Non videntur abſq; omni peccato fuiſſe, omnes qui has Apparitiones optarunt.
Non videtur licitum eaſdem optare,
Id inſinuant in ſimilibus rebus
B. Auguſtinus & Gerſon. &c.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Quomodo à Deo fides Chriſtiana his Apparitionibus Chriſti, ſub peregrinis ſpeciebus, promoueatur.

Promo-

Digitized by Google

Promonetur primum ipſa fides in genere quia in quibuſdam nihil aliud potuit eſſe propoſitum.
Confirmantur deinde iiſdem quidã duo articuli illi, de veritate Eucharistiæ: de ſufficientia alterius de ſacramento extra vſum.
Magnum argumentum ex ipſis ſumitur pro tribus dictis articulis,
Sed tamen non authoritate harum Apparitionum tantum in dictis nituntur Chriſtiani, ſed præterea
Verbo Dei:
Traditione maiorum:
Conſenſione totius Eccleſiæ.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Quomodo eædem Apparitiones ſub peregrinis formis faciant ad bonos & Chriſtianos mores.

Docent,

Non abutendũ ſacramento Eucharistiæ:
Non cum conſcientia peccati illud accipiendum:
Nulla irreuerentia afficiendum:
Suum ipſi honorem deferendum:
Sacrilegia cauenda, vt quæ Deum habeant vltorem:
Magnam vim eſſe orationis:
Placere Deo renunciationem mundi:
Deo nihil eſſe occultum, &c.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM

Quod & quomodo ad conſolationem piorum, & Chriſti amantium faciant Apparitiones Sacramentales ſub peregrina ſpecie.

Facere dubium eſſe non poteſt.
Quia in quibuſdam non potuit aliud propoſitum Deo fuiſſe,
Idem inſinuant diuinæ promiſſiones
Idẽ modus agendi Dei cum improbis
Idem reuelationes piis factæ
Non datur piis hac ratione cauſa ſuperbiendi.
Quin potius hinc proficiunt.
In gratitudine,
In ſtudio Chriſtianarum virtutum.
Deumque ſibi nouis rationibus deuinciunt.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Quod Deus quandoque voluerit accidere has Apparitiones ad confundendos hoſtes Chriſtianæ religionis.

Solet enim haud raro confundere contrarios,
Chriſto in propria perſona;
Item in ſuis membris,

In ſuis imaginibus
In rebus ad cultum Chriſti pertinentibus:
In mandatis, ab ipſo datis
Et fuiſſe etiam in quibuſdam Apparitionibus Deo propoſitum confuſione quorundam, probant facta Iudæis aliquibus, quibus non profuerunt
Ad fidem amplectendã confirmandã.
Ad Chriſtianos mores,
Ad ſpiritualem conſolationem

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Qnidnam Dæmonibus propoſitum ſit, quando ſimilibus Apparitionibus homines dementant.

Propoſita eſt hominum pernicies non ſalus.
Et vtuntur ob id medijs illi conuenientibus,
Hic ipſis plurimũ ſeruit cõplacentia.
Præſens animarum periculum,
Ob ſuperbiam, & contemptũ aliorũ.
Complacentiam verò excitat facilè,
Et magnitudo ſiue dignitas Apparet,
Et earundem raritas.
Hinc ardua ſolet Deus adiungere Reuelationibus.
Et ſancti eaſdem deprecari, aut certè non expetere ſolent, &c.

CAPVT TRIGESIMVM.

Inquiruntur cauſæ, & rationes ſingularum formarum peregrinarum, ſub quibus Chriſtus creditur, exhibitus in ſacramento.

Vna omnibus eſt communis, Dei voluntas: propria, alia & alia:
Crucifixi ratio, memoria paſſionis:
Pueri exiguitas ſpecierum,
Innocentia Chriſti,
Caſtitas eiuſdem,
Faciei Chriſti præſentia.
Carnis Chriſti, item præſentia,
Et quia caro ipſius eſt cibus hic:
Sanguinis eadem rationes,
Et quia ſanguis in vtraq; ſpecie datur.
Manus, Chriſti in ſacramẽto potẽtia.
Agni, illud, Ecce Agnus Dei, (mundi.
Et quia ipſe agnus occiſus ab origine

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

Quid ſentiendum de ſumptione ſpecierum peregrinarum in Sacramento Euchariſtiæ.

Si poſt depoſitas peregrinas, redeant Sacramentales illæ ſumendæ,
Quid enim ſumptionẽ hic prohibet?
Quid quod lex ſumptionem vrgeat?
Si peregrinæ perſeuerant nulla neceſſitas incũbit eaſdem ſumendi:
Nec quidem Sacerdoti celebranti:
Eidem nec incumbit nouam conſecrationem inſtituere, vt perfectũ abſoluerit ſacrificium.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

An Chriſto ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & Sacramento Chriſtum continenti, diuinus cultus tribui poſſit & debeat.

Chr

Chriſtus ſub ſacramentalib. ſpeciebus eſt adorandus.
Quia & tum; verus eſt Deus.
Maioribus argumentis vrgemur ad adorationem hanc:
Sunt, qui hanc adorationem velint præceptam.

Recepta & probata olim fuit hac adoratio.
Adorandum etiam eſt Sacramentũ Eucharistia, quod Chriſtũ cõtinet.
Patet exemplo purpuræ,
Sententia Patrum:
Definitione conciliorum.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM

An & quæ reuerentia debeatur ſpeciebus, ſub quibus iam panis & vini ſubſtantia eſſe nequit, ideoque nec verè Chriſti corpus aut ſanguis eſt.

Non malè honor & reuerentia hiſce ſpeciebus tribuitur à fidelibus
Quia olim bene tributa,
Eandem Deus miraculis probat,
Et confirmat cultus aliarum rerum.

Debetur iiſdẽ honor, qualis reliquiis:
Quia ſunt quaſi aliquid Chriſti,
Honor & cultus hic inferior eſt illo,
Qui tribuitur hominibus,
Vterque tamen ab eadẽ virtute eſt.

CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

An & quæ reuerentia debeatur ſpeciebus, quæ Chriſtum ſub forma pueri, aut Crucifixi referunt.

Si cum dictis formis permaneãt ſpecies ſacramẽtales, rectè Chriſtum & formas Chriſtũ cõtinẽtes, adorauerit

Si ſpecies ſacramentales nõ permaneãt, etiã his formis nõ malè tribuerit eundem quem Chriſto honorem.

INDEX COPIOSIOR IN LIBRVM, DE APPARITIONIBVS CHRIſti imperſonalibus

CAPVT PRIMVM.

Poſſe dari Chriſti, ſiue filij Dei, in Nouo Teſtamento Apparitiones Imperſonales, docent Apparitiones Imperſonales.

Dei in Veteri Teſtamento,
Hominum adhuc viuentium,
Spirituum defunctorũ qualiũcunq;

Bonorum Angelorum,
Angelorũ Apoſtatarũ, ſiue Dæmonũ
Qui imperſonaliter apparere poſſũt.

CAPVT SECVNDVM.

Trium opera contingere poſſe Imperſonales Chriſti Apparitiones.

Malorum Spirituum,
Hominum ipſorum,

Bonorum angelorum,
Hæ poſtrema perſequenda nobis.

CAPVT TERTIVM.

Apparitiones Chriſti Imperſonales confirmantur exemplis virorum Chriſtianorum.

Simonis Apoſtoli,
Iudæ Apoſtoli,
Petri Apoſtoli,
Carpi Cretenſis,
Petri Alexandrini,
Panteleemonis Martyris,
Procopij Martyris,
Kiliani Epiſcop. Herbip.
Menæ martyris,
Tutuſlymeni Hipponenſ.
Martini Turonenſ.
Gregorij Magni,
Mauritij Imperat.
Pincernæ cuiuſdam,
Vdonis Magdeburg.
Henrici Imperat.
Martyrij monachi,
Alphonſi Regis,
Pueri Cremonenſis,
Bernardi Abbatis,
Franciſci Aſſiſ.
Nicolai Tarentini,
VVilhelmi Abbatis,
Vincentij prædicatoris,
Dominici prædicat.
Laurentij Iuſtiniani.

CAPVT QVARTVM.

Exemplis generis fœminini confirmantur Imperſonales Chriſti Apparitiones videlicet.

Mariæ Magdalenæ,
Traſillæ Virginis,
Brigidæ Virginis,
Eliſabeth Reginæ,
Barbaræ virginis,
Leucippæ Virginis,
Mariæ Martyris,
Coletæ Virginis,
Libuinæ Virginis,
Mariæ Oegniacenſis.

CAPVT QVINTVM.

Exemplis Infidelium, tam Iudæorum, quam Paganorum demonſtrantur Imperſonales Chriſti Apparitiones: ſcilicet.

Polyeucti Militis,
Ioſephi Iudæi,
Valgij ſiue victoris Catech.
Euſtachij Ducis.

CAPVT SEXTVM.

Exemplis aliquot docetur alia Chriſti Imperſonalis Apparitio, quæ auditus quidem, non autem viſus eſt: exemplis inquam.

Antonij eremitæ,
Eiuſdem Antonij,
S. Claræ virginis,
S. Thomæ aquinatis.

CAPVT SEPTIMVM.

Quadruplices eſſe Apparitiones Chriſti Imperſonales.

Viſibiles ſiue Oculares,
Vocales ſiue Auriculares,
Imaginarias &
Intellectuales.

CAPVT OCTAVVM.

An omnes Chriſti poſt Aſcenſionem in cœlos, apparitiones ſint Imperſonales, & vnde conſtet eſſe tales.

Non omnes eſſe Imperſonales, ſed quaſdam perſonales eſſe
Non omnes eſſe perſonales: ſed quaſdam eſſe Imperſonales.
Imperſonales eſſe omnes, quibus alia Quam humana forma viſus eſt.
Imperſonales item, quibus alia, quã Virili forma apparuit.
Imperſonales, quibus ſub pueri aut Crucifixi ſpecie exhibitus eſt.
Imperſonales, quibus non viſus eſt ſub eadem quantitate, cum qua cælos aſcend
Quando etiam ſub eadem quantitate obſeruatus eſt Chriſtus nec dum credendum ſemper perſonalem fuiſſe Apparitionem.
Vocales Apparitiones Chriſti, omnes fuiſſe Imperſonales, niſi à Chriſto in terra exiſtente ſint facta.
Hinc patet pauciſſimas dari Chriſti Appartiones perſonles: plurimas Imperſonales.

CAPVT NONVM.

Sub quot generibus formarum Chriſti Imperſonalis Apparitio acciderit, & ſub quibus ipſe propriè dicitur apparere.

Genera formarum quatuor poſſunt diſtingui:
In quibuſam noluit agnoſci,
In quibus agnoſci voluit proprietates ſuas,
In quibuſdam commendare amicos
In quibuſdam teſtari præſentiam ſuam.
Sub quartis formis propriè dicitur Chriſtus apparere:
Non ſub primis,
Non ſub ſecundis,
Non ſub tertijs,

CAPVT DECIMVM.

De naturali ſpecie atqua forma, qua alia atque alia Chriſtus alijs atque alijs apparuit.

Apparuit ſiquidem ſub forma.
Iudæis; decori gloria,
Pueri, Viri perfecti,
Adoleſcentis Crucifixi,
Quando in Apparitione non fit mentio formæ Chriſti, veriſimile viriliapparuiſſe, & quidẽ naturali.
Frequentius hac forma apparuit.

CAPVT VNDECIMVM.

De maieſtate & ſplendore in Chriſto apparente obſeruatis.

Nō ſemper glorioſa fuit Chriſti Apparitio: ſed nec cōueniebat ſemper eſſet

Aliquando fuit glorioſa plerunque ſua vultui Chriſti fuit maieſtas.

CAPVT DVODECIMVM

De habitu Chriſti, ſub quo viſus eſt in Apparitionibus Imperſonalibus.

In quibuſdā cum habitu obſeruatus
Eſt, ſed alio atque alio, quia
Alius ſeruiuit ad Chriſtū iudicandū
Alius ad eundem occultandum,
Alius ad myſterij alicuius reuelationem, alius ad certum officij genus exequendū. quedam habitum eidem negare videntur.

Quando in Apparitionibus habitus mentio non fit, non ob id credendum nullum habuiſſe:
Habuiſſe autem credendum eſt ſemper, non peregrinū, ſed communem atque vſitatum & decentē quali Chriſtus creditur viſus aliquando.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Apparatu, cum quo Chriſtus obſeruatus eſt in Apparitionibus ſuis Imperſonalibus

Conſiſtit hic Apparatus
Nunc Angelis,
Nunc ſanctis Dei,
Nunc vtriſque (paucioribus:
Et aliquando pluribus, aliquando

Viſus quoque aliquando hominibus
Sed tamen non in omni Apparitione fuit.
Quid quod nec conueniebat eundē In omnibus inueniri.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De formali cauſa in apparitione Imperſonali vocali, qua Chriſtus auditur, & non videtur

Forma vocis ſiue orationis Chriſti
In eius conſiſtit quantitate & qualitate.
Qualitas idioma reſpicit, quod neceſſe eſt fuerit notū auditoribus.

Quantitas duratione & intenſione
Conſiſtit (ſermo
Duratio rebus reſpondit, de quibus
Intēſione magna nō fuit opus quod ad priuatos q. fuerit ſermo.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De Apparitionum Chriſti cauſa materiali ſiue ſubiecto.

Materia ſiue ſubiectum formarum quibus Chriſtus percipitur in Aparit. Intellect. eſt intellectus;
In apparit. Imaginaria eſt vis Imaginandi, ſiue imaginatio:

In Vocali & Viſibili,
Nunc ipſi ſenſus viſus, aut auditus
Nunc medium ipſum:
Nunc externum aliquod corpus plerunq; non viuum.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De Cauſa Efficiente Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

Digitized by Google

Illa non ipſus eſt Chriſtus, ſed angelus aliquis, pro Chriſti voluntate Nulli enim Angelorum deeſt aut ſolertia, aut potentia, quæ hic requiruntur, & ſufficiunt.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De finibus Apparitionũ Chriſti Imperſonalium, & primo cur poſt glorioſam ad cœlos aſcenſionem. hominibus aliquando voluerit apparere.

Ex parte ſua voluit:
Vt fidem verbis ſuis faceret,
Vt curam ſuam erga nos teſtaretur
Vt daret argumẽta ſuæ clementia,
Vt doceret ſe iuſtum iudicem,
Vt commendaret ſtudiũ orationis

Ex parte hominum voluit.
Vt auocaret vel eriperet à malo.
Vt vrgeret ad bonum,
Vt confirmaret in bono,
Vt commendaret virtútis ſtudioſos
Vt honore eoſdem proſequeretur.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Cur non Autoproſopos, Perſonaliter, ſed Hæteropoſopos Chriſtus voluerit Apparere.

Voluit libere non ex neceßitate.
Alioquin potuit per ſe ſemper adeſſe

Vt per ſe adeſſet non cõueniebat, maximè, quod vires naturæ hoc ſuperaret.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Cur non ſub aliqua, ſed alia atq; alia forma Chriſtus voluerit apparere

Triplices formæ dici poſſunt ſub quibus Chriſtus apparuit.
In quibuſdam Chriſti notitia fuit propoſita.

In alijs rei vel perſonæ cõmendatio.
In tertijs Myſterij ſignificatio,
Secundarij fines alij atq; alij fuerũt.

CAPVT VIGESIMVM.

De multiplicibus actionibus, quæ in apparente Chriſto ſunt obſeruatę Nam.

Alia interna, alia externa, &
In vtroque genere ſpecies varia.

Exempla ſingulorum ſuggerunt Apparitiones allatæ alias.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quæ conditio Actionum Chriſti in Appàritionibus Imperſonalibus;

Actiones, quæ viuens requirũt, à quo ſint, & in quo ſint, partim verè tales fuerunt quales iudicatæ fuerunt, partim nequaquam.
Actiones, quæ nec viuens requirunt, à quo ſint, nec in quo ſint, vere tales eſſe potuerũt quales iudicatæ ſunt.

Actiones quæ viuens requirunt à quo ſint, non autem in quo ſint, ſecundum genus tales fuerunt quales iudicatæ: ſecundum ſpeciales verò rationes: non item. Propriè nõ dicitur Chriſtus ſe in his Apparitionibus mouere.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De cauſa efficiente Actionum Chriſti in Apparitionibus Imperſonalibus: quomodoque eædem à ſuo auctore proficiſcantur

Efficiens earundem eſt Angelus, qui Chriſti hic perſonam ſuſtinet

Duobus modis verò ab ipſo proficiſcuntur, nunc mediata, nunc, immediata actione.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Rectène omnes conueniant Chriſtoque tribui debeant Actiones, quæ in imperſonalibus Apparitionibus ſunt obſeruatæ.

Rectène omnes omnino tribuuntur; vt inductione oſtenditur:

Etiam illa, quæ viſus eſt celebrare, Vt docetur varijs modis.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

An orationi & ſermoni Chriſti, quem in hiſce Apparitionibus habuit, fides ſemper fuit accommmodanda.

Omninò fuit, ſiue à Chriſto is eſſet, ſiue ab Angelo Chriſti perſonam agente.

Nec probant contrarium, quæ pro contrario adferuntur rationes variæ.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De tribus circumſtantijs Apparitionum Chriſti Imperſonalium perſonis, temporibus, locis,

Nullarum Chriſtus ſingularem habuit rationem in his Apparitionibus.

Quemadmodum nec harum habuit ſingularem rationem Deus in Apparitionibus Vet. Teſt.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De triplicibus Effectibus Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

Primi ſunt paßiones atque effectus qui non ſemper fuerunt tremor et trepidatio: ſed aliquando hæc aliquando gaudium &c et quæ vtriuſque cauſa.

Secundi ſunt, effectus paßionum Tertij ſunt dicta, factaque, quæ in Apparitionibus interuenerunt, quæ reſpōdēt finibus Chriſto propoſitis.

DE

DE
CHRISTI APPARITIONE IN IVDICIO PARTICVLARI,

Quod in ſingulorum, ex hac vita, deceſſu, inſtituitur.

LIBRI QVINQVE.

INTRODVCTIO
IN CHRISTI APPARITIONEM,
qua in ſingulorum ex hac vita deceſſu ſe exhibet, omniumque rationes exigit.

APparitio Chriſti in Iudicio Particulari duorum poſtulat explicationem; ſi quidem propria eius ratio conditioque exactius demonſtrari debeat: Particularis videlicet Iudicij; & Chriſti Domini, in eodem Iudicio, officij atque muneris &c. Vtrobiq; plura ſunt dicenda: Quæ quemadmodum difficultatem habent magnam; ita voluptatem veritatis ſtudioſo adferunt non paruam. Nos quantum Sacrarum Scripturarum *authoritate, & Sanctorum Patrum ſententia, ingenijque lumine aſſequi poſſumus, breuiter, pro inſtituti noſtri ratione, ſaluo interim ſingulis ſuo iudicio aperiemus.*

ERGO DE PRIORI ILLO
Quæruntur ſequentia:

Digitized by Google

SItne aliquod Iudicium Particulare, in fine vitæ cuique ſubeundum.

An omnino certum ſit fieri hoc particulare Iudicium; & id non repugnet, nec tollat Iudicium Vniuerſale: Poßit etiam colligi ex fœlicitate & miſeria Spirituum quorundam: Demonſtrari item Sacrarum Scripturarum authoritate: rationibus quoque naturalibus, quæ tamen fidei fundamento nituntur: doceri denique exemplis, ſiue hiſtoria rerum geſtarum.

Quæ perſonæ in hoc Iudicio comparere debeant;

An Angeli ad ipſum pertineant; tam boni, quàm mali.

An pertineant Spiritus, qui ad Purgatoriū mittūtur.

An idem illud ſubeant, qui cum ſolo peccato originali hinc diſcedunt.

Quæ cauſæ atque negotia in hoc Iudicio diſcutiantur;

An certæ quædam ad illud pertineant.

Quænam qualeſue ſint, quæ pertineant.

Quod tempus huic Iudicio definitum: hoc eſt

Quando primum ipſius vſus eſſe cœperit.

Quando cum ſingulis exerceatur.

Quantò tempore abſoluatur, longo an breui.

Quis locus eiuſdem, ſiue

Vbinam Iudicium hoc Particulare iudicandi ſubeant.

DE POSTERIORI VERO ſubiecta diſcutiuntur.

AN certus aliquis Iudex in Particulari Iudicio conſtituendus ſit.

An Iudex ille Deus ſit; an potius, Dei loco, aliquis ſpiritus.

An

An Chriſtus omnium à condito mundo iudicatorum Iudex fuerit.

An Chriſtus in fine ſeculorum; & poſtquam homo eſt factus, cœperit primum eſſe Iudex.

An in Chriſto conditiones Iudicis perfecti & abſoluti fuerint.

Vnde Chriſtus acceperit poteſtatem Iudicium hoc exercendi, & à quo.

An Pater & Spiritusſanctus, ita contulerint Chriſto filio poteſtatem iudicandi, vt ipſi iam nihil in Iudicio agant.

Quanta hæc poteſtas iudicandi ſit in Chriſto.

Qua ratione, ſiue quo titulo Iudiciaria poteſtas Chriſto conueniat:

Quando hanc poteſtatem Chriſtus acceperit, & eadem cœperit vti.

An Particulare Iudicium per ipſummet Chriſtum, an per alium, qui Chriſti perſonam ſuſtineat, exerceatur.

Quomodo iudicandis Chriſtus dicat ſententiam, corporali an ſpirituali voce.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab ijſdem videatur.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat.

Cum qua maieſtate & poteſtate hîc appareat.

An & quomodo Chriſtum cognoſcant, omnes, quibus ipſe in Iudicio Particulari apparet.

SEQVITVR.

Tractatus de Apparitione Chriſti, in Particulari Iudicio, pars prior.

CA-

Caput Primum.

An præter vniuerſale Iudicium, quod in fine ſæculorum inſtituetur, detur aliquod Particulare quod ſingulis priuatim ſubeundum eſt, in fine vitæ ipſorum.

Dari aliquod docetur.	*Exemplo raptorum ad inferos,*
1. *Aſſertione Iudicij generalis.*	*Supplicijs allatis corporibus,*
2. *Exemplo Spirituum bonorum, quos beatos iam eſſe patet.*	*Exemplo epulonis,*
Definitione Eccleſiæ,	*Exemplo Dæmonum,*
Propria quorundam confeſſione,	*Authoritate Eccleſiaſt.*
Deſiderio eorundem viuentium,	4. *Sententia D. Pauli poſt mortem ſtatuentis Iudicium.*
Gloria corporum mortuorum,	5. *Ratione à tempore meritorum petita.*
Promiſſione Chriſti,	6. *Authoritatibus Patrum.*
Exemplo Angelorum,	*Cypriani,*
Authoritate Apoſtoli.	*Chryſoſtomi,*
3. *Exemplis ſpirituum malorum, quos damnatos iam eſſe, patet definitione Eccleſiæ.*	*Auguſtini,*
Propria quorundam confeſſione,	*Damaſceni,*
	Ambroſij,
	7. *Confeſſione Berengarij.*

1. IVdicium Particulare quidem propterea negant; quòd Generale quoddam, vnum, in fine mundi, coram omnibus, ſit inſtituendum: & animabus defunctorum hominum, vel ante illud ſua merces non tribuatur; vel ſi tribuatur, ipſæ nihilominus conditionem ſuam ignorent; vtrum videlicet, in beatorum ſint claſſe, an damnatorum; denique, quod nulla eius in ſacris Scripturis fiat mentio; nec ratio vlla, vt admittatur, cogat.

2. Fuerunt, huius ſententiæ non ignobiles Authores. Inter alios diſertis verbis illam aſtruit Lactantius firmianus, lib. 7. Inſtitutionum, cap. 21. ſic enim loquitur. *Nec tamen quiſquam putet animas, poſt mortem, protinus iudicari. Omnes in vna eademq; cuſtodia detinentur; donec tempus adueniat, quo Maximus Iudex meritorum faciat examen. Tum quorum fuerit probata iuſtitia, ij præmium immortalitatis accipient:* quo-

Digitized by Google

quorum autem peccata & ſcelera detecta fuerint, non reſurgent; ſed cum impijs in eaſdem tenebras recondentur, ad certa ſupplicia deſtinati.

Catholici verò ex contrarijs illud conſtitui colligunt. Primum 3.
quidem, quia Generale quoddam & Vniuerſale Iudicium futurum dicitur: deinde, quia animabus defunctorum hominum iam ſua merces eſt tributa, & eædem certæ ſunt de ſua conditione, in qua perpetuò permanſuræ: tertiò, quia nec leuia pro ipſo argumenta ſuggerit Sacra Scriptura; quartò denique, quòd idem, ſi non neceſſariæ, certè probabiles rationes ſuadeant.

Etenim Generale non tantum dictum volunt, quod Omnes ad 4.
illud ſint vocandi; in eodemque mercedem laborum Omnes ſimul accepturi; verum etiam quòd aliud à ſe, quod Generale non ſit, id eſt, Particulare, arguat & iudicet. Si enim vnum tantum futurum; quid opus appoſitione *Generalis?* Itaque & hac volunt diſtinguendum à Particulari: atque ſignificari duo eſſe Iudicia: & in Generali Omnes ſimul iudicari in Particulari ſingulos per ſe ſeorſum.

Et ſi iudicati quidam, certis quaſi indicijs deprehenduntur, 5.
quid de præcedente Iudicio poſſumus dubitare? Dubitabimus ignem inueniri, vbi deprehenditur fumus? fortè indicia hominum iudicatorum nulla deprehenduntur: Deprehenduntur & damnatorum & beatorum Hoc alterum pro Particulari Iudicio argumentum eſt; ſed ſecundum admodum idcirco, quòd pluribus rationibus conſtet, aliquos vita functos beatam & felicem vitam agere: alios viuere miſerrimam, in grauiſsimis tormentis.

Pro illis, qui beatam vitam agunt, eſt primùm Catholicæ Ec- 6.
cleſię definitio, quę quoſdam credit felicem cum Chriſto in cælis vitam agere. Vnde & illis de hoc gratulatur: eos hoc nomine honorat, & honore dignos cenſet: eorum patrocinia implorat; ſuoſque cupit, apud Chriſtum, eſſe patronos & interceſſores.

Eſt deinde quorundam Spirituum confeſsio, qui poſt mortem 7.
viuentibus apparuerunt, & ſecum bene agi, ſeque felices eſſe teſtati ſunt. Quot horum exempla produci poſſunt? B. Agnes parentibus, ad eius ſepulchrum aſsiduè vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparuiſſet, ſic ad eos locuta dicitur: *Ne me parentes, mortuam lugeatis. Nam vnà cum his virginibus viuo apud illum in cælis, quem in terris tota mente dilexi.* Ita Breuiarium Romanum ex B Ambroſ. Serm. 90 D. Bernardus Guualdricum auunculum defunctum poſt aliquot dies noctu vidit. ſciſcitatur, quo

in ſtatu ſit? Reſpondet auunculus, *Inproſpero*. Quærit iterum Bernardus Quid cauſæ fuerit, vt in agone infremeret, & corpore terribiliter moueretur? *Eadem* ait ille *hora, duo nequam Spiritus me in puteum profundiſſimum præcipitare nitebantur, vnde ita contremui: verum accurrente B. Petro euaſi* Auctor vitæ Bernardi, lib. 1. cap. 10. Seruiunt hic exempla eorum, qui ex Purgatorijs pœnis ad cæleſtis patriæ quietem ſunt translati; Paſchaſij. Seuerini, Arnulphi præsbyteri, vitalianæ ſororis D Malachiæ, quorū mētio fit cap. 71. li. de Conf. infeſtis & aliorum quos indicant Capita 75. 76. 78. eiuſdem libri.

8. Eſt tertio viuentium quorundam deſiderium, qui præſentis vitæ miſerias pertæſi; huius idcirco vſuram cum alia commutare cupiuerunt, quod ex hac erepti, perfruituri eſſent in illa, cœleſtibus gaudijs. B. Martinus cum ad Candacenſem vicum, ſuę diœceſis, in grauem febrim incidiſſet, aſsiduè Deum precabatur oratione vt ſe ex illo mortali corpore liberaret. Ita Sulpitius in vita Martini, & ex Sulpitio Breuiarium Roman. Et B Paulus, Cupit, *diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Phi. 2. Qui cum Chriſto eſſe cupiebat, illi aliquid futuræ felicitatis deeſſe potuit? Idem deſideriū fuit in B. Andrea, vnde & multitudinem quæ ipſum ex carcere eripere cupiebat, rogauit ne ſe ad optatiſsimam Martyrij coronam properantem impedirent. Idem cum crucem in qua ſuſpendendus erat Vidiſſet exclamare cæpit. *O bona crux, accipe me ex hominibus, & redde me magiſtro meo*. Ita in hiſtoria vitæ ipſius.

9. Eſt quarto, gloria, quæ defunctorum corporibus diuinitus exhibita eſt. Neque enim veriſimile eſt illorum animabus gloriam ſuam defuiſſe, quorum corpora in cineres reſoluenda Deus egregiè honoraſſet. Huius gloriæ teſtimonia ſunt lumen inſolitum, fragrās odor, Angelorum concentus, &c Quadraginta Martyrum apud Sebaſten Armeniæ oppidum, combuſtorum oſſa in fluuium proiecta ſub aquis, veluti micantium ſtellarum imagines, lucere viſa ſunt. Baſilius Hom. 40. Marty. Supra Nicolai Remenſis, & ſororis tumulum, quos capta, vrbe effera vandalorum gens Chriſtum confitentes peremerat, & lampades ardere viſæ, & Angelorum cantus auditus Marulus, lib 6 cap 16. D. Hieronymi corpus, cum ſpiritum reddidiſſet, ſubita lux circumfulſit, & ſuauiſsimum odorem dedit. Idem ibidem B Martini vultus, cum obdormiuiſſet, ſplendidus apparuit, vt non mori eum, ſed ad immortalitatem tranſire ſidem cuiuis faceret: Sulpitius in Vita eius. Mercurij Martyris apud Cęſaream paſsi, capite truncū corpus & ſplendore fulſit, & odore fragrauit: eoq; miraculo plurimi cōmoti, Chriſtianam

reli-

religionẽ cõplexi ſunt. Petrus de Natal. Omitto alios quã plures. An verò plus gloriæ cadauera ſanctorum, nunc ſuaui odore fragrantia, nunc ingenti luce conſpicua, habebunt quam animæ.

Maius pro hac re argumentum accipitur ex promiſsione Chriſti, latroni, in Cruce facta, qua dictum eadem die, qua Chriſtus, futurum eundem in paradiſo. Hoc enim, ſi non alterius vitæ fœlicitas, quid promittitur? Certè de felicitate hoc intelligunt ſanctiſsimi Patres. 10.

Accedit huic aliud non minus: ſed ab angelis petitum. Hos felices eſſe dubitare non poſsumus. Chriſti pro ipſis eſt ſententia, qui eos *ſemper faciem Patris qui in cœlis eſt, videre* aſſeruit. An verò faciem Patris in cœlis poſſunt videre, & felices non eſſe? *Hæc eſt vita æterna*, inquit Patris veritas, & verbum, Ioan. 17. *vt cognoſcant te ſolum Deum verum &c.* 11.

Denique mox à morte ſuorum laborum fructus & præmia ſuſcipere homines, diſertis verbis docet Apoſtolus, 2. Cor. 5. *Scimus* inquit, *quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, æternam in cælis.* Hæc pro felicibus De quibus paulo poſt plura. 12.

Pro infelicibus etiam non deſunt argumenta. Et hic primum eſt Eccleſiæ definitio, quæ quemadmodum quoſdam felices Dei viſione: ita quoſdam cenſet eſſe infelices, quod à Deo Deiquè regno reiecti, ſupplicijs æternis ſint traditi. 13.

Seruit & hic ſpirituum quorundam cõfeſsio, qui poſt mortem apparuerunt, ſuaſquè, quas grauiſsimas paterentur, pœnas, verbis atquè rebus ipſis demonſtrauerunt Referuntur horum multa exempla: quæ legere licet apud Cæſarium, lib primo cap. 33. & lib. 5. c. 23. Vide eiuſdem librum. 12. legendus quoque Bredenbachius, lib 7. Collat. cap. 11. & 46. 14

Seruiunt & illi hoc loco, qui obſeruati ſunt ad inferni ſupplicia rapi, quales inter alios fuit Theodoricus Rex Italiæ, cuius animã ſolitarius Lyparitanus vidit inter Ioannem Papam & Symmachum patritium vinctis deduci manibus, & in ollam vulcani proijci, vt narrat B. Gregorius, lib. 4. Dialog. 5 40. Huic adiũgo Chriſorium Romanum, hominem diuitem & flagitioſum Cum hic graui valetudine quateretur, & iam expirans anxiaretur, appaiuere deterrimi dæmones, ipſum trahere ad inferna nitentes. Conterritus miſer filij opem implorat, atquè huc & illuc in lecto ſemiris modis vertit. Poſtremo cùm amicorum auxilium (hi ſpiritus non videbant) deſperaſſet, ad hoſtes conuerſus: *Inducias oro*, in- 15.

 quit,

quit, *inducias vel vſq; ad mane.* hæc ingeminans exſpirat. Vide aliud, apud Bredenb. lib. 8 cap. 13. & 4.

16 Seruiunt quoque hic ſupplicia, quæ quorundam defunctorum corporibus ſunt allata. Neq; enim credi debet immunes animas à ſupplicijs fuiſſe, quando pœnæ in corpore ſtatutæ, ſuppliciorum animarũ Magna ſunt argumenta Vnius meminit B. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 32. Curialis is fuit. Hic cum in vigilia Paſchæ cuiuſdam ſibi amiciſsimi filiam ad Baptiſmum tenuiſſet, contracta ſpirituali neceſsitudine eam illo die ſecum manere petijt: conceſſam lautè & opipare accepit, & quaſi à ſe genitæ amoris ſigna oſtendit; alium amorem cælans in corde. Nocte enim ſuperueniente, miſellam nihil tale metuentem inuadens vitiauit. Cæterum cum illuxiſſet, tanti ſceleris conſcius ad Eccleſiam procedere verebatur. Ne tamen de ſe ſuſpitionem alijs generaret, ſi tam ſolemni feſto Miſſæ non intereſſet; perrexit non cum modico vindictæ diuinæ timore: ſed dici illius impunitas reliquorum ſecuritatem ſuppeditauit, quaſi verò malorum obliuiſcatur Deus, ſi non ita cito caſtiget Die igitur ſeptimo poſt commiſſum flagitium, cum ſanus ambularet; repentè concidit mortuus Cumque ſepeliſſent eum, flamma de tumulo erumpens ardere non deſijt, donec cadauer ſimul cum conditorio conſumpſit. Similia exempla idem Gregorius habet, cap 35. de Valentino curatore Eccleſiæ Mediolanenſis & cap 54. de Tinctore quodam & cap. 51 de Moniali.

17. Maius his argumentum diues epulo prębet: vt qui grauitatem ſuppliciorum, quæ patiebatur multis modis declarat. Nam & locum, vbi degit vocat *tormentorum*, & ipſe dicitur eſſe *in tormentis*, & *cruciari à flamma*: & *aquæ guttulam* petit pro linguæ refrigerio, in maximis ignis ardoribus Lucæ 16

18. Nec hic, vt nec ſuperius, nobis deſunt Angeli. Quoniã vt quoſdam, Dei viſione, conſtat eſſe beatos; ita quoſdam miſeros, ob grauia, quæ ſuſtinent tormenta. Indicat hoc ſanctiſsimus Petrus, 2. cap. 1. *Deus*, inquiens, *Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.*

19. Denique quemadmodum à morte ſuorum laborum fructus accipere iuſtos ex B Paulo docuimus, ita non dubium, quin & ſuorum mali malos ſint reportaturi, confirmante hoc Eccleſiaſt. 11. *facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique iuxta vias ſuas: & in fine hominis denudatio operum eius*, Sed de hoc plura poſt.

20. Ergo cum ſint quidam, qui inferni ſuſtineant pœnas: & ſint, qui ad cœleſtia gaudia ſunt admiſsi, quod poſſumus de iudicio præceden-

cedente dubitare?Iudicio,inquam, quo illi ad ſupplicia, hi ad felicitatem ſunt deſtinati?ſortè iudicium nullum præceſsit,fortè nulla iudicis ſententia interueniente ignorant vitæ ſuæ conditionem quamuis etiam hi pœnas ſuſtineant, illi gaudio exultent: ſed credendum non eſt ipſos ſuam conditionem ignorare.

Cum enim verum ſecurumquè gaudium eſſe non poſsit, vbi ne à bono excidamus,& malis inuoluamur,timor eſt:Rurſus,extremum malum non ſit,vbi ſpes eſt mali,quod patimur,euadendi aut hi miſeri non erunt,ſi ſpe boni iactantur:aut illi non felices & beati,ſi de bono,quod poſsident,ſecuri non ſunt. *Vita perpetua*,inquit B. Hieronymus in 25.Math *metum non habet ruinarum.* Quia verò hi felices ſunt, illi infelices,vtriſquè quæ ipſorum ſit conditio,conſtabit Vnde verò,niſi per iudicis ſententiam? 21.

Et hanc ſui ſtatus conditionem non ignorauit diues Epulo Ex eius id colligitur ſummo ſilentio Si enim ſpem vllam habere potuit libertatis à pœnis obtinendæ, cur huius non meminit? Pro fratribus abſentibus eſt ſolicitus, ne ad tormentorum locum illi veniant;& pro ſe quoque,vt leuamen in tormentis habeat:vt verò à tormentis eripiatur,non poſtulat; cur quæſo? quia latam in ſe ſententiam ſciuit irreuocabilem. 22.

. Nec ignorauit ſuam in paradiſo iam cum Chriſto conſtitutus latro.Nam qui viuens adhuc audiuit. *Hodie mecum eris in paradiſo*, non dubium quin illius anima, corpus egreſſa, felicitatem per ſententiam,à Chriſto latam,ſit conſecuta. 23.

Angelos ignorare multò minus credi debet, Vtri enim? Mali qui peccarunt;an boni,qui in gratia perſtiterunt? Illos ſcire probat implacabile,& perpetuum odium,quo Deum Opt.Max proſequuntur;& conatibus ipſius,in omnibus,quantum poſſunt,reſiſtunt. Neque enim poſſent non de Deo melius ſentire;& ad eius aliquantulum ſe voluntatem accommodare,ſi vel minimam ſpem alicuius felicitatis & boni à Deo obtinendi haberent. Sic contraria bonorum ſtudia & quo Deum proſequuntur amor, probant ipſos de felicitate,qua perfruuntur,eſſe ſecuros. 24.

Pro eodem Particulari Iudicio adducitur D. Pauli hæc ſententia ex Epiſtolæ ad Heb petita,cap 9 *Statutum eſt omnibus ſemel mori poſt hoc autem iudicium.* Quamuis enim verba hæc exponi poſsint de Iudicio illo vniuerſali;quod poſt omnium mortem,in fine ſæculorum,ſubſequetur:tamen non omninò malè etiam de ſingulorum hominum morte, proprioque ac particulari Iudicio intelliguntur. Certè ſic exponit ibidem B.Ambroſius, *Statutum eſt*, inquit, 25.

quit, *omnibus ſemel mori: & poſt mortem iudicabitur vnuſquiſque iuxta merita ſua, &c.*

26. Eſt denique pro hoc iudicio ratio. Cum enim tempus merendi atq; demerendi morte hominum finiatur, accommodatiſsimum idem eſt vt eodem vnuſquiſque de proprijs actibus iudicetur. Cur enim differatur? Cur tantò tempore affligentur iuſti, non ſolum diu ſperantes, ſed etiam de ſalute ſua incerti, inter ſpem & metum hærentes? præſertim cum afflictio illa nihil ad ſalutem profit? nec prodeſſe poſsit? Cur etiam toto illo tempore iuſti peccatoribus erunt æquales: & ipſorum non melior, quam horum conditio? vtriquè, ſcilicet, in perpetuò metu atque formidine ſalutis non obtinendæ.

27. Hinc disertæ Patrum ſunt pro hoc iudicio ſententiæ. Primus eſt Cyprianus, ſermone de mortalitate: *Gratulari*, inquit, *oportet, & temporis munus amplecti, quod dum noſtram fidem firmiter promimus, & labore tolerato ad Chriſtum, per anguſtam Chriſti viam, pergimus, præmium vitæ & fidei, ipſo iudicante capiamus.* Secundus eſt B. Chryſoſtomus homil. 17. in Matth. *Poſtquam*, inquit, *diem tuum obieris, iudicium & pœna conſequetur. In inferno enim Pſalmiſta dicit. Quis confitebitur tibi.* Homil. verò 14. in Matt. ſic habet, *Sicut illi, qui de carceribus educuntur vna cum ipſis catenis ad iudicium pertrahuntur, ſic omnes animæ cum hinc emigrauerint, varijs peccatorum catenis implicitæ ad terribile illud ducentur tribunal.* Tertius eſt B. Auguſtinus lib. 2 de origine animæ *Iam illud*, inquit, *rectiſsimè, & valde ſalubriter creditur, iudicari animas, cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus, iudicari.* Quartus eſt Damaſ. Orat. de defunctis. *Aiunt*, inquit, *viri diuinitus illuſtrati, quod cum exhalamus ſpiritum, quaſi in libra humana opera probantur.* Quintum Ambroſium ſuperius citauimus.

28. Concludit hoc caput Berengarius Sacramentarius aliquando hæreticus; ſed in fine vitæ ſaniora conſilia ſecutus, & de perfidia dolens ſuſpirando hanc reliquid confeſsionem. *Hodie apparebit mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus propter pænitentiam, vt ſpero, ad gloriam, vel propter alios, vt timeo, ad pænam æternam.* Vide Gaguinum in Vita Henrici, &c.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Non tolli, aut ſuperuacaneum eſſe iudicium vniuerſale, in fine ſæculorum, quamuis præceſſerit ſingulorum Particulare.

Vniuerſale enim poſtulant

Diuina prouidentia,	*Humana vitæ conditio,*
Proborum & improborum merita,	*Chriſti humilitas &c.*

QVatuor vel quinque modis, obiter, præ- 1
cedenti Capite iudicium Particulare a-
ſtruximus: poſitione iudicij generalis: fe-
licitate atque miſeria quorundam Spiri-
tuum: authoritate S. Scripturæ; ratione
naturali, quę tamen ſuum fundamentum
ponit fidem: verum etiam geſtarū hiſto-
ria. Vtrum hi autem plenā fidem eidem
faciant, forſitan quidam dubitant, quæ
ergo in ſingulis aliquam difficultatem habent, ſi explicauerimus
certius Particulare iudicium demonſtrauerimus.

Ergò, quod generali iudicium futurum eſt aliquando, non ne- 2
ceſſariò arguit Particulare aliquod eſſe. ſed tamen illud huic non
repugnarę, omnino credendum eſt, quia iuſtiſsimæ cauſæ eſſe
poſſunt, cur etiam poſtquam cum ſingulis Particulare, iudicium
inſtitutum eſt, Vniuerſale, ſiue Generale, admitti debeat.

Atque cur Particulare conueniat inſtitui in fine cuiuſque vitæ, quando mereri iam amplius vel demereri nemo poteſt, ratio in fine præcedentis capitis allata non malè probat: Cur verò, præter hoc generale, in mundi fine, coram omnibus, ſubſequi debeat, poſtulant partim diuina prouidentia, proborum atque improborum merita: partim humanæ vitæ cōditio, partim iudicis Chriſti humilitas.

Iuſtiſsimus eſt Deus Opt. Max. Id quamuis meritò omnes confiteri debeant, qui quid Deus ſit norunt: vt tamen omnes tum intelligant, quando hic mundus finem eſt habiturus & vnuſquiſq; tam in corpore, quàm anima, meritorū accepturus retributionem omninò rectè poſtulat ratio. Quomodo verò melius intelligent, quàm ſi pro tribunali Dei filius ſedeat; ſingulorū cauſas diſcutiat?

ſingulis pro meritorum ratione, quod ipſis debetur, reddat? & hoc in totius mundi prælati theatro, omnibus omnino præſentibus.

5\. Bonorum quoque merita publicum, & vniuerſale iudicium requirunt: vt, ſcilicet, qui publicè, vt Apoſtolus loquitur ad Hebræos. 11. *Ludibria & verbera ſunt experti, inſuper & vincula & carceres: & qui lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*; ij in conſpectu vniuerſi mundi honorentur; digniquè ſint, qui à ſapientiſsimo iudice commendentur, & ad æternæ vitæ gaudia inuitentur.

6\. Contrariam ob cauſam contraria merces publicè improbis eſt tribuenda. Hos conuenit coram vniuerſo mundo confundi, qui in mundo, vel impio dominati ſunt, vel ad plurimos ſuæ impietatis exempla tranſmiſerunt: vel vniuerſorum Dominum inhonorarunt. Conuenit, vt quantum in delitijs fuerunt, tantum accipiant tormentorum.

7\. Rurſus conditio vitæ humanæ hoc iudicium poſtulat. Homo anima conſtat & corpore, anima & corpore meretur & demeretur anima & corpore eſt præmia meritorum ſuorum atque demeritorum recepturus, quidni igitur cum anima iam corporè erit reſtituta id eſt, in fine ſeculorum iudicium ſubiret? & iudicis voce dignus iudicetur, cui quæ reportat prœmia eidem tribuantur.

8 Denique ſumma Chriſti humilitas poſtulat, vt cum maieſtate ad iudicium veniat, homines iudicaturus, qui in infirmitate carnis noſtræ contra omne ius æquitatemquè ab hominibus eſſet iudicatus. Atque ad hoc alludere videtur apud Iſaiam, cap 45. *Viuo ego, quia mihi curuabitur omne genu*, & illud in Apocalyp. 3. *Ego vici, & ſedi in throno patris mei.* Hinc benè B. Auguſtinus de verbis Domini, ſermon. Vltimo *Sedebit*, inquit, *Iudex; qui ſtetit ſub Iudice: damnabit verò eos, qui falsò factus eſt reus.*

CAPVT TERTIVM.

An ex quorundam Spirituum, quam habent iam fœlicitatem, & aliorum, quam patiuntur miſeria, benè colligatur Iudicium Particulare.

1\. Fafi-

2. Fælicitatem hominum non differri: ſed mox bene purgatis eandem tribui, certum eſt.

Definitione Concil. { *Florent.* / *Trident.* }

Definitione Põtif. { *Benedicti XII* / *Innocent. III.* }

Sententia Patrum antiquorum,

Græcorum	*Latinorum*
Iuſtini,	*Cypriani,*
Origenis,	*Ambroſij,*
Chryſoſtomi,	*Auguſtini,*
Theodoreti,	*Bernardi,*
Theophylacti,	*Hilarij,*
Oecumenij,	*Prudentij,*
&	*&*

Explicantur contraria eorundem Patrum,

2. Sic damnationem hominum improborum non differri, ad extremum Iudicij Generalis diem extra omnem controuerſiã eſt.

3. Cum vero vtriq; tam hi, quam priores illi, de ſtatu ſuo ſint certi: alioqui,

Nec hi eſſent prorſus miſeri:

Nec illi verè felices.)

Sequitur ſententia Iudicis, quæ in Particulari Iudicio fertur,

Hunc ipſis innoteſcere, ideoq; ipſos iudicari, etiam ante diem extremum.

DVo vim argumenti alterius, quo Particulare Iudicium, ex quorundam fœlicitate, & aliorum infœlici conditione aſtruximus, eneruare videntur. Alterum eſt, quòd vſque ad extremum Iudicij Generalis diem, ſupplicia omnia, & omnia pręmia ſint ſuſpenſa & ab illo peracto primùm initium ſint acceptura. Alterum, quòd quamuis etiam quidam fœlicitate perfruantur, alij etiam igne torqueantur infernali, nondum tamen ijdem certi eſſe poſsint de ſua conditione, & ob id non neceſſe ſit confiteri iam priuato Iudicio ipſos vel damnatos eſſe ad ſupplicia, vel adiudicatos fœlicitati beatis paratæ. Et pro illo ſunt non leues Authores; pro hoc non leuia argumenta. 1.

Nam qui volunt merita ſuſpenſa eſſe, & operibus hominum, 2.
maximè Sanctorum mercedem nondum tributam, nec tribui antequam corpora animabus ſint reſtituta, ſunt ex Latinis Tertullianus, Ambroſius, Auguſtinus, Hilarius, Prudẽtius, Bernardus Ex Græcis Iuſtinus, Origenes, Chriſoſtomus, Theodoretus, Theophilactus, Oecumenius, Audiamus eos loquentes.

Tertullianus ergò lib. 4. contra Marcionem ſic habet. *Apparet* 3.
eſſe aliquam localem determinationem, quæ ſinus dicta ſit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorum eius, &c. Eam igitur regionem dico Sinum Abrahæ: etſi non cœleſtem; ſublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbitu-

ram animabus iuſtorum, donec conſummatio rerum Reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat. Idem lib. de Anima, cap. antepenultimo. *Nemini*, inquit, *ante Reſurrectionem ex his, quæ in vita geſſit, præmium redditur.* Ibidem. *Nulli patet cœlum, terra adhuc ſalua, ne dixerim clauſa. Cum tranſactione enim mundi reſerabuntur regna cœlorum.*

4. Ambroſius, lib 2 de Cain & Abel, cap. 2. *Soluitur a corpore anima*, inquit, *& poſt finem vitæ huius, adhuc futuri iudicij ambiguo ſuſpenditur.* Idem Ambroſius in lib de bono mortis, cap. 10. locum quem petunt. Omnes animæ corporibus exutæ, appellat *infernum, qui non videtur.*

5. Auguſtinus, lib. 12. in Geneſ. cap. 35 docet mentem carne depoſita, non ſic videre poſſe *immutabilem ſubſtantiam, vt ſancti Angeli vident.* Idem in Enar. Pſal. 36. *Poſt vitam iſtam*, inquit, *nondum eris, vbi erunt ſancti, quibus dicetur, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum.* Idē lib. 12 de Geneſ. ad literam, cap. 9. *Pars illa*, inquit, *ciuitatis Dei, quæ coniungenda immortalibus Angelis, ex mortalibus hominibus congregatur, nunc vel mortaliter peregrinatur in terris: vel in iis, qui mortem obierunt, ſecretis animarum receptaculis ſedibuſque requieſcit.* Idem in Enchirid. ad Laurentium, cap. 160. ſic ait. *Tempus quod inter hominis mortem, & vltimam Reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet.* Et lib. 1. Retract. cap. 14. cum hanc quęſtionem ex profeſſo attigiſſet, indiſcuſſam reliquit, ita ſcribens. *Illud nos beatiſſimos facit, quod ait Apoſtolus 1. Corinth. 15. Tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoſcam, ſicut & cognitus ſum, qui hoc inuenerunt, ipſi dicēdi ſunt in beatitudinis poſſeſſione conſiſtere. Sed quinam ſint illi beatiſſimi, qui iam ſint in ea poſſeſſione, magna quæſtio eſt. Et Angelos ſanctos quod ibi ſint, nulla quæſtio eſt. Sed de ſanctis hominibus iam defunctis, vtrum ipſi ſaltem dicendi ſint, iam in illa poſſeſſione conſiſtere, meritò quæritur. Iam enim corpore quo anima aggrauatur, exuti ſunt: ſed adhuc expectant etiam ipſi redemptionem corporis ſui, & caro ipſorum requieſcit in ſpe, necdum in futura incorruptione clareſcit. Sed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatem facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus diſputando inquirere.*

6. Bernardus Serm. 3. de Sanctis. *In illam*, inquit, *beatiſſimam Dei domum animæ nec ſine nobis intrabunt, nec ſine corporibus ſuis.* In eodem ſermone explicans illud Dauidicū, *Quam dilecta tabernacula.* Pſal. 83. tres diſtinguit animarum gradus. *Aduertiſtis*, inquit, *ex his quæ dicta ſunt, tres eſſe ſanctarum ſtatus animarum: primum, videlicet, in corpore corruptibili. ſecundum ſine corpore, tertium in beatitudine conſummata.* Primum in tabernaculis: ſecundum in atrijs: tertium in domo Dei.

Hilarius, in Pſal. 138. explanans illud, ſi deſcēdero &c dicit eſſe

legem

legem humana neceſſitatis, vt ſepultis corporibus animæ ad inferos deſcendant, quam legem neque ipſe Chriſtus recuſauerit.

Prudentius etiam in poematibus ſuis piorum animas è corpore decedentes dicit deferri in paradiſum terreſtrem, vnde Adam eiectus eſt. Sic enim canit in Hymno pro exequijs defunctorum.

Quanam in regione iubebis
Animam requieſcere puram?
Gremio ſenis abdita ſancti
Recubabit: vt eſt Eleazar,
Quem floribus vndique ſeptum
Diues procul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta Redemptor,
Quibus atra morte triumphans,
Tua per veſtigia mandas
Socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida iam paradiſi:
Licet & nemus illud adire
Homini, quod ademerat anguis.

Idem Prudentius nunc eaſdem animas ſub altare Dei collocare videtur. In Hymno enim decem & octo Martyrum Cæſar Auguſtanorum ita loquitur.

Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba, quam ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.

Latini hi auctores. Græci ſequuntur.

Primus eſt Iuſtinus Martyr. Ille, quæſtione 60. in Geneſ. ſic loquitur. *Neque enim ante reſurrectionem vnicuique ex ijs, quæ in vita geſſit, præmium reddetur.* & quæſt. 76. ait animam boni latronis cuſtodiri in cætu Beatorum ad reſurrectionis remunerationiſq; diem. Verba eius hæc ſunt. *Si ante reſurrectionem nulla ſunt operum præmia, quis fructus fuit latroni, cum in paradiſum eius animus introductus eſt præſertim cum paradiſus ſub ſenſum cadat, animi autem eſſentia non percipiatur ſenſibus?* Reſponſio. *Hoc latro conſecutus eſt, cum in paradiſum intrauit, quod re ipſa fidei emolumentum fructumq; cognouit, quia dignus eſt habitus cætu beatorum, in quo cuſtoditur ad reſurrectionis remunerationiſque diem.*

Origenes, Homil. ſeptima in Leuit. *Nondum*, inquit *ſancti receperunt lætitiam ſuam: nec Apoſtoli quidem: ſed & ipſi expectant, vt ego lætitiæ*

eorum

Digitized by Google

eorum particeps ſiam. Idem lib. periarchon 2. loquens de loco, ad quem animæ tendunt poſt mortem. *Puto*, inquit, *quod ſancti quique diſcedentes ex hac vita, permaneant, in loco aliquo, in terra poſito, quem paradiſum dicit ſcriptura diuina, velut in quodam eruditionis loco, & vt ita dixerim adiutorio, vel ſchola animarum, in quo de omnibus his, quæ in terra viderant doceantur.* Et lib. 4. Periarchon, *Qui de hoc mundo*, inquit, *ſecundum communem iſtam mortem recedunt, pro actibus ſuis & meritis diſpenſantur, prout digni fuerint iudicati, alij quidem in locum, qui dicitur infernus, alij in ſinum Abrahæ per diuerſas manſiones.*

11. Chryſoſtomus, Homil. 39. in 1. ad Corinth. *Animus*, inquit, *ſine carne ipſa admirandis illis bonis non fruetur.* Ibidem docet quod ſi corpus non reſurgat, animam noſtram incoronatam manſuram & *extra cæleſtem beatitudinem.* Hanc ſententiam idem Chryſoſtomus longiore verborum ambitu & exemplis adhibitis circumſcribit Homil. 28. in Epiſtolam ad Hebr. De loco autem, in quo ipſæ nondum coronatæ animæ detineantur, idem in commentarijs Pauli iudicare videtur eſſe *ſinum Abrahæ.* Idem inſinuat homil. 33. ad populum Antioch & Homil. 35. Mattheũ. & Hom. 50. in Geneſim.

12. Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus, in 11. cap. ad Heb. *Sanctorum ergo*, inquit, *tot & tanta fuerunt certamina; ea hi tamen nondum coronas acceperunt. Expectat enim vniuerſorum Deus aliorum certamina, vt ſoluto ſtadio, omnes qui victoriam fuerint conſecuti, ſimul victores pronunciet, & remuneret.*

13. Theophilactus Bulgarorum Epiſcopus, in idem 11. cap ad Heb. *Sancti*, ait, *nihil adhuc cæleſtium promiſſionum ſunt aſſecuti, tametſi fuiſſe conſtat nonnullos, vt Dauidem Regem, his terræ bonis affectos: haud tamen præſentia ipſi inquirunt, ſed quæ in cœlo ſunt certiores & veriores promiſſione.* Hoc idem habet in Commentarijs ſuper 23 Caput Lucæ, exponens illud, *Hodie mecum eris in paradiſo Sancti*, inquit, *tametſi nondum perfecte bonis fruantur, iam tamen verſantur in locis lucidis & fragrantibus, & pulchris tabernaculis, etiam ſi nondum diſtributionem regiorum bonorum aſſequantur.*

14. Oecumenius in 11. ad Hebræos *Omnes*, inquit, *ſancti teſtimonio promeriti, quod per fidem Deo placuerunt, nondũ conſecuti ſunt bona iuſtis promiſſa: Deo de nobis melius prouidente, ne illi aliquid amplius, quam nos, haberent in eo, quod priores coronati eſſent. Vnum definit tempus, vt & nos cum ipſis coronemur. Hoc autem pro nobis eſt: illi nunquam ſedent irremunerati, noſtram exſpectantes adminiſtrationem.*

15. Plures pro hac ſententia proferre poſſemus Auctores. Præter hos quoque profert Sixtus Senenſis, lib. 6. Bibliothecæ ſuæ ſan-

ctæ, Iacobum fratrem Domini, in ſua Liturgia; Irenæum Lugdunenſem, lib. 5. aduerſus Hereſ. Clementem Romanum D. Petri diſcipulum, lib. 2. Hypotypoſeon: Aretham in Comm. in Apocalyp. Euthymium in cap 32. Lucæ: & Ioannem Pontificem Roman eius nominis xxii. qui vt eandem omnes tenerent & tuerentur, decreto dicitur conſtituiſſe. Sed pluribus ad illam perſuadendam opus non eſt.

Et vt hæc ſententia graues habet authores, ita non leuia ſunt argumenta quæ oſtendant non neceſſe eſſe ob id Particulare iudicium conſtitui, quod quidam felicitatem poſsideant, alij patiantur cruciatus infernales: propterea, quod & felices quidã eſſe poſſint, & quidam, propter cruciatus, quos ſuſtinent, miſeri, quamuis neutri ſint iudicati. 16

Non dubitant quidam aſſerere diuina viſione fœlicem aliquando fuiſſe B. Paulum; alij etiam Moyſen; quorum tamen neuter coram diuino tribunali ſententiam acceperat: Et cruciatus inferni perpeſſos eſſe credi poteſt eos, qui ſine fide, aut etiam cũm grauibus peccatis, ex hac vita, diſceſſerunt, & tamen non omnes hos iudicatos fuiſſe videntur probare illi, qui ad præſentem vitam à ſanctis hominibus ſunt reuocati, & poſtea in ſanctorũ numerum (vt de aliquibus certum eſt) aſſcripti. Neque enim ſemel prolata à Deo ſententia reuocari poteſt. 17

Quot verò ſunt, qui ſine fide, aut certè cum grauibus peccatis hinc diſceſſerunt, & ad vitam rurſus ſunt reuocati? Refert B. Gregorius, lib. 1. Dialogorum, cap. 12. a S. Seuero excitatum fuiſſe quẽdam virum peſsimum, qui à Dæmonibus in infernum ductus fuerat. Scribit Egeſippus, lib. 3. cap. 2. B. Petrum excitaſſe affinem quẽdam Cæſaris Ethnicum à morte. Nec dubitari poteſt quin Apoſtoli Ethnicos plures ad vitam reuocarint. Maximus ſerm. 2. de S. Agnete, dicit ab ea excitatum filium præfecti, qui in peccato mortali obierat. Et Euodius, lib. 1. de Miraculis S. Stephani teſtatur puerulum mortuum ante baptiſmum, ad S. Stephani reliquias fuiſſe dilatum, ibidemque ad vitam rediјſſe. 18

Atque hæc duo ſunt, quibus noſtra, pro Iudicio Particulari allata, euerti videtur. Sed tamen reuera non euertitur, quia in altero falſum aſſumitur; in altero malè concluditur, falſum eſt hominum opera, ante Iudicij extremi diem, non remuneratum iri. Malè concluditur, non neceſſarium eſſe vt Iudicium præcedat mercedis retributionem, quod aliqui ſuorum laborum mercedem aliquam ante Iudicium acceperint. 19

20. Omnino fide Chriſtiana tenendum eſt, eos qui ex hac vita diſcedunt, mox operum ſuorum fructus percipere: & alios quidem mox rapi ad infernalia ſupplicia; alios, in quibus nihil reſtat purgandum, aſſociari choris Angelorum in cœleſti curia, atque adeo Dei beatiſsima viſione perfrui.

21. Eſt pro hac re diſertum florentinæ Synodi œcumenicæ decretum. *Definimus, inquiunt Patres, illorum animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel iiſdem exutæ corporibus, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Dominum, trinum & vnum, ſicuti eſt: pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali diſcedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendos.*

22. Idem habet concilium Tridentinum ſeſſ. 25. Idem Benedictus XII in Extrauagante Benedictus, quam ad verbum refert Alphonſus à Caſtro, lib. 3. contra Hereſ verbo Beatitudo, hæreſ 6. Idem Innocentius M. in Capitulo Maiores, Extra de Baptiſmo, & eius effectu; & in Cap. Apoſtolicam, Extra, de Presbytero non baptizato.

23. Nec hic Patres deſiderantur, quin imo illi ipſi huic ſententiæ ſuffragantur propemodum omnes, qui ſuperius contra eandem ſunt producti. A. Græcis principium facimus, dum hoc docemus.

24. Iuſtinus, quæſt 75. à Gentibus poſita. *Poſt animi à corpore exceſſum ſtatim fit bonorum malorumq; diſtinctio, ducuntur enim ad loca quæ illis digna ſunt, ab Angelis: bonorum quidem animi, in paradyſum, vbi conſuetudo eſt & aſpectus Angelorum, & Archangelorum, viſio etiam conſeruatoris Chriſti.* Hæc Iuſtinus. Itaque, quòd quæſt. 60 dicit *ante Reſurrectionem non reddi præmia,* de perfecta abſolutaquè retributione intelligendum eſt, qua homo in corpore ſimul & anima laborum operumq; mercedem accipit, quod verò quæſt. 76. reſpondet magis nobis fauet, vt qui Lazarum ad cætum beatorum admittit.

25. Origenes, lib. 2. periarchon, cap. 12. *Si quis,* inquit, *mundus corde, & purior mente, & exercitatior ſenſu fuerit, cito ad aëris locum aſcendet, & ad cœlorum regna perueniet.* Ibidem aſſerit D. Paulum omnia iam *in Deo* videre. quod igitur hom. 7. in Leuiticum dicit, de perfecta lætitia accipiendum, quæ concedetur aſſumptis iam, in communi omnium reſurrectione corporibus. Errauit tamen Origenes in eo, quod ad felicitatem ſuam putauit animam peruenire, per varia loca, & virtutum progreſſus: velitq; primum duci ad locũ aliquem terreſtrem, vt ibi expoliatur: deinde duci ad loca aerea, & ibi diſcere quædam ſublimiora; tandem duci ſupra cælos ad Chriſtum.

Chry-

Chryſoſtomus, homil.in illud ſap.5. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt &c. Iuſti*, inquit, *in aliam vitam tranſlati beati ſunt, eo, quod ad Chriſtum abierunt, & propius ad Regem: non per acceſſum & fidem, ſed facie ad faciem* & homil.69 ad Popul. *Iuſti*, inquit, *cum hinc migrarunt, felices omninò ſunt, ad Chriſtum enim tranſierunt*. Homil.16. itẽ ad Roma. *Mors*, ait, *non ſeparat nos à Chriſto, ſed magis ad eum chorum coniungit, qui cum Chriſto eſt, gloriaque illa potiri facit*. Similia habet, homil.4. ad Philip & homil. de cruce & latrone, & lib 6. de ſacerdotio. Quid igitur eſt, quod idem Chryſoſtomus, ſuperius citatus docet *animum ſine carne non beari*? Reſpondeo non negare ipſum felicitatem non tribui ante corporum reſurrectionem; ſed ſimpliciter nullis bonis cæleſtibus perfruiturum animum; ſi non ipſa aliquando reſurgat caro, vtpote quæ vt communes cum animo habuit labores, communem etiam debeat cum animo habere felicitatem. *Paradiſi* autem locos ipſos beatos à cœlo non excludit, quia nouum non eſt, vt 2. pro cœlo, & pro cœleſti gaudio accipiatur.

Theodoretus, lib.8. ad Græcos, qui eſt de Martyribus, *Si cœlum*, inquit, *ſedes illorum eſt, qui pie vixerunt, hunc profectò finem ſui curſus, & Martyres iam conſecuti ſunt, his enim magis pium nihil eſſe poteſt*. & infra. *Martyres nunc & à cunctis latè mortalibus honores ampliſſimos ferunt, & æternis inſigniti ſunt coronis*. Si æternis coronis inſigniti ſunt, quomodo non aſſecuti ſunt *repromiſſiones*, vt ſupra obiectus Theodoretus dicit, niſi de repromiſſione reſurrectionis, & gloriæ corporalis ſit ſermo?

Theophilactus, in cap, 23. *Dicendum eſt*, inquit, *idem eſſe paradiſum & regnum cœlorum. Nam latro eſt in Paradiſo, & regno: alioquin non frueretur perfecta bonorum participatione*. Quando ergo alicubi dicit Sanctos *nihil* cœleſtium promiſſionum accepiſſe, illius gloriæ intelligit, quam corpori affert reſurrectio.

Oecumenius denique, in 9. cap. ad Heb. dicit non ſolum Chriſtum in cœlum ingreſſum eſſe; ſed *humanum quoque genus* ſecum duxiſſe. Ad illud quod ſuperius ex ipſo allatum eſt eo ſenſu credendum eſt eſſe locutum, quo Theophilactus, atque Theodoretus & S. Chryſoſtomus. Hi Græci, ſequuntur Latini.

Ex latinis pro contraria ſententia productus fuit antiquiſsimus ſcriptor Tertullianus, hic ſi nobis non fauet, certè non obeſt. Poteſt enim hoc inter alios ipſius errores referri, ob quos eundem in Catalogo Hæreticorum recenſet B. Auguſtinus, lib. de Hæreſ cap. 86 Eidem verò nos apponimus ſanctiſsimum Martyrem Cyprianum, qui lib. de Exhortatione Martyrij, cap. vltimo. *Quis*, inquit,

[illegible] & infra. *Clau-dititur cœlum in perſecutionibus terræ ſed patet cœlum. Quanta dignitas, & quanta ſecuritas exire hinc lætum: exire inter preſſuras & anguſtias glorioſum? claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eoſdem ſtatim, vt Deus videatur & Chriſtus? tam velociter migrandi quanta felicitas? vt terris repentè ſubtraharis, vt in regnis cœleſtibus reponaris?*

31. Ambroſius, lib. 7. Epiſt. 59. ad Theſſalonicenſes, *Acolius,* inquit, *ſuperiorum incola, poſſeſſor ciuitatis æternæ, illius Hieruſalem, quæ in cœlo eſt, vidit illic vrbis illius menſuram immenſam, purum aurum, lapidem precioſum, lumen ſine ſole perpetuum. & hæc omnia iam dudum ſibi comperta, ſed nunc facie ad faciem.* Idem Ambroſius, Epiſt. 85. Prothaſium & Geruaſium dicit eſſe plenos luminis & fulgoris æterni, eorumq; corpoa in terra, animas in cœlo eſſe. Quod verò idem, vt ſuperius allatum eſt, ait animam poſt hanc vitam *ambigua futuri iudicij* ſuſpendi referri debet non ad futuram ſententiam illius iudicij, ſed ad tempus eius, quod etiam angelis ipſis, nedum beatis animabus ignotum eſt, vt Chriſtus aſſirmauit, Matth. 24.

32. Auguſtinus pluribus locis Catholicam ſententiam docet. lib. 12. Geneſ. cap. 34. dicit animas Sanctorum eſſe in paradiſo, ſiue *tertio cœlo,* quo raptus S. Paulus, deinde explicans tertium cœlum aſſerit id eſſe, quo mente ea, quæ ſunt in cœlo, ipſa dei *ſubſtantia, verbumq́; per quod omnia facta* ſunt, in caritate ſpiritus ſancti ineffabiliter videtur. Idem lib. 20. de Ciuit. cap. 13. *Animæ* inquit, *victrices glorioſorum Martyrum, omnibus doloribus ac laboribus ſuperatis atq; finitis, poſteaquam mortalia membra depoſuerunt; cum Chriſto vtiq; regnauerunt & regnant; donec finiantur mille anni, vt poſtea, etiam receptis corporibus iam immortalibus, regnent.* Idem lib. Meditat. cap. 22. *Fœlix anima,* inquit, *quæ terreno reſoluta corpore, libera cœlum petit. Habet enim præſentem, cernitq; indeſinenter pulcherrimum dominum, cui ſeruiuit, quem dilexit, ad quē tandem læta & glorioſa peruenit:* Pro locorum autem contrariorū explicatione; notanda duo, primum. B. Auguſtinum exiſtimaſſe animas Sanctorum videre quidem Deum, ſed non ita perfectè, vt poſt reſurrectionem, propterea quod naturale deſiderium recipiendi corpus non ſinat animam toto conatu ferri in Deum, quemadmodum toto feruntur Angeli, in quibus illud deſiderium non eſt, atque hoc eſt, quod dicit *animam non videre Deum, vt Angelos.* Alterum eſt, quod quamuis nunquā dubitarit Auguſtinus, quin animæ nūc ſint beatæ, dubitauit tamen aliquando de loco, vbi beatitudine afficerentur. Aliquando opinatus eſt ipſas eſſe extra cœlum; ſed,

pluri-

pluribus locis, eſſe in cœlo conſtanter affirmauit, vt lib. 20. de Ciuit. cap. 15. & lib. 2. qq. Euang cap. 38. Quocirca quod de abditis animarum receptaculis ſcribit, meritò de ſedibus mortali naturæ inacceſsis, quos in ipſo cœlo animæ habent, intelligi poteſt.

S. Bernardi, Serm. 5. de feſto Omnium Sanctorum aliquos iam dicit eſſe iuſtos, qui *iam Dei conſpectum meruerint*, & non adhuc viuãt in fide. Et Sermone de S. Malachia ait illum *pari cum Ang. in gloria & felicitate lætari.* Et Epiſtola ad fratres de Hibernia, loquens de eodem Malachia: *Non iam*, inquit, *fide ambulas, ſed in ſpecie regnas. Abſit, vt immutata, nedum exinanita, tua illa operoſa charitas reputetur, cum ad fontem ipſum charitatis æternæ procumbis, pleno hauriens ore, cuius & ipſa prius ſtillicidia ſitiebas.* Quocirca non probantur Alphonſus à Caſtro, atque Sixtus Senenſis, qui contrariam ſententiam Bernardo tribuunt. Quod ſi contrarium dicere videtur, intelligendus eſt loqui de perfecta viſione, quam habebit anima, poſtquam indua corpus, toto impetu in Deum feretur.

Hilarius, in Pſal. 64. *Beati quidem*, inquit, *ſunt, qui iam à Deo ad habitandum in tabernaculis eius electi ſunt: ſed feſtinare nos in conſortium huius beatitudinis congruum eſt, operationibus id, atq; orationibus expetentes.* Itaque quod in Pſal. 138. dicit *eſſe legem humanæ neceſsitatis, vt animæ ad inferos deſcendant*, intelligitur pro eo tempore, quo cœlum clauſum fuit, poſtquam verò Chriſtus aſcendens aditum ad cœlum reſerauit, nulla ad inferos deſcendendi omnibus animabus neceſsitas incumbit.

Prudentius denique, etiam ad horum accedit ſententiam In carmine enim de B. Agnete ſic cecinit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

O virgo felix, ô noua gloria:
Cæleſtis arcis nobilis incola.

Similia multa.

Habet Prudentius. Quapropter cum dicit animas *deduci ad ſinum Abrahæ*, vel *ad paradiſum, vnde adam eiectus eſt*, figuratè loquitur, quia tam ſinus Abrahæ, quam paradiſus terreſtris typi ſunt regni cœlorum.

Dictis Patribus poſſumus addere ex Latinis. B. Paulinum, Natal. 3. de S. Felice, Proſperum Aquitanicum, lib. 1. de vita contemp. cap. 1. Maximum Taurinenſem, hom. in S. Euſebium Vercellenſem; Leonem I. ſermone de S. Laurentio; fulgentium ſerm. de S. Stephano; Primaſium in 9. ad Heb. Gregorium Magnum in 4. Pſal. pœnit: Bedam in 6. Apocalypſ. Anſelmum in 2. Corinth. 5. Sulpitium in Epiſt. ad Aurelium Diaconum. Et ex Græcis B. Ignatiũ,

Epiſt. ad Romanos; Dionyſium Areopagitam, lib. de Eccl. Hierarch. cap. 7: Irenæum, lib. 1. cap. 2. Athanaſium in Vita Antonij: Baſilium, Homil. in 40. Martyres: Gregorium Nazianzenum, Oratione in Baſilium: Gregorium Nyſſenum, Oratione in S. Ephré: Cyrillum Hieroſol. Catech. 13: Cyrillum Alexandrinum, lib. 11. Ioannem, cap. 36: Epiphanium, hæreſ. 78: Euſebium lib. 4. Hiſto. cap. 15. Damaſcenum, in Hiſtoria de Barlaam & Ioſaphat, in fine: Quidquid ſit, dubium eſſe non poteſt, laborum præmia, non ad extremum Iudicij extremi diem ſuſpendi; ſed vt Sanctos ita improbos mox à morte dignos laborum fructus percipere: & illos de æterna ſalute eſſe ſecuros; hos ob ſupplicia, quæ ſciunt nunquam finem habitura eſſe miſerrimos.

38. Qui verò hoc agnoſcit, vt agnoſcere omnes tenentur, qui pro Catholicis haberi volunt, poſſuntne dubitare de Iudicio, quo hi laborum fructus decreti ſunt? Si de mercede fælici hi, illi de infelici ſunt certi, cuius ſententia certi ſunt, niſi cuius voluntate atque imperio vtriſquè merces decernitur? Si certi non ſunt, quomodo hi fælices prorſus; illi prorſus ſunt infælices? Ita ſuperius argumentati ſumus.

39. Ergo cum quatuor poſſent eſſe ſtatus animarum poſt hanc vitã: vt vel ſciant conditionem ſtatus ſui, & mercedem quoque habeãt: vel nec ſciant conditionem, nec habeant mercedem: vel ſciant quidem conditionem, non tamen habeant mercedem; vel mercedem habeant, conditionem verò ignorent; ſi aliquis Iudicium poſtulat, primus poſtulat, qualem oſtendimus omnium propemodum eſſe, qui ex hac vita diſceſſerunt.

40. Nec mouere nos debet; quod fœlices quidam dicantur fuiſſe, qui non fuerunt iudicati, rurſus quidã infelices ſine Iudicio præcedente. Allata quidem pro hac re ſunt, ſuperius Theſ. 17. &c. exempla; ſed Aſſertioni noſtræ vim nullam afferunt.

41. Qui enim illi, ſine præcedente Iudicio fœlices? Moyſes producitur atque Apoſtolus Paulus, verum ſi fælices illi fuerunt, non ex eorum ſunt numero, de quibus nobis ſermo. De ijs loquimur, qui poſt depoſitam grauis corporis ſarcinam in beatorum ſocietatem aſſumpti ſunt, quos omnes Particulare Iudicium ſubire docemus: quales non fuerunt Moyſes atque Paulus; quibus hoc priuilegiũ contigit vt ſalua vita, in fragili corpore, Dei viſione fruerentur, quemadmodum probabilis eſt multorum ſententia.

42. Sic qui aut ſine Baptiſmo, aut cum grauibus peccatis hinc diſceſſerunt, & rurſus ad vitam ſunt reuocati, quemadmodum per

Parti-

Particulare Iudicium à morte, vltimam ſententiam non acceperũt; ita neque inferni aut damnatorum pænas ſuſtinuerunt, vt ſententia; ita quæ præteritis meritis pæna debebatur fuit ſuſpenſa, quod quia magno diuinæ ſapientiæ conſilio, & rariſsimè, accidit, communes eiuſdem ſapientiæ diuinæ leges minimè tollit.

CAPVT QVARTVM.

An Sacrarum Scripturarum teſtimonijs, & authoritate, doceri poſsit Iudicium Particulare ſingulorum.

1. Scripturæ quædam expreſsius videntur illud inſinuare, ſcilicet	*Vt docent ſequentes.*
	Eccleſ. 11.
Illa Iohannis 4.	*Lucæ* 22.
Illa ad Hebr. 9.	*Actuum* 7.
Illa Eccleſ. 11.	*Philip.* 2.
Non tamen omninò probant.	*2. Corinth.* 5.
2. Quædam per conſequentiam quandam; vt illa quæ docent,	*Epheſio:* 4.
	Hebræo, 9. 12.
Non differri meritorum Retributionem ad generale Iudicium,	*Apocalyp.* 6.
	Explicantur loca contraria dictis:

QVi nihil credendum, aut recipiendum cenſent Chriſtiano homini, quod non Sacrarum Scripturarum authoritate nititur & confirmatur; illi, præterquam quod Chriſto Chriſtique Eccleſiæ iniuriam faciunt; etiam omnia Chriſtianæ religionis myſteria in dubium vocant. Quocirca, qui ſe Catholicos, omnibus temporibus, ſunt profeſsi; ſi fidei dogmata earundem Scripturarum authoritate poſſent confirmare; minus de veritate illorum dubitabant: ſi tamen harum authoritate deſtituerentur, non ob id ijſdem fidem negabant. 1.

Hinc eſt, vt parum prudenter agant, qui in particulari Iudicio aſtruendo Scripturas vrgent: ſed multo ij imprudentius, qui idcirco negant, quod pro eodem nulla putent eſſe Scripturarum ſacrarum ſubſidia: Quia vt plurima Chriſtianæ religionis alia dogmata; ita hoc de Particulari Iudicio, alijs poteſt rationibus conſtitui, & ſtabiliri. 2.

Sed tamen non omninò hic nos Scripturis deſtitutos eſſe qui- 3.

dam exiſtimant. & alij quidem in diſertis earundem verbis credũt doceri Particulare iudicium: alij obſcurius, per quandam conſequentiam id volunt ex ijs colligi. Diſertis verbis credunt id aſtrui à B Paulo, quando dixit, ad Heb. 9. *Statutum eſt omnibus ſemel mori: poſt hoc autem iudicium*, obſcurius verò colligi ex ijs, quibus ſignificatur quoſdam iam damnatos eſſe; quoſdam ſaluatos, quod ſine iu-
4. dicio fieri, non, exiſtimant.

Priorum authoritate nos ſuperius vſi ſumus, Capite primo: Poſteriores ad hypotheſim ſuam aſtruendam vtuntur Scripturę locis: quæ partim vetus, partim nouum teſtamentum ſuppeditat; quemadmodum mox docebitur.

5. Verum ſunt, qui vtroſquè oppugnant, nec credant particulare iudicium illa D. Pauli ſententia cõſtitui: nec doceri ſcripturis quoſdam iam aut ad æterna ſupplicia damnatos, aut in ſocietatem beatorum Angelorum aſſcriptos. Quid quod iudicium velint tolli ex contrarijs ſcripturis, ijs, ſcilicet quibus doceri videtur bonorum pręmia & mercedem ad extremum iudicij diem differri Tales ſunt quod Dominus, Matth. 20 *ad veſperam* (in fine mundi) *omnes ſimul* operarios vocet: & ſimul omnibus mercedem laborum perſoluat: quod B. Apoſtolus 2. Timoth. 4 dicat ſibi *repoſitam coronam iuſtitiæ, quam accepturus ſit in illa* (vltima) *die* & ad Hebræos 11. doceat *ſanctos nõ conſummari ſine nobis, nec repromiſſiones reportare*: quod Beatiſsimus Ioannes 1. cap. 3. aſſerat *tum nos ſimiles Chriſto futuros, & eundem ſicuti eſt, viſuros, cum apparuerit*, ad iudicij, videlicet, diem. Idem Ioannes Apocal. 6. vidit ſubtus altare animas interfectorum, & audiuit ipſis dictum, *vt requieſcant, donec compleantur conſerui eorum.*

6. Duo igitur nobis hic præſtanda Alterum eſt definire, Vtrum iudicium Particulare diſertis verbis ſacrarum ſcripturarum aſſeratur: Alerum. Vtrum earundem authoritate poſsit conſtitui, laborum prœmia, & operum mercedem, non differri ad generale iudicium in fine mundi peragendum.

7. Pro iudicio ergo particulari tria ex ſcripturis loca efferuntur. Vnus eſt Ioan. 4. *Pater* inquit Dominus, *omne iudicium filio dedit*. Alter Pauli eſt, ad Heb. 9. *Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium*. Tertius Eccleſiaſtici 11. *facile eſt coram Deo, in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas, & in fine hominis denudatio operum eius.*

8. Ex primo idcirco quidam illud colligunt, quod *plurium* Iudiciorum Chriſtus meminit; *Omne*, inquit, non vnum *iudicium* Pater filio dedit, vt ob id præter Generale videatur conſtituiſſe particula-

te. Ex ſecundo, quod morti vniuſcuiuſq; *iudicium* ſubiungat: quod verò illud aliud eſt ſi Particulare non eſt? Ex tertio, quod Deus dicatur *in die obitus retribuere vnicuique*, & in fine, hominum opera denudare.

Sed ex prioribus locis, firmum ſatis argumentum non accipitur 9.
Neque enim neceſſe eſt, vt ſi plura iudicia admittantur, vt admitti debent, præter Generale, Particulare concedatur: etiam plura dici poſſunt omnium hominum, qui in fine ſæculorum, in vno generali iudicabuntur. Sic neceſſe non eſt, aliud quam Vniuerſale intelligamus illud, quod mortem ſequitur, quoniam non *ſtatim* poſt mortem iudicium exercendum ſignificat Apoſtolus.

Tertius & poſtremus locus magis ad rem facit, idquè propter 10.
duo quæ in iudicio inueniri ſolent, videlicet, quod in eodem cauſæ iudicandorum cognoſcantur, & iudicatorum deinde meritis ſua tribuantur præmia. Hæc enim vtroque cum in die obitus vniuſcuiuſque Eccleſiaſticus ſignificet futura certè non obſcurè cum ſingulis particulare iudicium, poſt mortem inſtituendum, demonſtrat. Hoc de priori.

Clariora ſunt ſcripturæ præſidia pro poſteriori, quæ oſtendunt 11.
laborum fructus, & operum præmia non differri, ad mundi huius conſummationem, & Generale iudicium, ſed mox, à morte, illa impijs, mox etiam iuſtis, in quibus nihil reſtat purgandum, retribui. Et primò quidem hîc ſeruit nobis proximè citatus Eccleſiaſticus. *Denudatio enim operum*, cuius meminit, per Iudicium fit, quod ſequitur poſtea eorundem *retributio*; quæ dum *in fine obitus* futura dicitur vniuſcuiuſque, ſignificatur quod mox à morte prẹmia meritorum diſpenſentur: quæ quemadmodum iuſtis erant ſinus Abrahæ ante reſeratum, per Chriſti paſsionem, cœlum, & poſt ipſum, fælix Dei viſio; ita impijs, qui ſemper patet, Infernus.

Secundò hîc ſeruit illud, apud Lucam, cap. 23. vbi Dominus la- 12.
troni, inquit, *Hodie mecum eris in paradiſo.* Quis enim hic *paradiſus*? An terreſtris ille, corporum delitijs ſeruiens? Sed quid ſi ille in rerum natura eſſe negetur? Deinde latronis anima *mox* corporis vinculis erat abſoluenda, & non terreſtribus, ſed ſpiritualibus delicijs reficienda. Ergò illum paradiſum Dominus intelligebat, cuius terreſtris ille typus fuit; & quem B. Paulus, 2. Corinth. 12. vocat *tertium cœlum*; in quo Dei viſio, veraque fælicitas habetur. Hic cum *eo die*, quo memoriam ſui in regno Chriſti petebat latro, promittatur; docetur *mox* à morte ad fælicitatem veram perennemquè homines aſſumi.

13. Tertius pro noſtra ſententia eſt B. Stephanus, Actuum cap. 7. vbi à Domino (quem videbat in cælis ad dextram Patris) rogabat accipi Spiritum ſuum. *Video*, inquit, *cælos apertos, & Ieſum ſtantem*; mox, *Domine*, inquit, *accipe Spiritum meum*. Quo quæſo, cupiebat Martyr ſpiritum transferri niſi ad Dominum, cui eundem commendabat. At hic in cælo erat; Cœleſtis igitur regni incola eſſe cupiebat, an ſine cæleſtis regni fœlici fruitione?

14. His accedit D. Paulus, qui ad Philip. 2. ſic loquitur, *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto*. Quid eſt eſſe cum Chriſto aliud, quàm præmij loco Chriſto perfrui? Ita Ambroſius eo loco; & benè; quia Ioannis 12. hoc tanquam præmium ſuis promittit Dominus, vt, *vbi ille eſt, ſint miniſtri eius*. Cupiebat igitur ſanctiſsimus Paulus, poſt diſſolutionē huius corporis Chriſto perfrui. Quando vero? An poſt aliquot annorū millia? Minimè. Mox poſt corporis depoſitā ſarcinā.

15. Seruit ſecundo nobis idem Paulus, in 2. ad Corinth. 5. vbi, quod ad Philippenſes ſibi optabat fieri citò, indicat omnibus ſanctis cōtingere poſt mortem. Docet enim animam iuſti abſoluta peregrinatione huius vitæ, in qua ambulat per obſcuram cognitionem fidei, Deo præſentem fieri, per claram viſionem; oppoſitam illi obſcuræ cognitioni. *Quandiu*, inquit, *ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem*. Et mox ſubdit. *Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe Deo*. Huc etiā pertinet, quod ante ibidem dixerat: *Scimus, quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur; quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*.

16. Tertiò idem D. Paulus ſeruit, in ſua ad Epheſ. 4. cap. vbi indicat Chriſtum animas quas ex limbo eduxerat, ſecum tranſuexiſſe ad cœlum. Hoc ſignificari, docent per illud, quod dicitur, *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem*, Hieronymus in Pſal. 67. & Ambroſius alijque in dictum locum. An verò in cœlo eſſe contingit, & Deum non videre? (*Angeli*, inquit Dominus, Matth. 18. *eorum in cœlis, ſemper vident faciem patris*) Et videre contingit Deum, & non eſſe felicem. *Hæc eſt vita æterna*, inquit, Dominus, Ioann. cap. 17. vt cognoſcant te Deum, &c.

17. Idem Apoſtolus ad Hebræos eiuſdem eſt ſententiæ, quando, ca. 9. docet *priore tabernaculo ſtatum habente, nondum propalatam viam ſanctorum*. Significat enim toto tempore veteris Teſtamenti non patuiſſe aditum ad cœlum, ideoque etiam iuſtiſsimos deſcendiſſe ad inferos: ſed poſtquam Chriſtus velum tabernaculi perrupit, propalatam eandem eſſe, & aditum ad cœlum patere.

In eadem ad Hebræos Epiſtola Idem Apoſtolus, cap 12. vocat animas Iuſtorum *ſpiritus perfectorum, & conſcriptos in cælo Ciues, & Eccleſiam primitiuorum, & Hieruſalem cæleſtem.* An hæ infelices an non fœlices eſſe poſsunt.

Dictis locis omnibus adiungimus illud. Apocalyp. 6 vbi Martyrum animabus dicuntur datæ ſingulæ ſtolæ albæ, quæ ſi illæ gloria ſunt animarum quam ex beatitudine percipiunt quemadmodũ exponũt B. Auguſtinus, ſerm. 4. de innocentib. Gregorius in Pſal. 4. Pænit. Beda, Haymo. & Anſelmus in dictum locum. Atque hæc noſtræ Aſſertioni ſeruiunt ſcripturæ loca.

Dictis verò non aduerſantur, quæ 1 Theſ 5 in contrarium ſunt allata. Nam quod de *denario diurno* dicitur, qui ad veſperam ſimul omnibus datur, Matth. 20. ſi quid probat, probat in extremo illo generalique iudicio, quando mundi eſt veſpera, publicè animabus perfectam mercedem reddedam eſſe. Cum hoc verò conſiſtit, quod ſingulis interim ſua in ſine vitæ cuiuſque ſit tribuenda. Quanquã dici etiem poſsit in parabola Domino tantum propoſitum fuiſſe docere minori tempore Patres noui teſtamenti laborare, quam laborarint illi veteres teſtamenti, & tamen eoſdem ad eandem beatitudinem peruenire. Neque enim oportet, vt in parabolis omnia conueniant cum rebus, quæ per parabolas ſignificantur.

Dies illa, qua ſibi reddendam dicit Apoſtolus *coronam iuſtitiæ* (de qua Theſ. 5.) ſi extrema eſt, qua totus mundus iudicatur etiam particulare iudicium non tollit. quoniam de conſummata felicitate loqui intelligendus eſt Apoſtolus, quæ corporis erit & animæ quæque in illa conferetur. Sed & vltimam diem vitæ cuiuſq; poteſt ſignificare: quoniam & in hac quoque Apoſtolo corona iuſtitiæ reddita eſt, qua anima eſt coronata, quando à vinculis corporis abſoluta, eo cæpit perfrui, de quo olim *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

Repromiſsio ſanctorum, quam non ſine nobis accepturi dicuntur, (Theſ. 5.) ad corporum pertinet fœlicitatem. Hanc quamuis quidam ſingulari priuilegio, etiam iam poſsideant beati tamen ante extremum iudicij diem accepturi non ſunt. Ita B. Auguſtinus dictum locum exponit. Poteſt quoque dici nunc eſſe ſenſum, quod Patres veteris teſtamenti ante tempus gratiæ non ſint adepti beatitudinem; ſed adepti tunc primùm ſint, quando Chriſtus mortuus fuit, quo tempore non ſunt *conſummati ſine nobis*, id eſt ſine aliquibus ex nobis; quia vna cum ipſis, mox à Chriſti morte, latro ſaltem fœlicitatem obtinuit, ſecundum illud, *hodie mecum eris in paradiſo.* Lucæ 23.

Aſſero-

23. Afferebatur (Theſ 5.) & illud, quod B. Ioannes dicit *nos Chriſto ſimiles futuros; cum apparuerit ille*. Ita eſt, tum ſimiles ipſi erimus. Verùm non apparebit tantum Chriſtus in vltimo illo generalique Iudicio: Apparebit quoque in morte cuiuſquè, atque tum qui ſine conſcientia peccati hinc benè purgati, diſcedunt, ſimiles ipſi erũt quia ſecundum animam verè beati erunt, & Chriſtum, ſicuti eſt, videbunt.

24. Minus difficultatis habet, quod eadem 5. Theſi refertur, *animas interfectorum contineri ſub altari, ibidemq; exſpectare ſuos conſeruos*. Neq; enim altare hoc ſanctos cœlo excludit: neque fœlicitate optata ipſos priuat quod iubeantur exſpectare ſuos conſeruos. Exſpectant conſeruos corporum fœlicitate, quam ſine conſeruis non obtinebunt: habent tamen animarum. Altare verò Chriſtus eſt quomodo verò illud eoſdem excludit cœlo, cum in cœlo ſit Chriſtus? Certè per altare Chriſtum intelligunt Beda, atque Anſelmus; docentque animas interfectorum dici *eſſe ſub altari*, quia Chriſto inferiores ſunt loco & dignitate: & quia ſub Chriſti patrocinio atque profeſſione vixerunt, eidemque ſua præmia accepta ferunt.

CAPVT QVINTVM.

An certè aſtruatur Particulare Iudicium rationibus naturalibus, quæ tamen ſuum in fide habent fundamentum.

Non malè aſtruitur ex his,	*Tum quia iuſta cauſa, cur ſtatim facienda:*
1. *Quod retributio perfecta meritorum à Deo non fuit in hac vita.*	*Cum lex Dei videatur id ſuadere:*
2. *Conuenientiſſimè fiat mox à ſingulorum: tum quod nulla cauſa cur differenda,*	*Confirmate idem Salomon & Tobias:*
	Et ſanere Philoſophi infideles.
	Exemplis &
	Sententijs.

1. Facilius rationibus probabitur in fine vitæ cuiuſq; tribui ſingulis, ſecundum merita mercedem; quàm ſtatim vnumquemquè à Deo iudicari, quia tamen illa non rectè tribui videtur; niſi Iudicium, qua iuſta decernitur præcedat; etiam hoc ipſo, quodam modo Iudicium aſtruxerimus, quando docuerimus in fine vitæ cuiuſque ſuam cuiquè, pro meritorum

torum ratione,tribui mercedem. Ergò vel hoc præſenti Capite o-
ſtendamus.

Tribui vero *mox* à morte quid prohibet? felicitas (quæ merces 2.
eſt bonorum meritorum)in hac vita non contingit;quemadmodū
nec extrema miſeria malorū operum merces, idcircò; quòd in hac
vita mereri contingat.& præterea à gratia excidere in peccatum, &
rurſus à peccato redire ad gratiam. Cum verò in futura vita neu-
trum habeat locum, quid prohibet,vt & extremum malum,& ſum-
ma felicitas homines *mox* à morte ſequantur? hæc quidem illos,
quorum vita benè religioſeque tranſacta eſt, illud verò hos; qui,
cum Dei offenſa,hanc mortalem vitam ſunt egreſsi.

Quid enim hic dubium?An quòd idcircò,in hac vita, nullus ve- 3.
rè miſer beatuſquè dici, & eſſe poſsit, quòd meriti adhuc ſit hîc
tempus,& à gratia contingat excidere,atque rurſus ad gratiam re-
dire? At de hoc nemo rectè dubitauerit. Cum enim, quod à Deo
Opt. Max. tribuitur præmium,merces ſit; conuenit non tum de-
tur,quando ſpacium adhuc eſt merendi; ſed poſtquam merita finē
accipiunt. Et cum conſtans ſit perpetuumquè præmium; eo tem-
pore non conferatur;dum inconſtantia ſunt merita, fieriquè facilè
poteſt,vt ad vitia à virtutibus trahamur.

Quod verò in hac vita & meritis ſit locus, & à peccato contin- 4.
gat redire ad gratiam; & à gratia ad peccatum, partim norunt om-
nes,partim plurimis Sacrarum Scripturarum doceri poteſt exem-
plis; vt taceam ſenſuum quotidiano iudicio hoc confirmari.

Forſitan dubium vtrum in futura vita mereri non contingat, 5.
nec à gratia ad miſeram peccatorum conditionem redire, aut ab
hac ad gratiam. At multò minus hîc dubium eſt. *Præſens tempus*, in-
quit B. Hieronymus quodam loco, *ſementis eſt, futurum meſſis.* Et
quia in illa vita mereri non contingit,ſicuti nec demereri;hinc nec
à peccatis datur reditus ad gratiam; nec à gratia ad miſeram pecca-
torum conditionem: quoniam ſine meritis atque demeritis illa
non contingunt.

Dabit ergò tunc Dominus ſingulis ſuam mercedem,poſtquam 6.
mereri iam amplius non poterunt. Quia cur differat, rationem nō
habet,cum mereri iam amplius non poterunt,nec à ſtatu,quem ad-
epti ſunt recedere.

Fortè negatur idcircò poſt mortem mercedem dari, quòd ani- 7.
ma nuda eius poſt mortem non ſit capax:aut ſi capax ſit, non tamen
conueniat ſoli animæ illam tribui, cum ſola mercedem non me-
ruerit, ſed eidem ſtrenuá operam communicarit corpus,ideoque

corpori coniuncta mercedem referre debeat: quod ante extremi Iudicij diem futurum non eſt.

8. Verum negari recte non poteſt animam mercedis capacem eſſe, ſiue illius ratio habeatur, quæ iuſtis tribuenda, ſiue illius, quæ reprobis & impijs. Illa Dei viſio eſt, ad quam habendam corpore nõ indiget anima: hæc eiuſdem carentia, & cruciatus infernalis ignis, qui non minus in animam, quam in ſpiritus angelicos ſæuiunt, *vero, ſed miris modis*, vt loquitur B. Auguſtinus.

9. Et quamuis verum ſit, quod nullum in anima ſit meritũ, quod ſine corpore peractum ſit, non tamen neceſſe vt nullum ad animam perueniat præmium ſine corpòre. Merces enim tunc rectè & conuenienter redditur cum is, qui laborauit eius eſt capax; aliàs minimè. Ergò cum, mox à morte, anima & ſuppliciorum infernalium capax ſit, & perpetuæ veræque fælicitatis, corpus nequaquam, vtpote corruptum; non malè animæ ſua tribuitur beatitudo, quamuis ſua corpori tribui nequeat.

10. Quid quod anima quodam iure ſibi vendicare videatur, vt beatitudinem etiam ſuam prę corpore obtineat? Nonne ipſa præcipuũ principium bonorum operum eſt, quibus merces debetur? corpus verò eiuſdem quaſi inſtrumentum? Nonne ratio meritorum atque demeritorum in operibus noſtris ex electione pendet, quæ ab anima proficiſcitur?

11. His addo, quod hominibus non idcirco ſolum à morte ſua debeatur merces quia cur differenda ſit, ratio nulla detur; verum etiam, quia iuſtitiæ lex illam quodam modo poſtulat. Et quæ illa? illa, qua Deus Opt. Max. alios ad mercedis retributionem mox vrget. *Non morabitur* inquit ipſe, Leuit. 19. *Opus mercenarij apud te vſq; mane.* Non vult morari *vſq; mane* apud alios; apud ſe volet morari per annorum aliquot milia opus mercenarij?

12. Similis lex Deut. 24. habetur. *Non negabis*, inquit Dominus, *mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt; ſed eadem die reddes ei precium laboris ſui, ante ſolis occaſum; quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.*

13. Probant æquitatem legis huius ſuo calculo Tobias atque Salomon. Ille ita ad filium ſuum, cap. 4. *Quicunq;*, inquit, *tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim illi mercedem reſtitue: & merces mercenarij tui apud te omninò non remaneat.* Salomon verò Prouerb. 3 ita loquitur. *Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere, & cras tibi dabo, cum poſſis hodie dare.*

Non poteſt non affligere, defunctorum piè animas, diuturna fe-

licitatis

licitatis exſpectatio, quoniam, vt Prouerb. 3. dicitur, *Spes quæ differtur, affligit animam*. At quomodo vt affligantur meriti ſunt boni? Et quemadmodum hos affligeret exſpectatio boni; ita impios recrearet dilatio ſupplicij quocirca vt illi non merentur dilationem fœlicis præmij ita hi indigni, vt ipſorum differantur ſupplicia, vtriſque igitur recte ſtatim poſt mortem merces tribuetur. Atque hæ pro Particulari Iudicio rationes.

Verum his motu ſint Philoſophi quidam, & rerum magiſtri, homines vera religione veriq́ue Dei agnitione deſtituti dicere non poſſum; id videor rectè poſſe aſſirmare rationem rectam, eoſdem ſecutos eſſe; quando poſt hanc vitam docuerunt hominum merita diſcuti, & pro meritorum qualitate ſingulis ſuam tribui mercedẽ: ſceleratis ſua ſupplicia; iuſtis & probis honorum gradus & gaudia. Neque enim hoc potuit, eos latere, ſi & aliam, poſt hanc, vitam eſſe crediderunt, & quæ virtutum vitiorumque conditio eſt, non ignorarunt. 15.

Poſſent ex horum numero plures produci, etiam Poëtæ: ſed vnus pro omnibus producetur diuinus Plato, quem ſemel, atque iterum, producit, de Præparatione Euangelica Euſebius. *Dicam*, inquit, *tibi ſermonem Alcinoi apologum, ſed fortiſſimi viri, Eris nomine, genere Armenij, Pamphilia oriundi: qui olim in prælio mortuus, poſt decimum diem ferè corpore corrupto, delatus à ſuis domum, cum in rogum poneretur, decimo die, poſtquam decidit, reuixit, multaq; ibi vidiſſe narrauit: & inter alia, quod anima egreſſa è corpore, cum multis in locum quendam admirandum deueniſſet, vbi terræ hiatus inter ſe connexi, maximi erant, & ex oppoſito duo ad cœlum itinera: iudices autem ſedentes vidiſſe, à quibus, qui iuſti fuiſſe iudicabantur, in anteriori parte ſignis alligatis ad dextram, & ſurſum in cœlum ire videbantur. iniuſti verò ad ſiniſtram, & deorſum, ſignis ad poſteriorem partem eorum alligatis, in quibus ſcripta erant eorũ facinora. Quæ cum vidiſſet, acceſſiſſe & rogaſſe dicebat, vt liceret ei hominibus hæc nunciare. quod cum illis placuiſſet, per omnia illa loca diligentius ductum fuiſſe*. Ita cap. 18. lib. 11. ex Platone Euſebius. 16.

Eodem lib. ſed cap. 20. inter alia Iudicium hoc aſtruens ſequentia ex eodem Platone refert. *Cum defuncti ad eum locum deuenerint, quo deportantur, primum diiudicantur, quinam iuſte, & quinam contra vixerint & ſi qui videbuntur medio quodam modo vixiſſe, in vehicula ſcandunt ſua, & per Acheruntem in paludem deferuntur, vbi graui ſupplicio depurgantur & poſtea liberati, honores conſequuntur, ſecundum benefactorum ſuorum dignitatem. Qui autem videbuntur propter magnitudinem peccatorum curari non poſſe, in Tartarum omnes deiecti, nunquam inde poſſunt exire. Qui autem ſan-* 17.

ætate vita excelluiſſe videbuntur, ij ſunt, qui ab iſta tertia, quaſi à vinculis liberantur &c.

18. Idem Plato in Gorgia, teſte eodem Euſeb, lib. 12. cap. 3. ſic habet, *Audi ſermonem*, inquit, *quem tu fabuloſum dices, ego verò veriſsimum arbitror*. Et poſt pauca. *Qui iuſtè, ſanctèq; vixit, eum, poſtquam mortuus fuit in beatorum inſulas profectum, abſque vllo incommodo, ſumma in beatitudine viuere. Qui verò iniuſtè atque impiè, eum in atrociſsima proficiſci ſupplicia, quæ Tartarum appellant*, & poſt pauca. *Nudi autem mortui iudicantur, & iudex ipſe nudus eſt: quia defunctus &c.* & paulo poſt *Cum ad iudicem anima peruenerit veluti ad Rhadamantum Aſiaticum, confeſtim Iudex, etiam ſi Regis magni anima eſſet, in ea perſpicit vulnera, & cicatrices iniuriarum, quas ſingulæ operationes animæ impreſſerunt, quare rectè ad carcerem Tartari immittit, &c.* Vide ibidem plura eademq; exemplis confirmari.

CAPVT SEXTVM.

An exemplis, & rerum geſtarum hiſtoria, doceri poſsit præter generale dari quoque Particulare iudicium.

Probant non parum.

Exempla hominum iudicatorum

1. *Doctoris Pariſienſis,*
Vdonis Magdeburgenſis,
Stephani ferrarij,
Militis apud Bedam,
Religioſi apud eundem
Religioſi apud Climachum
Conſtantini Copron

2. *Exempla citatorum ad iudicium,*
Agreſtij hæretici,
Ferdinandi Regis Hiſpan.
Religioſi Corbienſis,
Arnoldi Epiſcopi Mogunt,
Abbatis Herſfendenſis,
Ioannes Turſonis,
Ligi Gotholanenſis,
Franciſci ducis Armoricorum,
Philippi Pulchri,
Paſnutij benedicti,
Stephani, Aegidij. &c.

3. *Exempla fruentium gaudijs cœleſtibus aut ad illa tendentium.*
Odilionis Abbatis,
Sergij & Bachi Martyrum.
Traſilla virginis,
Euagrij philoſophi,
Martialis Epiſcopi,
Eulaliæ virginis,
Hieronymi presbijteri,
Seuerini Colonienſis Epiſcopi.

4. *Exempla patientium pœnas infernales, aut ad illas raptorum*
Religioſi cuiuſdam,
Neſtoriani cuiuſdam,
Chilperici Regis,
Pandulphi principis.
Gentilis cuiuſdam,
Virorum excitatorum à mortuis,
Ruſi cuiuſdam,
Stephani Romani,
Comitis Matiſconenſis
Catarina Iuda.

Exem-

EXemplis denique, & rerum geſtarum hiſtoria a- 1.
ſtruendum eſt Particulare iudicium, & quidẽ duplici illa ratione, quam ferè hactenus tenuimus, vt, videlicet ijs doceamus & iudicium dari:& poſt mortem mox iuſtos,& iniuſtos ſua ſequi præmia. Nam & hæc, vt diximus iudicij huius quædam ſunt confirmatio

Ad tres verò claſſes exempla, quæ ex rerum geſtarũ hiſtoria colliguntur, reuocabuntur. In prima erunt, quæ ipſum per ſe iudiciũ attingent: In ſecunda, quæ doceant quoſdam ob vitam benè tranſactam cœleſtibus frui delitijs: In tertia, quæ demonſtrent quoſdã pati ſupplicia: ſiue illa æterna ſint, vt ſunt damnatorum, ſiue temporalia, vt ſunt purgandorum ſpirituum. 2.

In ſingulis claſsibus non vnius generis ſunt omnia. Nam ad primam & illi pertinent, qui iudicati leguntur & illi qui iudicandi ad iudicium quaſi citati, ideoque hanc vitam cum alia commutarunt. In tertia ſunt alij, qui obſeruati ſunt pœnas pati, alij, qui viſi ad eaſdem rapi. 3.

Exempla primæ claſsis, eorum, qui leguntur poſt mortem iudicati: aut ad iudicium quaſi rapti & citati ſunt.

Ergò omni dubitatione ſublata, huic iudicio fidem facit ſpectaculum, anno 1092. exhibitũ. Scribit Franciſcus Puteus, in vita Brunonis authoris Carthuſianæ familiæ floruiſſe eo tempore virum, doctrina inter omnes eximiũ, & quod quidem ex externis moribus iudicari poterat virtute & ſanctitate præditum: quibus rebus celebritatem nominis præter cæteros aſſecutus ſit. Hic igitur tantus vir in morbum incidit munitur ſacramentis, moritur. Confluunt ad funeris honorem, vt par erat, in homine, qui magnum ſui deſiderium relinqueret, variarum artium doctores & ſtudioſi: alij præterea magno numero mortales. Effertur longa pompa: deponitur in medio templo, circumſtat, qui exequias Chriſtiano more decantet Vbi ad eam lectionem ventum eſt, cuius prima ſunt verba, *Reſponde mihi*, &c. cum omniũ admiratione & horrore cadauer aſſurgit, & clarè, vt à tota circumfuſa corona exaudiretur exclamat, *Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum.* Hoc dicto, iterum recumbit. Tam admiranda res omnes, qui aderant, ingenti terrore compleuit. Itaque viſum eſt differre, ac poſtridiè inſtaurare funus. Interim fama tam 4.

nouę rei vulgata, vt in ampla & populoſa vrbe. infinitam vtriuſque ſexus multitudinem vndique exciuit. Poſtridie inſtaurantur exequiæ. Circumſtant omnes exſpectabundi. Atque ecce ibi, cum iterum illa verba pronunciata eſſent iterum cadauer ſe erigens, exclamat, *Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum*, iterumque reclinat caput. Tum verò incredibilis omnibus inceſsit pauor. Sed quod nondum etiam, quæ de ipſo ſentẽtia lata eſſet, appareret (ſuſpicari enim poterat accuſatum illum falſò à criminatore Diabolo, iudicatum quidem à Deo, ſed abſolutionis ſententia) viſum eſt tertio proferre diem funeris. Tum verò tota ciuitas ad tam inuſitatum ſpectaculum concurrere. Peragitur quod vocãt. *Officium defunctorum* ad eundem locum lectionis. Hic tertiò infelix ille caput erigens, horribili boatu diuini Tribunalis ſententiam proclamat: *Iuſto Dei Iudicio condemnatus ſum.* Quis fuerit tunc omnibus præſentibus animorum ſenſus; qui pallores qui tremores qui metus; Verbis explicari non poteſt. Vnum hoc conſtat Brunonem adoleſcentem, ſtudentem literis, cũ ſex eiuſdem ſtudij & ætatis ſodalibus ex tam horribili Iudicio hominis, omnium opinione probi & ſancti, tantum pauoris concepiſſe; vt, relicto ſeculo, in montes Sabaudię, & Delphinatus ex templo aufugerint, atque in ſyluas, quæ ipſo horrore, inferos ſemper repræſentarent, ſe abdiderint. Teſtantur vel in hodiernum diem terroris illius magnitudinem, toto orbe exſtructa & mira ſanctitate florentia Carthuſianorum monaſteria, quorum ille ordinem inuſitata corporis aſperitate tum primum, cum ſex illis ſodalibus inchoauit.

5\. Cum Vdo Epiſcopus ne ſignis quidem, ac diuinis vocibus cõmonitus, ab impudicitia ſibi temperaret, viri religioſi Deum, vt Epiſcopum, aut corrigeret, aut tolleret, rogauerunt. Inter eos cum noctu in Eccleſia S. Mauritij Fredericus Canonicus eiuſmodi precibus operam daret, vehementioris venti afflatu omnia, quæ in templo erant, lumina extingui perſpexit: nec multò poſt duos iuuenes venire, duo candelabra accenſis cereis ferentes, & Chriſtum, cum parente eius, atque Apoſtolis ſubſequi. A quibus cum eſſent vocati ſancti homines, quorum corpora in templo quieſcebant, viſus eſt inter eos Mauritius venire, qui longa atque graui oratione Vdonem Epiſcopum accuſauit, quem haud multo poſt Chriſtus nudum adferri à duobus iuſsit atque damnauit. Is autem pugno ab ipſorũ altero, qui eum portarunt, grauiter in medijs renibus ictus, Chriſtianam hoſtiam, quam in communione eius diei pridie ſumpſerat, reuomuit in calicem, qui altari impoſitus fuit atque ſecuri percuſ-

percuſſo Vdone, rerum illarum omnium viſio euanuit. Qua re vehementer territus Fridericus, cum ad altare acceſsiſſet, calicemque in eo eſſe cum Chriſtiana hoſtia inſpexiſſet, & ſimul Epiſcopum mortuum humi iacentem alios religioſos viros excitauit, qui ablatum inde Epiſcopi corpus in agro ſepeliuerunt. Ita Fulgoſus, lib. 9. Exemp cap. 12. & Ioannes Nauclerus. 2. part gene. 34.

Scribit B. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 36. de Stephano quodam, 6.
qui cum eſſet mortuus, & Iudici oblatus, audiuit Iudicem dicentem, *Non hunc, ſed Stephanum Ferrarium vocari iuſſi.* Atque ita ille reuixit & Stephanus ferrarius ſimul, qui in vicinia morabatur, obijt. Simile huic narrat B. Auguſtinus, lib. de Cura pro mortuis, cap. 12. de quodam Curma.

Beda habet, lib. 5. Hiſtoriæ gentis Anglorum, cap. 14. quod ſequi- 7.
tur. *Fuit* inquit, *temporibus Coenredi, qui poſt Edilredum regnauit, vir in laico habitu atq; officio militari poſitus: ſed quantum pro induſtria exteriori Regi placens, tantum pro interna ſuimet negligentia diſplicens Deo. Admonebat ergo illum ſedulò, vt confiteretur; & emendaret & relinqueret ſcelera ſua, priuſquam ſubito mortis ſuperuentu, tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verum ille, licet frequenter admonitus, ſpernebat verba ſalutis, ſeſeq; tempore ſequenti pœnitentiam acturum eſſe promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus Rex (diligebat enim eum) multum hortabatur, vt vel tum, antequã moreretur, pœnitentiam ageret commiſſorum. At ille reſpondebat, non ſe tunc velle confiteri peccata ſua, ſed cum ab infirmitate reſurgeret: ne forte exprobrarent ſibi ſodales, quod timore mortis faceret ea, quæ ſoſpes facere noluerat, fortiter quidem vt ſibi videbatur, locutus; ſed miſerabiliter, vt poſtea patuit, dæmoniaca fraude ſeductus eſt. Cumq; morbo ingraueſcente denuò ad eum viſitandum & docendum Rex intraret, clamauit ſtatim miſerabili voce: Quid vis modo? Quid huc veniſti? Non enim mihi aliquid vtilitatis aut ſalutis potes vltra conferre. At ille,* Noli, inquit, *ita loqui. Vide vt ſanum ſapias.* Non, inquit, *inſanio, ſed peſſimam mihi conſcientiam certus præ oculis habeo. Et quid,* inquit, *hoc eſt? Paulo ante,* inquit, *intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & reſederunt circa me: vnus ad caput, & vnus ad pedes. Protulitq; vnus libellum perpulchrum, ſed vehementer modicum, ac mihi legendum dedit; in quo omnia, quæ vnquam bona feceram, intuens ſcripta reperi: & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebant. Tunc ſubito ſuperuenit exercitus malignorum & horrendorum vultu ſpirituum, domumq; hanc & exterius obſedit, & intus maxima ex parte reſidens impleuit. Tunc ille, qui & obſcuritate tenebroſæ faciei, & primatu ſedis maior videbatur eorum, proferens codicem horrendæ viſionis, &*

magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis, iuſsit vni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferri. Quem cum legiſſem, inueni omnia ſcelera, non ſolum quæ opere vel verbo, ſed etiam quæ tenuiſsima cogitatione peccaui, maniſeſtiſsimè in eo tetris eſſe literis deſcripta, dicebatq; ad illos, qui mihi aſſedebant viros albatos & præclaros: Quid hic ſedetis? ſcientes certiſsimè quia noſter eſt iſte? Reſponderunt, Verùm dicis, Accipite & in cumulum veſtræ damnationis ducite. Quo dicto ſtatim diſparuerunt ſurgenteſque duo nequiſsimi Spiritus, habentes in manibus furcas, percuſſerunt me; vnus in capite; & alius in pede. Qui videlicet modo cum magno tormento irrepunt mea viſcera, in interiora corporis mei, Moxq; vt ad inuicem perueniunt moriar, & paratis ad rapiendum me Dæmonibus in inferni clauſtra pertrahar. Sic loquebatur miſer deſperans, & non multo poſt defunctus, pænitentiam, quam ad breue tempus cum fructu veniæ facere ſuperſedit, in æternum ſine fructu, pænis ſubditus, facit. Hactenus Beda.

8. *Idem Beda ſequens habet, cap. 15. eiuſdem libri.* Noui, inquit, *fratrem, quem vtinam nunquam noviſſem, cuius etiam nomen, ſi hoc aliquid prodeſſet dicere poſſem, poſitum in monaſterio nobili, ſed ipſum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem ſedulò à fratribus, ac maioribus loci, atque ad caſtigationem vitam conuerti admonebatur. Et quamuis eos audire noluiſſet, tolerabatur tamen ab ijs longanimiter. &c. Percuſſus hic eſt languore, atque ad extrema perductus, vocauit fratres, & multum mærens ac damnato ſimilis capit narrare, quia videret inferos apertos, & Sathanam immerſum in profundum tartari, Caipham quoque cum cæteris, qui occiderunt Dominum, iuxta eum, flammis vltricibus contraditum. In quorum vicinia,* inquit, *heu miſero mihi locum aſpicio æternæ perditionis eſſe præparatum. Audientes hæc fratres, cœperunt diligenter exhortari, vt vel tunc poſitus adhuc in corpore pænitentiam ageret. Reſpondebat ille deſperans. Non eſt mihi modo tempus vitam mutandi, cum ipſe viderim iudicium meum eſſe completum. Talia dicens obijt* Et hoc Beda.

9. Climachus, in ſchola ſua, gradu 7. religioſi meminit, qui multis annis religioſam vitam egit. *In infirmitate conſtitutus ante vnum exitus ſui diem,* inquit, *repentè animo obſtupuit,* apertiſque oculis ad dextram & ſiniſtram partem *lectuli circumconſpiciebat, & quod rationem quidam à ſe exigerent, cunctis qui ſtabant audientibus, aiebat aliquando quidem. Ita ſanè: ſic reuera eſt; ſed pro hoc tot annis ieiunaui. Aliquando verò, non certè ſed mentimini hoc non feci. Deinde rurſus, ita verè eſt: hoc ita eſt, ſed fleui, ſed miniſtraui: Ac rurſus: verè me accuſatis. In quibuſdam etiam aliquando aiebat. Ita ſane: & quidem ad hæc quid dicam non habeo. ideo miſericordia opus eſt. Et erat profectò ſpectaculum horrendum, ac terrificum, inuiſibile illud ſeuiſſimumque iudicium.* Ita Climachus.

Huc pertinent quæ ſequuntur. Legimus de B. Euſtachio Abbate, cum hæreticus quidam Agreſtius B. Columbarium, iam mortuum conuitijs & calumnijs laceraret, ſic vltum eſſe calumniatorem Cum Agreſtius multa friuola garriret, ſagax Euſtachius ſic reſpondit: *In horum præſentia ſacerdotum, te ego eius diſcipulus & ſucceſſor cuius tu diſciplinam & inſtituta damnas, ad diuinum iudicium, cũ illo, intra præſentis anni circulum diſceptaturum inuito, vt iuſti Iudicis examen ſentias, cuius famulum tuis obtrectationibus maculare conaris.* Quid deinde, vt B. Euſtachij ſententia ad diuinum iudicium ipſum vocantis præualeret, ante triginta dierum circulum, priuſquã vertentis anni meta compleretur, à ſeruo ſuo, quem ipſe redemerat, ſecuri percuſſus interijt. Ionas Abbas in vita S. Euſtachij. 10.

Scribũt Hiſtorici Ferdinandum Hiſpanorum, 3. Regem iuſsiſſe duos nobiles perduellionis reos, ex turri, & rupe altiſsíma præcipitari. illos conſtanter crimen negaſſe: quod quia videbant ſe fruſtra facere tandem ad diuinum tribunal prouocaſſe, Regique denunciaſſe ibi vt ſe ante triceſimum diem ſiſteret, ipſum deinde Ferdinandum die triceſimo ſatis ſubita morte abreptum. Ita Ritius lib. 3. de Regib Hiſpaniæ, Mariana in Annalib lib. 15. cap 11. 11.

Multa præbet huius argumenti ex Germania Martinus Delrio, lib. 4. Diſquiſ. Magic. cap. 5. quæſt. 4. ſect. 1. Menuerium Padelbornenſem Epiſcopum graui contumelia, Corbienſis quidam Monachus affecerat: cui Epiſcopus redditurum altiſsimo facti rationem prædixit. Monachus flocci pendens riſit Epiſtolam. Ecce moritur Antiſtes: nihil mali ſentiens ante monachus, in ipſa hora mortis Epiſcopi expirauit. Krantzius, lib. 4. Hiſt Metrop. cap. 4. 12.

Paucis annis poſtea Henricus Moguntinus Epiſcopus, falsò & per calumniam Arnoldi accuſatus, & per præuaricationem Cardinalium duorum à Pontifice Eugenio 3. ad cauſæ cognitionem delegatorum depoſito, ipſi Arnoldus ſuffectus fuit. ſed ad iuſtum Iudicem Deum interpoſita appellatione ſequenti anno mortuus fuit Eius audita morte, ambo illi Cardinales obiêre ſubito, alter digitos proprios arrodens, alter in latrinis more Arij. Ita Conrardus in Chroni. Moguntino. 13.

Tempore Henrici 4. Burchardus Halberſtadienſis Epiſcopus, & Meginherus Abbas Herfeldenſis, de iuribus Eccleſiarum litigantes inuicem ad Dei tribunal euocarunt, & ambo, de dicta repentè ex hoc ſæculo migrarunt In Annalib. Boiorum lib 4. 14.

In Gothia mirabilè accidit illud Ioannis Turſonis, de quo ſic ſcribit Olaus, lib. 14. Hiſt Aquilo. cap 20. *quendam capite plecti iuſſe-* 15.

rat. Is genibus innixus, En morior iniuſtè, inquit, *teque hac hora ante tribunal Dei vocero, vt reſpondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autē miſer ille carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam iudex ex equo cecidit exanimus.*

16. In Liguria Genuenſium, triremes aduerſus piratas emiſſæ biremem Gotholanam accepêre, & in Siculorum Gotholanorumque contemptum, extra Drepanum, furcæ noctu biremis Rectorem affixerunt. Miſer ille diu fruſtra quæſtus, nihil vnquam ſe Genuenſibus nocuiſſe, vt vidit plus gentis odium illos, quam æquitatem mouere, præcipuamque mortis cauſam eſſe trienrarchum Genuenſem, iuſsit, vt ſe ille intra ſextum menſem, ante Deum iudicem ſiſteret Nec irrita vocatio fuit, condicto Ligur tempore mortuus fuit. Fulgoſus, lib. 1 Exemp. cap. 6.

17. Armoricis Franciſcus Dux præfuit. Is ſumma crudelitate fratrē ex Anglia redeuntem de medio ſuſtulit ſed viciſsim fratris citatione intra annum de medio ſublatus, principatum cum vita amiſit. AEneas Syluius, Europ. Hiſt. cap 34.

18. Ex Templarijs damnatis vnus, Neapolitanus Eques traditur ad diuinum iudicium appellaſſe: & Clementem V. ac Philippum pulchrum, Francorum Regem, anni ſpacio conteſſo, coram tribunal illud ſupremum citaſſe. Addit fulgoſus, dict lib. cap. 6. intra id tempus Clementem repente mortuum, nec multò poſt, Philippum quoque interijſſe. Meierus lib. 2. Annal.

Exempla ſecundæ Claſsis eorum, qui fruuntur cœleſtibus gaudijs, aut obſeruati ſunt ad illa tendere, aut ad ea recipi

19. Odilio Abbas Cluniacenſis, qua die defunctus eſt, Gregorio monacho multa luce refulgens apparuit, ſeque æternæ beatitudinis præmio potiri dixit. Surius Tomo 1.

20. Sergius & Bachus Martyres, carceris anguſtia conſtricti, beatæ vitæ ſpe gaudebant. Et cum prior Bachus per tormenta conſumptus animam exhalaſſet, Sergius relictum ſe quærens, valde animo affligebatur, vbertimque flebat. Flenti noctu Bachus apparuit, viſu iucundus, luce decorus, gemmea corona inſignis. Tum ne lugeret, iuſsit. Mox enim fore, vt ipſe quoque pœnis conficiatur, ſibique iungatur. Marulus, lib. 6. cap. 16.

Traſillæ virgini primum in viſu apparuit fœlix, & perpetuæ lucis illi ſedem oſtendens, *Veni*, inquit, *& fruere conſeſſu hoc beatorum.* Mox ipſa febris morbo affecta, & iam animam agens, vidit ad ſe veni-

venientem Ieſum; & ijs qui aderant, vt aſſurgerent iuſsit, eò quod
aduenifſet Dominus. Tum ad viſionem, quam ſola cernebat, men-
tem oculoſque dirigens, expirauit: atque ilicò ſuauiſsimus odor
nares omnium occupans, nemini dubium reliquit, quin verè ibi
Dominus affuerit, & Sanctorum ſocietati adiunxerit. Grego. 4.
Dialo. cap. 16. & Homil. 38. in Euang.

De Synesio Cyrenes Epiſcopo, Euagrio Philoſopho, ex Leon- 22.
tio memoriæ mandauit Sophronius (Prat. Spirit. cap. 195.) Cum
Euagrium Synefius aſsiduè conaretur ad Chriſtianam religionem
traducere; iſque obijceret doctrinam Chriſtianorum de Reſurre-
ctione corporum, deque mercede bonorum operum, maximè cen-
tupla poſt hanc vitam recipienda, ſibi non poſſe non fabuloſam
videri. Tandem tamen Epiſcopus nihil diligentiæ prætermittens,
ei perſuaſit Chriſtianum fieri, & cum liberis baptizari. *Cæterum non
multo poſteaquam baptizatus fuit dedit Epiſcopo, auri tria centenaria in v-
ſum pauperum dicens; Accipe aurum iſtud, & diſtribue illud pauperibus; &
fac mihi cautionem manu tua, quod Chriſtus mihi ipſum reddet in futuro ſæ-
culo. Qui accepto auro promptè illi cautionem fecit, vt petebat. Vixit igitur
poſt baptiſmum aliquot annos Philoſophus, & tandem infirmatus eſt vſque
ad mortem. Cum verò morti proximus eſſet, dixit filijs ſuis: Quando curabi-
tis funus meum, chartam iſtam in manibus meis ponite, & me cum illa ſepe-
lite. Mortuo autem illo fecerunt filij, ſicut eis ipſe præceperat, ſepelieruntque
eum cum chirographo. Tertiâ autem poſt ſepulturam die, apparuit, Epiſcopo
Synefio nocte quieſcenti, dicens: Veni ad ſepulchrum vbi iaceo; & accipe chi-
rographum tuum. accepi enim debitum & ſatisfactum mihi eſt, atque vt cer-
tior eius rei fias, propria mea ſubſcripſi manu. Ignorabat enim Epiſcopus,
quòd Chirographum conſepeliſſent ei. Mane autem facto, accerſitis filijs eius
dixit: Num aliquid in monumento cum Patre veſtro ſepeliuiſtis. Illi putantes,
quod eos de pecunijs interrogaret, dixerunt; Nihil Domine, præter pannos con-
ſuetos. Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquam conſepeliſtis ei? Tunc re-
cordati filij, (ignorabant enim, quod de chirographo diceret) dixerunt ei: Ita
ſanè Domine: chartam enim quandam moriens dedit nobis, & ait: Quando
ſepelieritis me, chartam iſtam in manibus meis date, nullo penitus ſciente.
Tunc dixit illis Epiſcopus ſomnium, quod nocte illa viderat: Sumenſque illos
cum clericis & primarijs Ciuitatis, acceſsit ad Philoſophi tumulum. Quo a-
perto inuenerunt iacentem Philoſophum, chirographumque manu Epiſcopi
conſcriptum, ſuis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex
eius manibus, aperuerunt, inueneruntque in eo nouiter manu Philoſophi ſub-
ſcripto ita: Ego Euagrius Philoſophus tibi ſanctiſsimo Domino Syneſio Epiſ-
copo ſalutem. Accepi debitum in his literis manu mea conſcriptum; ſatisfa-*

ſtumque mihi eſt; & nullum contra te habeo ius, propter aurum, quod dedi tibi, & per te Chriſto Deo, & Saluatori noſtro.

23. Veſpaſiano Imp. S. Martialis Lemouicum Epiſcopus vixit diſcipulus Chriſti:16. vidit S. Valeriæ Martyris animam inſtar lucidæ flammæ cœlum petentem. Narratur in actib. Martialis apud Surium.

Prudentius de S Eulalia ſic canit
Virgo citum cupiens obitum.
Appetit, & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere, & aſtra ſequi:
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer innocuus.

24. Eadem, qua mortuus eſt hora B. Hieronymus, Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus animam eius angelicis manibus geſtatam cœlum verſus tendere conſpexit. Eodem quoque die eadem anima, miro radians fulgore Auguſtino, Hippone apparuit: Turoni quoque duo religioſi lucentem globum aëra tranſire, & inde dulciter canentium choros audiri dum admirantur, intelligũt B. Hieronymi animam tunc apud Bethlehem defuncti, ab Angelis ad paradiſi quietem ferri. Marulus lib. 6. cap. 16.

25. Ad hæc Paſnutij, Benedicti, Stephani, Aegidij Spei, Abbatum. Tiburtij Valeriani, Maximi, Marcellini, Petri, Iuſtini, Paſtoris, Quintini, Seueri Martyrum: Germani Capuani Epiſcopi, Onuphrij ſolitarij in Aegypto, compluriumque aliorum felices animæ, quo die corpora ſua reliquerunt, eo ad cœlum tolli viſæ ſunt: & dum tollerentur, melos interdum lætantum Angelorum auditum. Marulus ibidem.

26. B. Seuerinus Colonienſis Epiſcopus, eadem hora, qua obijt vidit animam B. Martini ab Angelis ad cœlum ferri. Seuerus quoq; religioſus ipſum in quiete conſpexit, niueo tegumento vultu rutilo, radiantibus oculis, librum manu gerentem, ſumma cœli petere. Sulpitius in vita Martini.

27. Septem mulierum quæ, cum B. Blaſio Epiſ. ad Sebaſten Martyrum ſunt paſſæ, cum capite plecterentur, animas virginali forma à corporibus egredi viderunt, cœlumque verſus ferri candidas admodum, & corollis circa capita fulgentibus decoras & hoc ipſi ſicarij teſtabantur, à quibus interemptæ ſunt. Metaphraſtes.

Exem-

Exempla tertiæ partis eorum, qui alterius vitæ pœnas patiuntur, aut ad eaſdem viſi ſunt rapi.

Narrat Ioannes Climachus, Grad. 6. fuiſſe Religioſum, qui cum negligentius viueret, quam profeſsio religionis poſtularet, morbo ad extrema deductus, horam circiter iacuerit exanimis. Poſt ſibi redditus petierit, vt qui adeſſent, omnes diſcederent. Egreſsis omnibus ſolum illum in antro relictum, aditum ſaxis obſtruxiſſe, atque inibi duodecim ipſos annos, tam aſperè vixiſſe, vt nulla colloquia admitteret, nullum, præter panis & aquę pauxillum, cibum corpori indulgeret. Sedentem autem inſtar attoniti, ea ſolum verſaſſe animo, quæ in exceſſu illo ſuo conſpexerat: tantis ſemper illi per genas euntibus lachrymis. Quo igitur tēpore ventum eſſet ad moriendum monachos effracto aditu ingreſſos ad hominem, ſupplices petiuiſſe in eleemoſynæ loco, pia oratione, omnes ad virtutis ſtudiū incitaret. At illum, quamuis iam moribundum, nihil illorum precibus ceſsiſſe, hoc ſolum reſpondiſſe, *Ignoſcite mihi, quia nemo qui reuera mortis memoriam nouit, peccare vnquam poterit.* 28.

Sequens ſimile propemodum, narrat Sophronius (Prat. Spir. ca. 29.
26.) *Monachus quidam fuit Neſtorianus. Hic cum in ſpelunca eſſet vidit quendam aſtantem ſibi aſpectu terribilem & dicentem. Veni & vide veritatem. Aſſumenſque eum duxit in locum tenebroſum, & fœtidum, ignem euaporantem: atque in ipſis ignibus vidit Neſtorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioſcorum, Seuerum Originem, & alios quoſdam, dixitque illi is qui apparuerat, Locus iſte paratus eſt Hæreticis. Beda lib. 5. Anglorum Hiſtoriæ, cap. 13.* Similia his habet.

Circa annum Domini 587. Guntrammo Regi de Chilperico 30.
peſsimo Francorum tyranno viſio huiuſmodi fuit oſtenſa; quam ipſemet Rex apud Gregorium Turonenſem ſic narrat. *Vidi & ego aliam viſionem, quæ huius interitum nunciauit, Adducebatur enim in conſpectu meo à tribus Epiſcopis vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius vero Nicetius Lugdunenſis erat, è quibus dicebant duo, ſoluite eū, quæſo, & caſtigatum abire permittite. Quibus è contrario cum amaritudine Tetricus Epiſcopus reſpondebat: Non fiet ita, ſed igne concremabitur pro ſceleribus ſuis. Et cum diu multumque altercantes quaſi hæc inter ſe verba conferrent; conſpicio eminus ahenum ſuper ignem poſitum feruere vehementer. Tunc me flente apprehenſum infelicem Chilpericum confractis membris projiciunt in æneum. Nec mora inter vndarum vapores ita diſſolutus ac liquefactus eſt, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret.* Ita Gregorius Turon. lib. 8. Hiſt. frac. cap. 5.

31. Simile quid legitur in Chronico Caſsinenſi lib. 2. cap. 62. à puero conſpectum Pandulphum Principem Capuanum ferreis nexibus vinctum: & in cœnoſo ac fœtido lacu vſque ad guttur demiſſum. & reſtibus à duobus nigerrimis ſpiritibus in profundũ ſubinde demitti, & iterum extrahi. Cauſam rogatus reſpondit. *Quoniam aureum calicem cœnobio S. Benedicti eripui, & in agone mortis reſtituere neglexi.* Et cap. 84. Eremita quidam vidit Aethiopes ſtramine onuſtos (qui ſe Dæmones dixerunt) eidem Pandulpho rogum parantes. & eadem hora compertus eſt exſpiraſſe.

32. Macharius Alexandrinus, dum aliquando per Scythioticam ſolitudinem deambularet, caluariam hominis humi iacentem conſpicatus cœpit per Chriſtum Ieſum obſecrare, & interrogare, cuius fuiſſet, dum viueret. quoque in loco animus, quondam inhabitator ſuus, degeret. Grande miraculum Aridum os carneque & neruis nudum prorupit in vocem, ac ſe gentilem fuiſſe, proximiq; vici indigenam reſpondit; nunc verò in foueam baratri infernalis tã altè retruſum anguſtiari, quàm procul à terra diſtet cœlum. Sed etiam ſe inferius corruere Iudæos incredulos: & ipſis inferius hæreticos Chriſtianos, qui reuelatam diuinitus veritatem mendacibus peruertere ſententijs moliuntur. Surius Tom. 1.

33. In ea Epiſtola, quàm Cyrillus Hieroſ. Epiſcopus de ſignis B. Hieronymi, poſt obitum factis, ad Auguſtinum ſcribit, legimus. fuiſſe eo tempore hæreſim negantium defunctorum animas aut pœnas ſentire, aut beatitudine perfrui, donec in communi Reſurrectione corpora animabus reddantur. Cum vehementius hæc ſerperet, apparuit Hieronymus Euſebio; iuſsit ſaccum, quo pro indumento vtebatur trium virorum cadaueribus (qui ea nocte mortui erant) imponi, vt redditi vitæ doceant, quanto errore tenerentur. qui talia aſſerunt. Reſuſcitati igitur coram omnibus, qui ad Eccleſiam. vt hoc miraculum viderent, magna cœna conuenerãt; confitebantur & beatorum præſentem gloriam, & damnatorũ pœnam. Habetur inter Epiſt. B. Auguſt. epiſt. 206. c. 52.

34. Idem Cyrillus refert, cum mæſtus, oraret. indicari ſibi petens, qualiter ſe haberet Rufi nepotis ſui nuper defuncti anima, ſe fœtorem primo ſenſiſſe, ſupra modum, grauem, neq; naribus omninò, niſi compreſsis tolerabilem. Mox deinde Rufum conſpexiſſe, catenis candentis ferri præcinctum, flammas fumo mixtas ore vomentem, & toto corpore, ex ardoribus, quos intra ſe habere videbatur, ſcintillantem. Ibidem. cap 14.

35. Stephanus Romanus, vir ſua ætate illuſtris, Conſtantinopolim profe-

profectus, in valetudinem incidens vita deceſſit. Et quoniam illi, qui ipſum comitati fuerant, officij gratia, corpus eius ad patriam referre volebant, quæſitus eſt pollinctor, qui illud exenteratum ſale condiret, ne in itinere putreſceret. Pollinctore tunc non inuento, is qui mortuus iacebat, die poſtero exſurrexit viuus. Narrare autem poſtea ſolebat, tum ſe ad inferos deductum, vidiſſe formidabilia illa, quæ olim audita non crediderat. & dum veluti reus ante Iudicij tribunal ſiſteretur, dimitti iuſſum, reprehenſo errore eorum, qui ipſum adduxerant, cum non ipſe, ſed Stephanus ferrarius adduci iuſſus eſſet, ſe igitur reſtituto, eadem hora ferrarum hunc, vicinum ſuum, defunctum fuiſſe, & tantæ viſioni fidem feciſſe. Ita B. Greg. 4. Dialo. cap. 26. Superius idem allatum.

Refert Petrus Cluniacenſis lib 2. Miracul. cap. 1. vindictā ſump- 26.
tam de Comite Matiſconenſi, ob frequentia, quę commiſerat ſacrilegia, quæ propoſito noſtro ſeruit *Cum ſolemni die*, inquit, *Matiſcone in palatio proprio reſediſſet Comes, cumque multitudo tam militum, quam diuerſi ordinis circumſtaret, repentè ignotus homo, equo inſidens, per palatij oſtium ingreſſus, omnibus conſpicientibus & admirantibus vſque ad ipſum equitando peruenit. Cumque ei aſtaret, ſe ei velle colloqui dicens, vt ſurgeret, ac ſequeretur, non tam monuit, quam imperauit. At ille inuiſibili potentia conſtrictus, nec iam reſiſtere valens, ſurrexit, atque vſque ad oſtium domus proceſſit: vbi equum paratum inueniens, eumque ab eo conſcendere iuſſus, aſcendit. Cuius ſtatim ille habenas arripiens, ſtatim cum velociſſimo curſu, per aëra ferri cunctis conſpicientibus cœpit. Cumque immenſo eius clamore, & miſerabili eiulatu, tota ciuitas commota, ad tam inuiſum ſpectaculum concurriſſet, tamdiu eum per aëra currentem attoniti conſpexerunt, quamdiu naturali oculorum acie cum ſubſequi potuerunt. Qui cum eum diu Succurrite, Ciues, ſuccurrite, vociferantem audirent, nec iuuare valerent, ſubtractus tandem viſibus hominum, æternus quemadmodum meruerat, eſt factus ſocius Dæmonum.*

Hatto ex Franciæ Regum ſtemmate natus primum Abbas diui 27.
tis Augiæ, poſtea Moguntinus Archipræſul, quia Comitem montis Paunis Albertum, eo quod Conrardum Bauarorum moderatorem Lodruuici fratrem interemiſſet, obtruncare iuſſerit, à Dæmonibus mox arreptus eſt, & viuus in mõtem Aethnam perpetuò flagrantem iniectus. Auditæ tum per aëra hæ voces.

Sic peccata Luis, ſic Hatto cadendoque ruis. Ita VVilhelmus Eiſingring 28.
in Chronico Spirenſium circa annum Domini. 891.

Adſcribam Hiſtoriam ſpectri (neſcio an Dæmonis, an ipſius ani- 29.
mæ damnatæ) qua memoria digniorem me legiſſe non commemini, prolixitatem narrationis ex litteris Prouanis, anni 1590. colle-

ctum, ipſis ſiue Franc. Bencij, ſiue Gaſp. Spitilli verbis commemoratam, ſpero lectionis voluptas & vtilitas ſuperabit. *Accidit in miſſione (illâ Italicâ) eidem P. Samanego res admirabilis, & conſideratione digna, cuique eo in genere vix contigit ſimilis, quæ etiam eiuſdem vrbis incolis, in quâ euenit, ita innotuit, totque teſtimonijs confirmatur, vt nullus dubitandi locus relinquatur, quæ ab ijs perſonis accepta eſt, qui oculis & auribus hauſerunt: qui caſus euentu infelix, ideò permiſſus eſt (quemadmodum etiam de ſimilibus, quæ in confeſſione contigerunt credi poteſt) vt hic nouus populus diſcat, qua fide & integritate vti debeat pœnitentiæ Sacramento, in quo non paruam ſentit difficultatem. Quare etiam Iuda, quæ in omnium oculis legē integræ confeſſionis violabat, videntibus eidem punita eſt & caſtigata, vt vnius animæ ruinæ multarum ſalus procuraretur. Res igitur quæ accidit eſt einſmodi. Agebat in domo præcipua cuiuſdam Dominæ huius loci adoleſcentula decem & ſex circiter annorum, quæ bello capta, ac baptiſmo tincta, Catharina vocabatur. In ea, cum ætate, creſcebat libertas, & mores diſſoluti: etiamſi non rarò ab herâ reprehenſa caſtigaretur & co peruenit malitiæ, vt cum perditis quibuſdam clam conſueſceret, nec tamen propterea à confeſſione abſtineret: ſed hoc peccatum labris premeret, ne meretricola aut perditis moribus haberetur. Hæc igitur, kal. Aug. 1590. morbo depreſſa ſacerdotem euocauit cui animi noxas aperiret, ſed id fecit, non integrè, vt & in eadem ægritudine nouem alijs vicibus recedente ſacerdote, præſentibus alijs famulis contemptim ridebat hac fermè oratione: Aliud quod agerem non erat, quam vt peccata faterer: ad ea his etiam turpibus & inhoneſtis verbis, quibus offenſa cæteræ, ſingula ad Heram referebant, quæ meritò Catharinam increpans, tandem vultu & voce mutatis, amicè rogauit, quænam illa eſſent, quæ patri aperire non vellet. Narrauit illa non difficulter, adiunxitque quoties Patrem in morbo vocaſſet, vt ſe purgaret confeſſione ſtetiſſe ad læuam quendam Æthiopi ſimilem, qui moneret ne fateretur, quod ea peccata leuiſſima eſſent, & nullius momenti, & ex illorum confeſſione à Patre diſſolutior haberi poſſet. A dextrâ verò manu apparuiſſe S. Mariam Magdalenam exhortantem, vt quicquid eſſet liberè enumeret. Accerſitum itaque rurſum Patrem Domina de omni eo, quod acciderat, inſtruxit qui modis omnibus tentauit, vt ad integram animæ expiationem induceret: ſed fruſtra, quo enim exhortabatur magis, eò reddebatur obſtinatior, ita vt nec nomen IESV enuntiare vellet. Alio etiam tempore cum illi ſacram Crucifixi imaginem offerrent, vt in eum intueretur, & animo reuolueret Chriſtum pro nobis cruci affixum, & in cruce mortuum, ſumma cum indignatione, & animi commotione reſpondit. Iam ſcio: ſed quid vultis faciā? Ad quam Hera, vt ad Chriſtum te conuertas, qui admiſſa crimina remittat, ſi fatēdo recognoſcas Cui Catharina, obſecro vt mihi deſinatis eſſe moleſta. Cūque Hera abceſſiſſet, cœpit amores ſuos, & turpitudinem decantare: durauitque*

quæ

*que ad dies plures hæc agendi & dicendi ratio, donec quadam nocte, accerſi-
ta cum ancillis Hera, hæc in verba prorupit. Torqueor & animo angor pluri-
mum ob violatam confeſſionem. Et ab ea hora vſque ad mediam noctem toto
corpore obſiriguit, vt crederetur mortua: & de humatione & ſepultura eſſet co-
gitatio ſed ad ſe reuerſa accitoque ſacerdote, nihil de antiquâ fatendi conſue-
tudine remiſit. Tres poſt horas, paullò ante quã expiraret, exhortata à ſeruis,
vt apprehenſa manu Cruce, & cereo ſacro nomen IESV inuocaret reſpondit:
Quis eſt ille IESVS? eum non noui: ac in vltimam partem lecti reflexa, ſedẽſ-
que audiebatur cum alio quodam, qui tamen oculos fugiebat, colloqui. Ac alia
ſerua, quæ eodem in loco ægra decumbebat vehementer Dominam rogauit, vt
in diſtinctum cubiculum transferretur: quod vt aiebat, laruas quaſdem atras
videret, quibus admodum terrebatur. Nocte ea, qua Catharina extincta eſt,
domus tota tam fœtido ac putrido odore perfuſa eſt, neceſſarium vt fuerit, cada-
uer loco patente & aperto exponere: Dominæ etiam frater è cubili brachio ex-
tractus eſt. Ancilla quadam in humeris veluti calce percuſſa eſt, pertulitque
aliquot dies eius læſionis ſigna. Equus manſuetiſſimus alioquin, actus in murum
calcibus huc & illuc diſcurrens tota nocte inſaniit. Idem fecerunt & canes
multa diſcurſione & latratu. Humato iam corpore, cum ex ancillis quadam
locum intraſſet, in quo Catharina decubuerat, nemine conſpecto, ſenſit in ſe
vas quoddam, quod tabulatis impoſitum erat, iaci. Maior præterea pars hu-
ius vrbis vidit multo crepitu & ſonitu huc & illuc plurimos lateres, & te-
gulas, etiam ad duo millia paſſuum proiici: non quod in palatio vllus ſit later
vel tegula, tum, vt pleraque huius vrbis ædificia, omnia, palma tegatur. Ancil-
la alia ſpectãtibus multis pede protracta fuit longiſſimè, etiamſi, quæ traheret,
non videretur. Septimo Octobris, cum quædam ſerua veſtiarium eſſet ingreſſa,
vt inde veſtem aliquam ſibi ſumeret, vidit Catharinam erigentem ſeſe in pedes
vt vas quoddam arriperet, fugiente illa tanto impetu vas in murum impulit,
vt in mille partes frangeretur. Die inſequẽti veſtiario annexa fuit Crucis ima-
go chartacea, quæ vno impetu à muro auulſa, in conſpectu omnium, tres in
partes diſtracta eſt. Eodem die cum in hortu Domina cœnaret, medius later
Pauci iniectus, totam cœnam euertit: cuius filius annorum quatuor eo ipſo tem-
pore clamare cœpit, Matercula, Matercula, Catharina me præfocat, appenſiſ-
que ad collum ſanctorum exuuiis ab ea pœna liberatus fuit. Hæc Dominã coe-
gerunt vt ædes mutaret, & in cõſobrinæ domum ſe reciperet, relictis ancillis
quibuſdam ædium cuſtodibus. Decimo dicti menſis, cum ex ancillis aliqua in
officinam diſpenſatoru iuiſſet, ſenſit ſe ter à Catharina vocari, quam timore
nimio dilapſam exhortatæ ſunt cæteræ, vt inuocato Domini noſtri auxilio, ce-
reoquo ſacro accenſo regrederetur aſſumptis duabus, quæ cæteris animoſiores
videbantur, ſecurè rediit, quam defuncta monuit, vt dimiſſis aliis, cereo abiecto
quod pœnam inferret, ſola perſiſteret. Emittebat Catharina ex omnibus corpo-*

Digitized by Google

ris iuncturis flamma incredibili cum fœtore. Caput cum pedibus ardebat. cincta erat veluti ignita faſcia octo aut decem digitos lata, quæ in terram vſque protendebatur, videbaturque libidinis & admiſſæ turpitudinis pœna & caſtigatio quædam. Viſo hoc ſpectro tremere. & exalbeſcere capit ſerua ad quam infelix defuncta, Accede huc. Quoties ego te euocaui; Reſpondit ſerua penè exanimis. Bone Ieſu, quis non horreat te viſa? Quæ cum diceret, in eundē locum deſcendit formoſiſſimus puer albis veſtibus, qui ſeruam hortatus eſt, vt poſito timore fortis eſſet animo, notaretq; diligenter, quæ à Catharina acciperet, vt in alios euulgaret, ac ſimulatq; ab hoc loco abceſſiſſet, cōfeſſione maculas omnes expiaret. Tum hæc in verba Catharina, ſcias inferno me mancipatā, & grauiſſimis ſubiectam pœnis, quod cum ſacerdoti aduoluerer, vt peccata faterer leuiſſima tantum referrem, cuiuſmodi ſunt, quod garrula eſſem, & loquax, in iram procliuis, & id genus alia: ſilentio verò inuoluerem libidines, & conſuetos cum adoleſcentibus congreſſus. Tu igitur diſce bene confiteri, & nullum crimen tacere. Horumque vos commoneo, quod ita mihi imperatum ſit, cogarque aliorum in exemplum hæc verbis aperire. Hactenus Bencius. plura his ſimilia omitto quæ legere licebit apud Martinum Delrio, lib 3.c.1.q.7.Magicarum Diſquiſit.

CAPVT SEPTIMVM.

De perſonis, quæ ad Particulare Iudicium pertinent & prima quæſtio eſt, de Angelis, tam bonis, quam malis.

Boni ad illud pertinent, illudq; ſubiuerunt, vt conſtat ex felicitate; quam poſsidere ipſos.	*Simul ter illud, ſubiiſſe malos,*
Docet Chriſtus,	*Inſinuant apoſtoli,*
Iuſinuat Raphael Angelus,	*Aſſirmant Doctores,*
Doctores conſtanter aſſirmant,	*Ratio confirmat,*
Ratio confirmat,	*Nec quidquam prohibet,*
Nec quidquam impedit.	*Et vtriq; mox illud ſubiuerunt*
	Hi à caſu, illi à merito.

1. DEmonſtratum pluribus eſt præter Generale & Vniuerſale Iudicium, dari aliquod Particulare: proximum eſt, vt doceamus, *quarum* illud ſit *perſonarum*, ſiue quorum cauſæ ibi tractētur, & in genere prima quæſtio eſt; Vtrū ad illud *homines* tantum pertineant; an quoque naturæ angelicæ. Ratio dubitandi inde accipitur; quòd Particularis Iudicij nomine illud

illud intelligatur à pleriſque, quo vel æterna gehennæ ſupplicia; vel cæleſtia regni cœlorum gaudia, quibuſdam propter ſua merita, ante extremum illud atque Generale Iudicium, decernuntur & deferuntur, quod cum in Angelis perfectum videamus; nulla iuſta ratio datur, cur à Particulari Iudicio illos excludamus.

Alij ipſos ad hoc Iudicium non admittunt; & ſolis hominibus conſtitutum volunt; cùm poſt mortem (quæ in cœleſtibus Spiritibus locum non habet) dicatur peragendum. Quidam etiam idcircò Angelos excludunt, quod ipſis, vel certè ipſorum quibuſdam, malis ſcilicet, ſua non conſtet damnatio; nec infernalia adhuc, quæ peccando meruerunt tormenta ſuſtineant. 2.

Quærunt etiam, quando hoc Iudicium de Angelis factum eſſe potuit: & quando ſingulorum meritis ſua reddita merces? Vt longo tempore poſt merita reddita credatur, dici rectè non poteſt: Cur enim dilata? Mox autem reddita non videtur; quoniam à ſupplicijs dixeris immunes fuiſſe malos, qui tempore Chriſti deprecabantur *abyſſum*, Matth. 8. & rogabant, *ne ante tempus à Chriſto torquerentur*, Lucæ 8. Et bonos eodem Chriſti tempore non fœlices, propterea facile creditur, quod nemo ante Chriſtum cœlos conſcenderit; ſecundum illud Ioa. 3. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis, qui eſt in cælis.* 3.

Sed quæſtio potius de nomine, quam de re eſt. Qui Particulare Iudicium illud dixerunt, quod poſt mortem cuiuſq; exerceatur; rectè ſpiritus, angelicos excludunt: Qui verò, melius, omne illud arripiunt quò Dei voluntate aut ſupplicia, aut gaudia pro meritorum qualitate decernuntur & conferuntur, ipſos nec poſſunt, nec debent excludere; propterea. quòd boni & fruantur iam, & olim fruiti ſint ſua felicitate; & mali patiantur iam, & olim paſſi ſint, ſua tormenta. 4.

Neque enim de horum, altero, iam dubium animum Chriſtianus homo debet habere, quamuis & olim fuerit, & iam ſit apud quoſdam ambiguum, quonam tempore, primum illi fœlices, eſſe cœperint Dei viſione, hi infelices propter infernalis ignis cruciatus. Sed prius illud demonſtremus, antequam de hoc inquiramus. 5.

Ergò bonis Angelis ad felicitatem nihil deeſſe, eoſdemque Dei viſione perfectè frui ex illo Chriſti, Matth. 18. colligitur, quod Angelos paruulorum dicat *ſemper videre faciem Patris, qui eſt in cælis*. Cùm enim hæc ſit *vita æterna*, Ioan. 17. & *omne bonum*, Exod. 33. *Deum cognoſcere, & facie ad faciem videre*, quomodo boni Angeli non felices iudicandi ſunt? 6.

7. Idem duobus modis inſinuat Raphael, apud Tobiam, ca. 12. primò cum dicit ſe *aſtare cum Angelis ante Dominum*: deinde quando docet ſe *cibo vti & potu inuiſibili*, qui ab hominibus videri non poteſt An Dominum non videt, qui ante Dominum ſtat. Potus autem & cibus inuiſibilis ille eſt (ſuſpicor) qui in menſa apponetur, ad quã ſuos Dominus faciet diſcumbere, quando ſeruiens ipſis eſt miniſtraturus, Lucæ. 12

8. Communis iam hæc de Angelorum felicitate eſt ſententia Conſulẽdi ſunt D. Thomas in 2 1. diſt. 5. q. 2. ar. 2. Bonauentura atq; AEgidius ibidem diſt. 4. & 5. Marſilius q. 4. ibidem Magiſter, atque Altiſiodorenſis, lib. 2. Summæ, cap. 3.

9. Seruiunt boni Angeli hominum animabus ad felicitatem quam meruerunt conſequendam, eaſque ad cœlos tendentes ducunt, comitantur, & quibus obſequijs poſſunt, ſequuntur, vt ſuperius doctum eſt: & ipſis cœli aditus non patebit.

10. Quæ precor, poteſt iuſta eſſe cauſa. cur felices credi non debeãt. An quia felicitatem non meruerunt? Meruerunt omnium Catholicorum Doctorum conſenſu & ſuffragijs: & quidem egregijs excellentiſsimarum virtutum actibus meruerunt. An quia meruerũt quidem, ſed illius capaces non ſunt; ſed ſi qui diuinæ viſionis ſunt capaces, certè ſunt Spiritus angelici, ab omni malitiæ concretione alieniſsimi, & ad altiſsimas res contemplandas aptiſsimi.

11. Fortè differri debuit felicitas. ne Chriſtum ipſi in ſelicitate præcedant. Sed eſto, eò vſque ſit dilata, & cum primum conceſſa certè iudicium particulare illi tum ſubijſſe dici poſſunt, quod vel iam felices ſint, ante Generale illud iudicium, quo omnes beati ad felicitatem ſunt aſſumendi.

12. Verum nec vſque ad Chriſtum eorum felicitas eſt dilata: quoniã cur differri debuerit, nulla eſt cauſa. Quod *nemo aſcenſurus cœlum dicitur, niſi poſt Chriſtum filium hominis*. de hominum genere accipi debet. Hos Chriſtum præcedere oportet, vt intelligerent nõ ſuo merito, ſed Chriſti beneficio ſibi oſtia ad cæleſtia gaudia patere, quæ peccato primorum parentum, in quibus omnes peccauerunt, fuerunt clauſa

13. Idẽ de malis ſpiritibus ſentiendum eſt nec horum ad extremum iudicij diem damnatio dilata eſt: iam patiuntur, quam ſua ſuperbia & apoſtaſia meriti ſunt, pœnam. Colligunt hoc doctores ex D. Petro atque Iuda. Ille ſic loquitur, in 2. cap. 2. *Angelis peccantibus Deus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detractos tradidit cruciandos*. Iudas verò, *angelos*, inquit, *qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum*

*ſuum domicilium, id iudicium magni Dei vinculis æternis ſub caligine reſer-
uauit.*

Hinc eſt, vt pro damnatis, & qui grauiſsimas pœnas ſuſtineant, 14.
Dæmones habuerint viri egregiè docti. Strabus in 3. ad Philip. &
Venerab. Beda in 3. D. Iacobi ſcribunt, *quod quocunque volitent ſuum ſe-
cum infernum circumferant.* B. Auguſtinus, lib. de correptione & gratia
cap. 10. & Proſper lib. 1. de vita contemplatiua docent & iudicatos
eſſe & miſeros eſſe. Reliquorum ferè non contraria ſententia.

Et quemadmodum boni Spiritus ſua obſequia præſtant anima 15.
bus beatis, quæ hinc ad paradiſi gaudia tranſeunt, ita ſua præſtant
mali impiorum animabus, qui infernum petunt. eorum ſunt duces
& vectores. An fortè ipſi ab inferni pœnis liberi? Locus ille pœna-
rum paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Matth. 25. ibi vt ſedes ha-
bent, ita vt tormenta ſuſtinent.

Nullam rationem video, cur ipſorum ſupplicia dilata eſſe crede- 16.
re debeamus, quemadmodum nullam diximus, ob quam homini-
bus poſt mortem ſua differantur, quoniam, *quod in hominibus mors
eſt, in malis Spiritibus eſt à diuina gratia caſus.* quemadmodum Damaſ-
cenus loquitur, lib. 2. de fide Orthod. cap. 4.

Nec deprecatio, qua Lucæ 8. quidam petũt *ne mittantur in abyſſum* 17.
ipſos docet à gehennæ ſupplicijs eſſe liberos Non ſupplicia depre-
cantur, ſed ſuppliciorum locum, quem prius ſupplicium augere
ſciunt, quoniã pro aliqua fœlicitatis ſuę parte habent, ſi vagari libe-
rè poſsint, & miſeros mortales diuexare, atque à Chriſto abducere
quod in abyſſo non conceditur Nequam.

Sic quod dicunt ſe *à Chriſto ante tempus torqueri* Matth. 8. nõ ſigni- 18.
ficat, eos tunc vel ante non fuiſſe. Futuram torturam, quæ
prioris (quæ iam eos premebat) auctuarium quoddam eſt, timent,
quam ex inferni carcere habent. Quocirca idem petunt, dum ne *in
abyſſum mittantur*, flagitant, *ne ante tempus torqueantur.*

Itaque non probatur ſententia Iuſtini, dum in Apolog. 1. & 2. ſæ- 19.
pius repetit Dæmones igni ſempiterno *non traditos, ſed tradendos a-
liquando*: nec Irenæi, qui lib. 5. docet Diabolum *ante Chriſti aduentum
nunquam Deum blaſphemaſſe*, quod ſuam tum adhuc ignoraret dam-
nationem: ab Apoſtolis autem & Chriſto didicerit tandem, ignem
æternum ſibi paratum eſſe, nec Epiphanij in Hæreſi Sethianorum,
vbi docet Dæmones non modo ignoraſſe ſuam damnationem, ſed
etiam *ſalutem per Chriſti aduentum ſperaſſe*, deſperaſſe vero tum, cum
pro ſe atque in ſui gratiam nihil à Chriſto fieri obſeruarent.

Sunt alij Patres, qui eoſdẽ dicunt *non ignorare ſua futura tormen-* 20.
ta: inter quos ſunt Ambroſius in cap 8. Lucæ, Hieronymus atque

Digitized by Google

Chryſoſtomus in 8. Matthei Auguſtinus lib. 8 de Ciuit. Dei, c. 23. Gregorius 4. Moralium cap. 10. & 4. Dialogorum cap 29 Bernardus item in ſerm. de Malach. verum per hoc quod dicũt nõ *ignorare ipſi futura tormenta*, non à præſentibus eoſdem abſoluunt. Præſentem iam habent carnificinam : futuram exſpectant maiorem, quando in abyſſum mittentur, & omnis vagandi, hominesque vexandi facultas auferetur.

21. Habent igitur ſuam fœlicitatem boni ſpiritus, habent ſuum infernum mali ſpiritus. An habuerunt *ſemper*, vel, *quando* primum habere cæperunt? Non habuerunt ſemper quia non ita creati, vt hi eſſent felices, illi miſeri. Ad miſeriam ſuam hi ſuis peccatis peruenerunt: & fœlicitatem ſuam illi ſuis operationibus diuina gratia adiuti, obtinuerunt.

22. An verò *mox* poſtquam peccarunt, illi ſua ſupplicia peccatis debita ſenſerunt? hi ad cœlorum gaudia ſunt aſſumpti ſtatim poſtquã gaudia illa ſunt promeriti? vtrorumq; volunt quidam mercedẽ dilatam alij dilatã malorum tantum ad vltimum huius mundi diem, quo Generale iudicium inſtituetur. Nos ſuperius vtriſq; mox dilatam aſtruximus. Itaque & Dei viſione mox fuerunt fœlices boni ſpiritus: & infelices atq; miſeri, damnatorum, quod viſio illa ipſis ſit ſubtracta & infernalibus fuerint incendijs traditi.

23. An quoquè vtriſque conſtitit mercedis, quam receperunt, æternitas? De bonis vix licet dubitare, propterea quod viſione Dei fœlices eſſe nequeant & ignorare vtrum conſtans ſit perpetuaque & fœlicitas. De malis forſitan quis dubitauerit, quod pœnas pati contingat, & ignorare, quanto tempore illæ perferendæ Quocirca, inuenti ſunt, qui cum Origine illos eripiendos aliquando docuerunt.

24. Verum probamus magis, quod quemadmodum boni ſe perpetuã fœlicitatem ingreſſos cognouerunt, quando fœlicitatem ſunt conſecuti; ita cognouerunt impij perpetua duratura ſupplicia, quę mox à perpetrato peccato experiri cæperunt, vt ob id intellexerint & ſe miſeros; & quemadmodum B. Auguſtinus atque Proſper docent, eſſe *damnatos*.

25. Cur enim ignorare debuerunt, æterna eſſe quæ paterentur ſupplicia? Fortè peccatum quod perpetrarunt, tantum non fuit, vt æterna ipſi ſupplicia deberentur? At lethale nullum eſt cui hæc non iuſtiſsimè debeatur; ob grauiſsimam, quæ Deo infinito infertur, iniuriam. Fortè poterunt à peccato reſurgere, & in gratiam cum Deo redire? At ita tenaces ſunt eorum cogitationes, ita obduratæ

volun-

voluntates, vt ab eo, cui ſe applicant, diuelli ſe nulla ratione patiantur.

An igitur *iudicati* dici poſſunt? Quid prohibet non video, cum 26.
& ſententiam Dei omnia iudicantis intellexerint, & quæ Iudicium
ſequi ſoleant, ſupplicia experti ſint & experiantur. Cæterum, quonam modo iudicati dici debeant, atque à quo Iudice, &c. poſterius dicetur.

Ex dictis inferimus, quod ſpem ſalutis nunquam habuerint, à 27.
tempore, quo à Deo reiecti fuerunt: nunquam pro peccati perpetrati expiatione quidquam præſtiterint: nunquam Deo ſupplices facti ſint: à Deo manſerint ſemper auerſi: eius ſint hoſtes & eſſe ſe declararint: & quibus modis poſſunt, honorem eiuſdem obſcurarint nequiſsimi, in omnem æternitatem permanſuri Nequam.

CAPVT OCTAVVM.

An in alia vita ad tempus, ob maculas quaſdam, purgandi hominum, Spiritus mox à morte hoc Particulare Iudicium ſubeant.

Subire credi debet, cum conditionem ſuam non ignorent. Nam
Se non eſſe in numero fœlicium cognoſcunt ex malis, quæ patiuntur, & loco, vbi patiuntur.
Nec eſſe in claſſe damnatorum intelligunt facilè.
Ex habitibus ſuper naturalibus quos habent,
Ex loco vbi degunt,
Ex pœnarum ſocijs,
Ex occupationibus & ſtudijs,
Ex ſubſidijs, quæ poſtulant à viuis.

QVamuis Particulare Iudicium Angelos ſubiuiſſe dici 1.
poſsit; ad *homines* tamen maximè illud pertinet, de quibus etiam præcipua noſtra diſputatio eſt. Quoniam verò hominum gradus varij ſunt, vtrum *omnes* illud ingredi oporteat quæſtio eſt. Neque enim neceſſe eſt, vt ſi pro hominibus particulare Iudicium inſtitutum eſſe dicamus, mox omnes ad illud admittamus.

Gradus autem hominum, de quibus controuerſia eſt, non ſe- 2.
cundum ætatem diſtinguendi ſunt, quam alij virilem & adultam habent, alij teneram & infantilem. Neque ſecundum ſexum, in maſculinum & fœmininum. Neq; ſecundum progenitores, quos quidam habent generis claritate illuſtres; alij obſcuros & humiles. Neque ſecundum fortunæ, corporis aut animæ dotes; ſed ſecundum

Digitized by Google

conditionem, qua ex hac vita diſcedunt, & rectè, quoniam Iudiciū poſt hanc vitam inſtituitur; & in eodem merces tribuitur hominibus prout ſtatus, in quo diſcedunt, requirit.

3. Diſcedentium verò ex hac vita quadruplex eſt conditio. Quidam ex hac miſera & ærumnoſa, quam in morte deponunt, tranſeunt mox ad felicem vereque beatam. Quidam propter peccata, quæ perpetrarunt, & dignis pœnitentiæ operibus non expiarunt, mox rapiuntur ad inferos, æterno gehennæ igne cruciandi. Sunt tertij, qui nec mox ad cœlum aſcendunt; quod à næuis & maculis prius ſint purgandi: nec remittuntur ad infernum; quòd Dei ſint amici, Dei gratia inſtructi, & de peccatis quidem pœnitentiam egerunt, verum tamen non tantam, quantam illa meruerunt. Quarto ſunt, qui cum ſolo originali ex hac vita diſcedunt, hi à cœlo peccati onere prohibentur: nec tamen patiuntur cruciatus inferni; quia per ſe nihil deliquerũt: nec etiam expiantur igne purgatorio; quia ille Dei tantum amicis purgandis ſeruit in quorum numero hi nō ſunt. De duobus horum generibus quæſtio eſt.

4. De quibus vero? Non de primis illis atque ſecundis, quoniam de horum Iudicio non dubitamus, hos ſua mox ſequitur merces, perpetua ſcilicet fœlicitas, & damnatio perpetua. Dubitatur à quibuſdam de tertijs & quartis: quod tertij, quamuis ſciant, ſentiant ſe pati, ſtatus tamen ſui conditionem ignorent; quarti eandem ignorent, quamuis tormenta nulla experiantur.

5. Omnis igitur noſtra occupatio in eo erit, An qui ex hac vita diſcedunt, cum quibuſdam næuis, in alia vita expurgandi, pueri item cum ſolo Originali, de ſtatu ſuo mox certi reddantur: ſciantque illi, quod ad tempus pœnas habeant ſuſtinere ijſque perſolutis ad cœlum aſſumendi ſint: hi vero illam ſuam eſſe conditionem, vt perpetuo, diuino conſpectu carere debeant, ob peccatum quod in primo omnium parente perpetrarunt. Hoc enim ſi conſtitutum fuerit, non minus de horum Iudicio, quàm priorum illorum rectè quis dubitauerit. De purgandis primum dicamus.

6. Hos ergo de ſtatu incertos eſſe docuit aliquando Lutherus, quemadmodum patet ex articulo 38. damnato à Leone, X. Idem ſenſerunt ex Catholicis Michaël Baius, lib. 2. de meritis operum, cap. 8. Sed certos eoſdem eſſe idcircò rectius iam à cōmuni Theologorum ſchola docetur, quod plura in ſe ipſi defunctorum Spiritus argumenta inueniant, quibus ijſdem perſuadetur ſe in eo ſtatu degere, à quo neceſſariò aliquando ad cœlorum gaudia ſint aſſumendi.

Pri-

Primum cognoſcunt ſe non fœlices eſſe An fœlices eſſe dicimus 7.
poſſunt; & ſimul grauiſsimas Purgatorij pœnas ſuſtinere? fœlicitatis illa conditio eſt, vt omne malum excludat; nullum, nec minimum, ſecum admittat. Accedit quod locus vbi degunt, eoſdem id doceat, quamuis tam graues pœnas etiam non ſuſtineant. Neque enim ignorare poſſunt, non ſe ſurſum aſcendiſſe, poſtquam ex hac vita diſceſſerunt; ſed deorſum, ſub terras veniſſe; atque eò loci degere, vbi quæ beatis parata eſt fœlicitas tribui non ſolet.

Sic quoque cognoſcunt non prorſus infelices eſſe, & deſperatæ 8.
ſalutis, atque hoſtes diuinæ Maieſtatis, quoniam quibus instructi ſunt cognoſcunt in ſe, ſupernaturales habitus fidei, ſpei atque charitatis; quorum ea conditio eſt, vt in prorſus miſeros deſperatoſque homines non cadant.

Fortè dictis habitibus inſtructi non ſunt? Omninò ſunt. Etenim 9.
illorum quorundam ea eſt ratio, vt homines in alia vita non deſerant qualis eſt charitas, de qua Apoſtolus, 1. Corinth. 13. *Charitas nunquam excidit*. quidam etſi deſinere poſsint in alia vita, non tamen deſinunt, niſi in eorum loco præſtanti ex quid ſubſtituatur; qualis eſt fides, cui in illa vita viſio ſuccedit.

Fortè dictis habitibus inſtructi quidem ſunt; ſed tamen igno- 10.
rant ſe inſtructos eſſe? Poſſunt id in hac vita ignorare: veruntamen non in futura. Si enim aliquid cognoſcunt Spiritus illi, quid minus, quam in ſe exiſtentes habitus poſſunt cognoſcere? Quos tamen in hac vita non cognoſcunt; quòd alius ſit modus intelligendi animarum & ſpirituum ſeparatorum; alius quando ipſi corporibus ſunt incluſi.

Vehementia dolorum, & cruciatuum, quos patiuntur, fortè im- 11.
pedit, ne quam alioquin poſſunt, non intelligant, & attendant ſuæ vitæ conditionem? Non impedit. Diuitem epulonem non impediuit in inferno, Lucæ 16. impediet hos in Purgatorio? Quod hac in vita ex doloris intenſione ratio atque iudicium impediatur, ex læſione contingit corporalis organi: ibi, quia anima nullum corporale organum habet, id timendum non eſt.

Ex loco etiam vbi degunt conijciunt ſecum deſperatum non 12.
eſſe; ſed certam ſpem ſalutis ſupereſſe. Alium ſuum cognoſcunt ab inferno locum, quamuis vtrobique idem vnuſquè ſit ignis, inferior eſt damnatorum; ſuperior ille, qui purgandis Spiritibus ſeruit.

Certius idem intelligunt ex pœnarum ſocijs. Damnatorum ſo- 13.
cij ſunt damnati, & immundi Dæmonum Spiritus, à quibus vſque

ad mundi finem illi in inferno cruciantur. Non hi ſocij Purgandorum Spirituum. Cognoſcunt ſocios non in damnatorum claſſe eſſe ſed eorum, qui vbi benè fuerint expiati, ad cœlos ſunt promouendi. Et ſi hoc ignorarent; non poſſunt ignorare ſe non torqueri à Dæmonibus, quocirca vel hinc certi ſunt, ſe extra damnatorum eſſe ordinem.

14. Nec eadem ipſorum cum damnatis ſtudia: non eædem occupationes & operationes. Impatientiſsimi illi ſunt, ſuamque impatientiam continuis grauiſsimiſque produnt in Deum blaſphemijs, ſic omnem ſalutis vnquam obtinendæ ſpem deponunt. At hæc tam aliena ſunt ab hiſce ſpiritibus? Quam certum eoſdem amplius peccare non poſſe.

15. Forte poſſunt peccare? Non poſſunt. B. Cyprianus Martyr, Sermon. 4. qui eſt de Mortalitate, ad hoc plurimũ dicit prodeſſe mortem, quòd *eripiat à periculis peccandi*. Dum in hac vita ſumus, in ſtadio pugnamus: pugnæ finem obitus affert, quem Cypriani locum adducens B. Auguſtinus lib. de Prædeſt. Sanctorum, cap. 14. ſic loquitur. *His atq; huiuſmodi Doctor ille ſententijs in Catholicæ fidei luce clariſsima, ſatis aperteq; teſtatur vſq; ad huius corporis depoſitionem peccandi pericula, tentationesq; metuendas: deinceps nulla talia quemquam eſſe paſſurum, quod et ſi non teſtaretur; quando de hac re Chriſtianus qualiſcunq; dubitaret?*

16. Sed & ipſi Spiritus quandoq; viuentium rebus interſunt, & eorundem ſubſidia, vt citius à pœnis liberentur, implorant. Et hoc non leue argumentum eſt & extra Damnatorum eos ordinem eſſe & quoque eoſdem hoc ipſum intelligere cur enim peterent, quod ſibi profuturum ignorarent.

17. Porro qui petiuerũt ſunt plurimi. imprimis ille eſt cuius 4. Dialogorum meminit B. Greg. cap. 39. qui poſt oblatam pro ſe ſalutarem hoſtiam in loca vbi purgatorium ſuum habuit, amplius inuẽtus non eſt, deinde ſoror Malachiæ, eiuſdem Malachiæ precibus adiuta quemadmodum pluribus docet B. Bernardus, in vita Malach. Presbyter quidam Arnolphus, S Remberti quadraginta dierum ieiunio adiutus. habetur in vita Remberti Archiepiſcopi Bremenſis, apud Surium, Tom. I. Mater Eliſabethæ filiæ Regis Hungariæ; quæ & filiæ precibus à pœnis eſt liberata, teſte Iacobo Montano in vita S Eliſabeth. Omitto plures.

Atque hæc de purgandis.

CA-

CAPVT NONVM.

An qui cum ſolo peccato Originali hinc diſcedunt Infantes Iudicium ſuſtineant Particulare.

Non patet his infantibus aditus ad cœlum.
Ob peccatum quod habent,
Atq; ita docent Patres & concilia,
Nec aliud habent ſcriptura
Sed tamen non traduntur pœnis infernalibus cum per ſe Deum non offenderint.
Medius igitur ijs ſtatus erit inter beatos atque damnatos.
Teſte Nazianzeno,
Cui fauet ratio,
Nec obſtat quicquam.
Hunc medium ſtatum cum cognoſcant eiuſq; cauſam, & cognoſcãt ſtatim à morte, non malè dicitur eos à morte particulare iudicium ſubire.

DE Infantibus, qui cum ſolo Originali peccato hinc diſcedunt, maior eſt difficultas. Omninò hos quis à iudicio hoc dixerit excipiendos, propterea, quod in iudicio vel æterna vita decernatur, vel perpetuum ſupplicium, quemadmodum 25. Matth. ſignificat Dominus. Neutrum enim horum apud hos infantes locum habere poteſt. Vita ſiquidem æterna non ſunt digni: vt verò perpetuum ſupplicium ſuſtineant quis facile dixerit eos, qui, per ſe Deum, qui ſuppliciorum iuſtus eſt author, nunquam offenderunt? 1.

2. Deinde iudicium de actibus omiſsionibuſque inſtituitur: in eodemque quæ quis aut geſsit, aut gerere debuit reportabit, quemadmodum poſt Dominum Matth 25. docet ſanctiſsimus Paulus, 2. Co. 5 quid verò infantes mali geſſerunt? quid boni, quod præſtare potuerũt, emiſerunt? illi imprimis qui antequam hanc lucem aſpexerunt, vitam reliquerunt?

3. Diſtinguunt Doctores duplex iudicium, alterum vocant *diſcuſsionis* alterum *damnationis*. Ibi ſingulorum merita diſcutiuntur, hic meritis digna præmia decernũtur. Diſtinctio eſt in ſcholis recepta Neutrum apud hos Infantes locum habet. Non primum, quia nulla hic quæ diſcutiantur, merita. Non ſecundum: quia damnatio ceſſat, vbi nulla merita.

His, atque his ſimilibus rationibus permoti viri non leuiter docti, infantes hos, & quicunque cum ſolo Originali diſcedunt ex

hac vita, prorſus excludunt à Iudicio, non hoc particulari tantum, verum etiam à futuro illo in ſeculorũ fine, Vniuerſali. Quid quod quidam eoſdem nec quidem comparituros velint in Vniuerſali? Alij comparituros in eodem concedant, verum non vt iudicandos, ſed vt pompæ Iudicialis ſpectatores? Sunt quoque, qui in illo velint iudicari, verum tamen non per ſe, ſed in ſuo capite, quemadmodum in ſuo capite peccauerunt.

5. Nos, quod ad præſens Particulare Iudicium (de quo noſtra hæc Diſputatio eſt) attinet, rem conſtare poſſe exiſtimamus, ſi duo definiamus. Alterum eſt, quænam in futuro ſeculo ſit conditio eorum qui ex hac vita cum ſolo Originali diſcedunt. Alterum, vtrum cõditionem hanc illi, qui hinc diſcedunt, intelligãt. Nam aliquam eorum firmam ſtabilemque oportet eſſe conditionem: & vix licebit dubitare, illos poſſe dici iudicari, ſi quæ ſua ſit conditio, certò cognoſcant.

6. Ergò de Conditione illorum qualis illa ſit, vnum certum & indubitatum eſt apud verè Catholicos, omninò hos infantes extra ſaluãdorum ordinem eſſe, nec ſpem vllam habere, quod felici Dei viſione ſint perfruituri aliquando. Nam cum hæc nõ niſi mundis corde tribuenda ſit, & quos nulla peccatorum ſarcina grauat, quomodo felices aliquando erunt, qui onus peccati quod in primo parente contraxerunt, nunquam deponunt.

7. Vtrum verò hic dubium? An quod peccatum habeant? an quod cum peccato Dei viſio, & felicitas nequeat ſubſiſtere? Illud citra æternæ ſalutis diſpendium negare nemo poteſt: hoc docet ſanctiſsimus Ioannes, quando aſſerit in Cœleſtem illam Hieruſalem *non intrare aliquid coinquinatum, aut immundum.* Apocal. 21.

8. Forte in alia vita ſpes eſt veniæ peccati Originalis obtinendæ. Si quidem illa eſſet, ſpes quoq; obtingendæ fœlicitatis aliquando eſſet. Verum quod in hac vita peccatum non remittitur, eius condonatio & remiſsio in futura fruſtra exſpectatur. *Vbicunque ceciderit lignum,* dicitur Eccleſ. 11. *ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi erit.*

9. Atque hæc Sanctorum Patrum vna eſt ſententia. *Nulla ſalus æterna* inquit B. Auguſtinus, lib 1. de Peccat. meritis, & remiſſ. cap. 23. *præter baptiſmum Chriſti, promittatur infantibus; quam non promittit ſcriptura diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda.* Et S. Fulgentius, lib. de fide ad Petrum, cap. 3. *Paruulos,* inquit, *quibus nulla poſſunt vel bona vel mala ineſſe propria merita voluntatis, inſolubili nexu æterna damnatio retinet.* Et B. Anſelmus, lib. de conceptu virginali, ca. 27. *Si Originale peccatum,* inquit, *eſt aliquod peccatum, neceſſe eſt omnem hominẽ in eo natum*

illo

tun dimiſſo damnari. Hinc quoque Beatiſsimus Bernardus, epiſt.191. ad Innocentium docet. *Infantes perire, ſi non baptizentur.*

Nec ab hac Patrum ſententia diſcedunt Concilia. Paleſtinum, teſte B. Auguſtino in Epiſt 106. ad Paulinum, compulit Pelagium anathematizare, *infantes, etiamſi non baptizentur habere vitam æternam.* Carthaginenſe, in Epiſt. apud Auguſtinum. 90. *Quicunq;*, inquit, *negat paruulos à perditione liberari per baptiſmum Chriſti, & ſalutem percipere ſempiternā, anathema ſit.* Milleuitanum, in Epiſt. 92. ad Auguſtinū ſimilia habet. *Pueros*, inquit, *paruulos, ſi nullis innouentur Chriſtianæ gratiæ ſacramentis, habituros vitam æternam, nequaquam præſumptione contēdunt.* Hinc & florentinum Concilium, in vltima ſeſsione, docet illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo Originali diſcedunt, *mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendos.* 10

Nec aliud docent nos Scripturæ. Non vult Dominus, Ioan. 3. *introire in regnum Dei, qui renatus non fuerit; ex aqua & Spiritu Sancto.* Idem eodem cap. ſic loquitur. *Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio nec videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eo.* Sic & Apoſtolus ad Rom. 5. dicit *per vnius delictum in omnes tranſire damnationem.* 11.

Hoc ergo certum eſt: Dubium verò apud quoſdam, Vtrū præter quā ad fœlicē viſionē non admittuntur, ad infernalis quoq; ignis pœnas relegentur in æternum cum Dæmonibus cruciandi, an potius alia quædam, media, ſit ipſorum inter damnatos, atque fœlices conditio: vt videlicet, nec pœnas infernales ferant, nec fœlici Dei fruantur conſpectu. Atque horum prius ſi conſtiterit, fortaſsis ad propoſitam quæſtionem in promptu erit reſponſio. Quis enim dubitabit iudicari, ſi conſtitutum certumque ſit perpetuis gehennæ ignibus mox à morte tradi cruciandos? 12.

Quid verò? In horum damnatorum claſſe ſunt noſtri infantes? Sentiunt ita quidam, iidem à ſua parte exiſtimant ſtare & Patres quoſdam, & Sacratiſsimas Scripturas; grauia in rebus Theologicis præſidia. 13.

Ex Patribus producuntur præcipuè duo; B. Gregorius, atque Auguſtinus, Gregorius ita loquitur, 9. Moral. cap, 16 *Nonnulli*, inquit, *prius à præſenti luce ſubtrahuntur; quam ad proferenda bona malaue merita actiua vita perueniant. Quos quia à culpa originis, ſacramenta ſalutis non liberant; & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perueniunt.* Et infra. *Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt.* 14.

B. Auguſtinus copioſior eſt in hac materia. Libro primo de O- 15.

rigine animæ, cap. 9. *Non baptizatis paruulis*, inquit, *nemo promittat inter damnationem regnumq́; cœlorum, quietis vel felicitatis cuiuſlibet, atq; vbilibet medium locum, hoc enim ijs hæreſis Pelagiana promiſit.* Et Serm. 14. de Verbis Apoſtoli: *Nullus*, inquit, *relictus eſt medius locus, vbi ponere queas infantes. De viuis & mortuis iudicabitur; alij erunt ad dextram, alij ad ſiniſtram. Non noui aliud. Si ergo dextra erit & ſiniſtra: & nullum medium locum in Euangelio nouimus, ecce in dextra regnum cœlorum eſt. Percipite*, inquit, *regnum: qui ibi non eſt, in ſiniſtra eſt. Quid erit in ſiniſtra? Ite in ignem æternum.*

16. Scripturæ proferuntur illæ; quæ *paleas*, (quales hi infantes ſunt, non enim triticum ſunt) docent *mittendas in ignem æternum*. Matth. 3. Angelos in conſummatione ſœculi, eos *qui iuſti non ſunt, à iuſtis ſeparaturos, & miſſuros in ignem*, Matth. 13. ijs qui à ſiniſtris erunt, vt paruuli erunt, audituros, *vt diſcedant in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius*: denique *omnem arborem, quæ fructum bonum non facit, excindendam, & in ignem mittendam*, Matth. 3.

17. Sed tamen ab hac ſententia plerique noſtra ætate diſcedunt: exiſtimantque alienum à diuina bonitate atque clementia, vt in æternum infernalis ignis ſupplicia velit tolerare eos; qui nulla ſua propria culpa diuinam maieſtatem offenderunt. Itaque pœnam *ſenſus*, (quam ignis affert) à pœna *damni* diſtinguunt; quod illa prauæ cõuerſioni debeatur, hæc auerſioni, & cum in pueris conuerſio praua nulla vnquam fuerit: pœnam inquiunt *ſenſus* non percipient vllam habebunt ſolam pœnam *damni*. Ita illi.

18. Sic locum horum puerorum, à damnatorum loco diſtinguunt. Cur, quæſo, ob cauſam aliam, quàm, quod qui damnatos cruciat ignis, nihil agat in pueros? Quid enim, ſi vnus idemque ignis, vtroſque torquet, diſtinctis locis conſtituuntur?

19. Apocalypſis 18. pro quantitate deliciarum decernitur quantitas tormentorum. *Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit*, inquit Angelus, *tantum date illi tormentorum*. At delicias experti non ſunt Infantes; experientur tormenta; & quidem perpetua ignis infernalis? qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius?

20. Ignem & vermem coniungit Iſaias, cap. vltimo: & poſt Iſaiam Dominus, Marci. 9. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Ergò quia vermem mordentis conſcientiæ non ſentient paruuli, nec experientur torquentem ignem.

21. B. Innocentium illi in hoc ſequi videntur hi Authores, hic in Epiſtola decretali, quæ habetur libro 3. Decretalium, Titulo de Baptiſ. & eius effectu, cap. Maiores, docet *pœnam peccati Originalis eſſe ca-*

ſo carentiam viſionis diuinæ, actualis autem gehennæ perpetuæ cruciatum. Quo loco per cruciatum gehennæ non poteſt intelligi niſi pœna *ſenſus*, quæ pœnæ damni eſt oppoſita.

Medius igitur ſtatus, inter beatos, atque ad inferorum cruciatus damnatos, his pueris concedetur. Nec Dei viſione dicentur fœlices: nec ignis infernalis cruciatu infelices. A viſione beata, Dei prohibet ipſos peccati originalis onus, quod habent Non patiuntur cruciatus infernalis ignis; quia ſentire non debent cruciantem pœnam, qui non ſenſerunt afficientem voluptatem. Vitam agent igitur non prorſus miſeram, quamuis non fœlicem. 22.

Pro hac ſententia eſt inſignis B. Gregorij Nazianzeni authoritas. Ille in Oratione in S Lauacrum, tria genera hominum ſine baptiſmo decedentium eſſe dicit: quorum alij baptiſmum contempſerint: alij ex negligentia propria emiſerint: alij hoc eſt, infantes, aliorum negligentia illo caruerint. De horum omnium pœna poſt hanc vitam ita pronunciat. *Exiſtimo*, inquit, *futurum, vt primi quidem, cum aliorum ſcelerum, tum etiam baptiſmi contemptu pœnas luant. Alij autem pœnas quidem, ſed leuiores pendant: vt qui non tam animi prauitate quã ſtultitia à baptiſmo aberrarint. Poſtremi deniq; nec cœleſti gloriæ, nec ſupplicijs à iuſto Iudice afficiantur; vtpote qui licet baptiſmo conſignati non fuerint, improbitate tamen careant; atque hanc iacturam paſſi potius fuerint, quam fecerint. Neque enim quiſquis ſupplicio dignus non eſt, protinus honorem quoque meretur. Quemadmodum nec quiſquis honore indignus eſt, ſtatim etiam pœnam promeretur.* Ita Nazianzenus. 23.

B. Auguſtinus lib. 5. in Iulianum, cap. 8. ſic loquitur. *Ego autem non dico paruulos ſine Chriſti baptiſmate morientes, tanta plectendos eſſe pœna; vt ijs non naſci potius expediret.* Et infra. *Quis dubitauerit paruulos non baptizatos in damnatione omnium leuiſſima futuros? Quæ, qualis, & quanta erit, quamuis definire non poſſim, non tamen audeo dicere, quod ijs vt nulli eſſent, quam vt ibi eſſent, potius expediret.* 24.

Et ratio hic ſeruire poteſt. Propter Originale peccatum non iniungitur in Eccleſia hominibus baptizandis, quamuis adultis, vlla ſatisfactio pœnalis; neque iubentur propter peccatum illud vllam animo triſtitiam doloremque concipere veriſimile igitur eſt, nullam ipſi in futuro ſeculo reſpondere ſenſibilem pœnã; ſed beatitudinis ſempiternæ tantum carentiam. 25.

Veriſimilius hoc ex eo fit, quod nemo cruciatus perferat, ideirco, quia virtutum habitibus careat, aut ad mala pronus ſit, atque procliuis: ſed quia malè operatus eſt: quis enim à magiſtratu ſuſpenditur, qui habitu iuſtitiæ caret, aut ad furta pronus eſt? Qui fu- 26.

Digitized by Google

ratur habet timere hæc. Poſſunt tamen qui virtutibus carent & ad mala ſunt proni, reijci ab aliqua dignitate adipiſcenda. Ergo cum Originale peccatum, culpa ſolum habitualis ſit, reijcientur quidem tanquam indigni à cœleſti beatitudine adeunda; nō tamen punientur ſupplicio ignis & ſulphuris, quæ pœnæ cruciatus graues ſecum afferunt.

27. Nec hic vrgemur contrarijs ſententijs Patrū. Patres Patribus opponimus, Auguſtinum etiam Auguſtino. Scripturæ verò hanc ſententiam non euertunt, quoniam vel de ijs loquuntur, qui in Chriſti ſunt Eccleſia, ideoque ad Infantes noſtros, qui extra Eccleſiam ſunt, non pertinent; vel de adultis, extra quorum ordinem etiam illi ſunt.

28. Ijs, qui in Eccleſia ſunt ſeruiunt, primum illa, quæ eſt *de paleis & tritico*, Matth. 3. quia in area Eccleſiæ hæc inueniuntur: deinde illa, qua iuſti dicuntur *ſeparandi ab iniuſtis*: quia ex parabola ſagenæ, bonos maloſque piſces continentis illa infertur: per *ſagenam* verò Eccleſiam intelligit B. Auguſtinus, lib. contra Donatiſtas denique illa, qua, qui à *dextris ſunt, dicuntur vocandi ad cœlum*; *& qui à ſiniſtris, mittendi in infernum*, eodem Auguſtino teſte. De adultis, ſi non iam dictæ loquuntur, loquitur illa, quæ *arboris malæ meminit*. Matth. 3. Hi enim fructum facere poſſunt; & quia quem poſſunt facere non faciunt, idcircò in ignem mittuntur.

29. His ita conſtitutis iam redit noſtra quæſtio, Vtrum iudicari dici debeant Infantes. Certè ſi hanc ſuam conditionem non ignorant, ſed mox à morte cognoſcunt, cur iudicari dici non debeant, non video. Cum enim ipſorum Iudicium aliud eſſe non poſſit, quàm quòd intelligant ſe æterna Dei viſione, propter peccatum Originale, priuari; ſi hoc à morte cognoſcunt, quomodo negabitur eoſdem à morte iudicari?

30. Quid verò? An cognoſcunt? &, An ſtatim cognoſcunt? Difficulter vtrumque dixeris. Si enim cognoſcunt, quo modo non ſummo mœrore atque triſtitia afficiuntur? Et, vt ſtatim cognoſcant qua ratione fieri poteſt, cum nullis rerum ſimulachris et ſpeciebus ipſorum intellectus ſit inſtructus.

31. Sed tamen *aliquando* ipſos hanc ſuam conditionem cognituros, dubitandum non eſt, cognoſcent vel tunc, quando in extrema illa die coram Chriſti tribunali ſunt comparituri, vltimamque ſententiam, cum vniuerſo hominum genere, accepturi. Tunc quemadmodum alios Chriſti beneficio intelligēt ſaluatos, alios ob ſua peccata perpetuis ignibus traditos ſe à cœlorū regno excludi ob peccatum,

Digitized by Google

ﾭctum,quod in primo parente contraxerunt. Docet hoc B. Gregorius 9. Moral cap. 12. loquens enim de Chriſto in Generali iudicio iudicante. *Quoſdam*,inquit,*tunc errore culpæ originalis aſtrictos,etiam ſine operibus damnat*. & B. Auguſtinus,ſerm. 14. de verbis Apoſtoli, *vbi docet paruulos reſurrecturos ad Iudicium & iudicandos.*

Adde quod eandem quoque poterunt cognoſcere, *ante illum diē*: idque partim aliorum relatione, partim ex affectibus quos in alia vita ipſi obſeruabunt. Et quid prohibet dicamus ab ipſis etiam Spiritibus angelicis,à quibus ad deſtinatum locum transferuntur, eandem ipſos intelligere. 32.

Hæc fieri *poſſunt*: Admodum autem eſt veriſimile ipſos quoque *mox à morte* ſuam hanc conditionem agnoſcere, non minus,quam illos, qui vel Dei gratia, cœleſtibus gaudijs perfruituri,vel in peccatis,quæ perpetrarunt, perpetuò cruciādi,hinc diſcedunt. Quidni hoc dicamus? 33.

Fortè mox à morte cognoſcere nequeunt. At quemadmodum vltimo Iudicij die poterunt,&,poſtquàm aliquādiu in illo ſœculo fuerunt, poſſunt,ita mox à morte poſſunt cognoſcere. Neq; enim tunc minus apti ſunt ad intelligendum quā temporibus ſequentibus: & quemadmodum ſequentibus temporibus ſunt,à quibus poſſunt intelligere,ita mox à morte eſſe poſſunt. 34.

Fortè prohibet mœror & triſtitia, qui eoſdem affligeret,cum vt affligantur,non meruerint. Sed poſt doctiſsimum Soto noſter Bellarminus, Tom. 3. lib. 6. cap. 6. non exiſtimat inconueniens,ſi eos triſtitia affici dicamus. Quamuis partim ex diuina prouidētia,partim ex prudentia & rectitudine voluntatis horum paruulorum fore credat Zoares Tom. 2. in 3. partem D. Thomæ Diſp. 57. ſect. 6. vt non ſentiant triſtitiam, nec dolorem, de beatitudine amiſſa: ſed omninò ſint conformes diuinæ voluntati: & contenti ijs bonis naturalibus;quibus præditos illos volet Deus Opt. Max. 35.

Hinc iam,ad propoſitam quæſtionem,quid reſpondendum ſit, clarum eſt. Reſpondendum & hos paruulos particulare iudicium ſubire, ipſoſque mox à morte Dei ſententiam intelligere, qua in perpetuum à felici Dei viſione propter peccatum Originale arceantur. 36.

Nec aſſertioni huic obſtat, quod in iudicio,vel vita æterna, vel ſempiternum ſupplicium iudicandis decernitur, Matth. 25. quoniam ad eos hæc pertinent, qui ob propria merita damnantur, in quorum claſſe Infantes non ſunt. 37.

Sic neceſſe non eſt, vt de actibus tantum Iudicium inſtituatur. 38.

Digitized by Google

Ad Iudicium ſufficit, quidquid dãnationis, ſiue ab æterna vita excluſionis, cauſa iuſta eſſe poteſt, ſiue illud ſit in genere actuum vitioſorum, ſiue habituum prauorum. Atque ita ad ſecundum argumentum reſponſum ſit, quod ſuperius Theſis. 2 protulit.

9. Iudicium vero hoc quod ſubeunt paruuli & *diſcuſsionis* erit, & *dãnationis*. Quoniam quamuis ſine operibus damnabuntur, damnabuntur tamen ob peccatum quod habent: ſeque iuſtè hoc nomine damnari, id eſt cœleſti gloria priuari intelligent, quemadmodum dictum eſt.

CAPVT DECIMVM.

De negotijs & cauſis in Particulari Iudicio diſcutiendis & principio, An quædam ad illud pertineant in eodemque tractentur.

Dubium nullum quin Animarum ibi cauſæ & negotia tractentur, cum
1. Vt intelligendi ſeparatæ omnes polleant.
2. Nec doloris vehementia perturbentur.
3. Aut diſtrahantur magnitudine gaudÿ
& Iudex omnino credi poſsit velle iudicandos ſcire, iuſtam eſſe, quam ſingulæ reportant mercedis retribucionem.

1. C Auſas & negotia vocamus, res, quæ in Iudicijs tractari ſolent: & quæ propter vel præmia vel ſupplicia decernuntur. Quæ tractari in iudicijs dicuntur, quãdo illa inter iudicem ex vna parte, & Reum ſiue iudicandum ex parte altera, diſcutiuntur. De his duplex quæſtio eſt: Altera, ſintne aliquæ cauſæ in Particulari Iudicio tractandæ. Altera, quæ illæ cauſæ. Vtraque difficultatem aliquam habet, prior forſitan maiorem.

2. Maiorem, inquam, ob duplicem cauſam, vna accipi poteſt ex parte Rei ſiue Iudicandi, altera ex parte Iudicis. Rei, forſitan in Iudicio eſt illa conditio, vt nullas cauſas poſsit intelligere, nec ad eas aduertere. Iudex forſitan, nolet cauſas diſcutere, ſed in Particulari Iudicio tantum præmia ſingulis mercedemque tribuere: cauſarum verò cognitionem reſeruare in vltimum atque Vniuerſale Iudicium.

3. Et poſterius hoc non conuenienter fieri dixeris. Quid enim neceſſè eſt, cum ſingulis priuatam diſputationem inſtituere, quando vna dies ventura eſt in qua omnium oportet cauſas diſcuti? ſufficit iam à morte ſingulis retribui quod ſuum eſt, in die illa intelligetur quam iuſta fuerit retributio.

Poſte.

Digitized by Google

Poſterius illud, quod ex Iudicandi conditione accipitur, duo 4
bus modis videtur fieri poſſe: aut ab intrinſeco, vt ſi animæ noſtræ poſt mortem ea ſit conditio, vt percipere nihil valeat: aut ab extrinſeco, vt ſi poſt mortem dicatur obruenda magnitudine vel ſuppliciorum, quæ malis afferentur, vel gaudiorum, quę boni ex Dei viſione percipient.

Et vtrumque fieri etiam quis facilè crediderit, prius quidem il- 5.
lud, propterea, quod anima in intelligendo ſubſidio corporis indigeat, quod in morte deponitur: poſterius idcircò, quod etiam in hac vita accidere obſeruemus, vt nunc doloris, nunc voluptatis magnitudo mentem vehementer diſtrahat, & non rectè quod iudicet, impediat.

Prior ergo quæſtio ex trium pendet reſolutione. Primum eſt, 6.
Vtrum anima corpore ſoluta, officia intellectus atq; ingenij valeat exercere. Alterum, An ſi poſſit, in his non impediatur externis alterius, vitæ, aut ſupplicijs, aut gaudijs. Tertium, poſito quod & poſſit, & non impediatur, An Iudex velit iuſti Iudicij mox à morte innoteſcere mortalibus cauſas, & nó eaſdem ad generale iudicium differri. Si enim horum vel vnum deficiat nullus diiudicationi cauſæ locus relinquetur. Singula ergò breuiter expendamus.

Igitur in primo illo difficultas magna non erit. Non illa animæ 7.
noſtrę à vinculis corporis ſolutę conditio eſt, vt intelligendo percipere valeat nihil. Poſtulat quidem corporis ſubſidium in hac vita: veruntamen non in futura. Quemadmodum non vnum ſubſiſtendi ſtatum, ita nec vnam operandi, ſiue intelligendi, rationem habet. Exiſtere poteſt in corpore: exiſtere poteſt ſine corpore. Et ſicuti dum exiſtit in corpore, corporis ſubſidio iuuatur vt intelligat: ita dum exiſtit ſine corpore, ſubſidio corporis vt intelligat, non indiget.

Manét ipſi ſuæ vires integræ; quæ in ipſa immediatè ſuas habét 8.
ſedes, intellectus ſcilicet, & voluntas: an tãto tempore, quo corpore ſoluta eſt, illæ ſunt otioſæ? perpetuum quaſi ſomniabunt ſomnium, donec ad corpus redeat anima? anima à dormientibus gliribus nihil differret? Pulchrè B. Hieronymus ad Pammachium, *incorporalem*, inquit, *& æternam animam, in modum glirium immobilem, torpentemque ſentire non poſſumus.*

Nec ipſos rerum Magiſtros, Philoſophos loquor, hæc res latuit. Id breuiter dictum ſit, neminem animæ ſeparatæ cognitionem negare qui ipſi immortalitatem tribuit. Quid verò mirum? *Nihil in rerum natura cohærere valet, abſq; operatione aliqua, tanquam ſine ſui eſſe:* vt

Digitized by Google

docet Phiſophus 2. de Cœlo, tex. 17. nec igitur anima ſeparata exiſtens ſua operatione carebit.

10. Atque hoc de omnium hominum anima dixerim, non illorum ſolum, qui diutius in hac vita ſunt peregrinati, & hic ſpecierum, quibus in intelligendo vtimur, theſaurum compararunt, verum etiam eorum, qui vel in vtero materno moriuntur, vel vbi hanc vitam ingreſsi ſunt, mox per mortem deſerunt, antequam quidquam ſcire potuerunt. Nulla prorſus eſt, quæ officio intelligendi in vita illa ſit deſtituta.

11. Sed tamen in his poſterioribus difficilius intelligitur, qua ratione poſt mortem intelligant: in prioribus nō item. Quia cum intellectio ſine ſpeciebus & ſimulachris rerum, quæ intelliguntur, non fiat, hi ijs vti poterunt, quas exercitio huius vitæ partas ad aliam transferunt. at quibus vtentur illi priores? qui hinc nullas ſecum ferunt, & quorum intellectus eſt veluti tabula raſa?

12. Nec his eædem deerunt. Et quidam quidem ab anima docent eaſdem emanare naturaliter, quorum ſententiam non improbabilé exiſtimat noſter Fonſeca, lib. 2. Metaph cap. 1. q. 2. ſect. 7. ad 6. ſed rectius dicitur diuinam prouidentiam hic animabus non deeſſe: quemadmodum illa in neceſſarijs deeſt nullis rebus. Deus igitur naturæ author, tot ſpecies animabus conferet, quod opus habebunt in illa vita ad intelligendum. Docet hæc S. Thomas, 1. part. q 89. a. 1. ad 3. & poſt Thomam Thomiſtæ.

13. Ex ſe igitur anima non impeditur in Iudicio. An impeditur ſuperueniente dolore atque gaudio, ne ad Iudicies ſententiam attendat; ſuaſque cauſas & conditionem intelligat. Si quidem conſtitueris animam corpore exutam, prius Iudici ſiſti, ſententiamque accipere: poſtmodum verò vel ad ſupplicia rapi, vel imbui cœleſti viſione, difficultatem magnam non videberis ſentire: quia dolor vel gaudium futurum: præſentem animæ aduertentiam non tollit. Sed quid ſi cum ſententia & Iudicio ſupplicium, vel gaudium ſit coniunctum? & anima, poſtquam corpus depoſuit ſupplicium mox ſentiat, vel gaudio mox perfundatur?

14. Nec tunc quidem ipſa impedietur, ne ad cauſas conditionemq; ſuam attendat. Hoc cum ex multis alijs, tum ex ipſis animabus, iā fœlicibus, atque pœnas etiam alterius vitæ ſuſtinentibus manifeſtum eſt. Etenim ſi iam in medijs flammis conſtitutæ, ſibi præſentes eſſe poſſunt: & poſſunt eſſe præſentes, cum a torrente voluptatū cœleſtium obruūtur; quid in rationis vſu atq; iudicij diſcretione valebunt, cum vel pœnas primum vel cœleſtia gaudia ingrediuntur?

Quod

Quod verò hîc ponimus, in tribus animarum generibus eſt clarum, primum illis, qui cum Chriſto iam in cœlo regnant: deinde qui perpetuis gehennæ ignibus ſunt adiudicati: tertiò ijs, qui ad tempus purgatorias pœnas ſuſtinent. Nullarum aut vehementia doloris, aut magnitudine gaudiorum, ratio atque Iudicium euertitur Singulis manet ſuum præſentiſsimum Iudicium, ſua præſentiſsima ratio.

Et in beatis illis multa hoc probant; ſed imprimis Dei, diuinarumque rerum, quam perpetuò habent, in Deo Opt. Max. intelligentia communio item earundem, qua in cœlis fruuntur, & cum ſpiritibus cœleſtibus, & cum regni conſortibus, animabus, vt nihil dicam de cura, quam habent de noſtris rebus, de negotijs, quæ ſecum nobiſcum, aut pro nobis tractant, & fœliciſsimè expediunt. In omnibus his nihil rationi decedit quamuis repleantur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis obruantur. 15.

In illis ad perpetuos cruciatus damnatis probat hoc diues Epulo. Sepultus ille erat in inferno, loco tormentorum miſerrimo; parato Diabolo & Angelis eius: patiebatur tormenta grauiſsima. An vſum rationis illa ſuſtulerunt? Non ſuſtulerunt. Id docent cogitationes eius, quas habuit de Abrahamo, Lazaro, Moyſe, Prophetis, fratribus, ſuiſque cruciatibus, docent rationes, quibus, per Abrahamum, & ſibi cupit eſſe proſpectum, & fratribus. 16.

De tertijs animabus eorum, qui purgatorium patiuntur ignem, facilius creditur, quod dicitur. Quamuis enim illi eundem infernalem ignem ſentiant, quem damnati: non æquè tamen grauẽ omnes experiuntur Sed &, in damnatis, cum dolore, ſumma impatientia coniuncta eſt; quæ in purgandos non cadit. Quod ſi igitur in damnatos dolor rationem non euertit: vt non euertere iam demõſtrauimus, profectò nec euertet in purgandis. 17.

Sed & præſentiſsimi iudicij atque rationis, in hiſce purgandis animabus magna argumenta ſumunt ex ipſarum cum hominibus conuerſatione Conſtat ſiquidem ſæpius ad viuos eaſdem redijſſe; cum mortalibus egiſſe; mortalium ſubſidia poſtulaſſe; poſt accepta gratias egiſſe (exempla horum nos aliâs dedimus) quis verò in ijſdem vnquam vel leuiſsimum perturbati iudicij atque rationis indicium obſeruauit? 18.

Idem ex Apparitionibus petitum argumentum ſeruire poteſt duobus prioribus animarum generibus, quoniam & illæ, ſi quando rebus humanis interfuerunt, ſe vſu rationis deſtitutos non eſſe, multis modis declararunt; quamuis minus damnatorum, quã beatorum. 19.

21. Quocirca non eadem eſt animæ ſeparatæ, atque cum corpore coniunctæ ratio. In corpore exiſtens, ſi affectibus, atque paſsionibus illud afficiatur, perturbatur; aliquando etiam ab operationibus cogitur deſiſtere; ſi vehementiores ſint atque intolerabiliores affectus. At ſeparatæ operationes nulla tollit paſsio, nullus dolor, nulla voluptas. Cauſam huius quidam, non malè, in corpus conferunt, à quo hic pendet in ſuis operationibus, itaque fit, vt ſi illud malè afficiatur, ſuas functiones habere perfectè ipſa nequeat.

22. Ex parte igitur animæ nihil eſt, quod Cauſarum in Particulari Iudicio diiudicationem impediat. An forte in Iudice defectus eſt, vt ille in Iudicio tantum velit ſupplicia afferri, & cœleſtem mercedem tribui; Cauſarum verò cognitionem reſeruari ad Iudicium Generale? Ad hoc tertio loco reſpondendum eſt. Et quod res eſt, reſpondetur breuiſsimè: Cauſarum cognitionem, & dijudicationem non differri.

23. Itaque quemadmodum in Generali Iudicio iuſtiſsimam miſeri intelligunt ſuam damnationem, & non tantum pœnas experiuntur: & quemadmodum in eodem Iudicio beati iuſtiſsimam intelligunt, ſuam mercedem & fœlicitatem; & non tantum mercedem capiunt: ita in Particulari hoc, non ſolum mali ſentient pœnas, & beati ingredientur cœlorum gaudia; ſed quoque iuſtè hæc fieri, & ſuis meritis tribui intelligent.

24. Neque enim Particulare Iudicium ab vniuerſali in hac re quidquam differet quamuis alijs rationibus differat permultum; maieſtate ſcilicet Iudicis, loci qualitate, conditione temporis præſentia ſpirituum atque hominiũ; hoc quoque, quod in Generali omnes omnium conſcientias intuebuntur, & non ſuas tantum; in Particulari vnuſquiſque ſecum tantum erit occupandus.

25. Atque hanc cauſarum tractationem omninò neceſſe eſt fieri, ſi ſua Iudicio ratio debet conſtare. Neceſſe eſt iudicando, dum Iudici ſiſtitur, Cauſæ de quibus conuenitur, proponantur: æquitas vel iniquitas aperiatur, vt quam ſit iuſta, quæ in ipſum ſententia profertur, intelligat. Norunt ergò omnes à morte, quis ſuus ſtatus norunt, quam iuſtè ad illum ſtatum, iudicis ſententia transferantur. Atque ſic ad priorem quæſtionem reſponſum ſit.

CAPVT VNDECIMVM.

Quænam cauſæ atque negotia ad Particulare Iudicium pertineant.

Parti-

Pertinent quadruplices, *Chriſti Domini noſtri merita, Peccatum originale, Officia virtutum Chriſtia. Peccata actualia. Quemadmodũ cognoſcitur ex quatuor hominum generibus, qui in*	*illo Iudicio iudicantur, vt ſunt, Beandi, tam adulti, quam infantes, Damnandi ad cruciatus infernales, Purgandi igne purgatorio ad tempus. Diſcedentes ex hac vita, cum ſolo peccato originali In his dicta cauſa locum habent.*

CAuſæ iam inquirendæ, quæ in Particulari Iudicio tractantur, & propter quas vel ſupplicia decernuntur vel præmia. Hę verò, quamuis ex alijs rebus poſſint, commodiſsimè tamen accipiuntur ex ipſis iudicandis: ex quibus & nos eaſdem venabimur. 1.

Iudicandorum autem quatuor ordines ſuperius diſtinximus. 2. In primo poſuimus beatos, qui ad cœlum transferuntur. In ſecundo eos, qui damnantur ad cruciatus infernales. In tertio omnes, qui ad tempus expurgantur, in quarto quoſdam, quibus nec cœlum conceditur, nec tribuitur infernus, nec à ſordibus aliquibus ſunt purgandi, vt ſunt qui cum ſolo originali hinc diſcedunt.

Illi primi ordinis duplicis ſunt generis. Quidam beneficio Chriſti, abſque vllis ſuis ſaluantur meritis quidam cum Chriſti beneficio iũgũt merita, quibus ſua merces tribuitur. Prioris generis ſunt Infantes qui aut ſacramentis diuinitus inſtitutis ſunt initiati aut pro fidei profeſsione ſanguinem innocentem fuderunt. Poſterioris adulti, qui cum Chriſti gratia bene vixerunt. 3.

Vtroſque hos ad cœlum admitti certum eſt. Pro Secundis eſt illud D. Pauli ad Rom. 2. *Gloria & honor & pax omni operanti bonum.* Pro primis illud D. Auguſtini, lib. 10. de Geneſ. cap. 32. *Conſuetudo matris Eccleſiæ in paruulis baptizandis nequaquam ſpernenda eſt, nec vllo modo ſuperflua deputanda.* & illud, Ioan 3. *quod natum eſt ex carne caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.* & illud Apoſt. ad Epheſ. 5. *mundans Eccleſiam lauacro.* 4.

Secundorum merita ſunt varia. Nam vel interna ſunt & cogitationum: vel externa, ſiue linguæ officio ſint peracta, ſiue alijs corporis menbris, vel fructu tacitæ omiſsionis eius quod malè potuit fieri. Omnia enim merita vel cogitationum ſunt, vel verborũ, vel operum, vel omiſsionum. Habendam horum rationem in Particulari Iudicio probandum non eſt hoc loco, quia probatum eſt in illo, quem de vniuerſali Iudicio tractatum dedimus. 5.

6. Illi ſecundi ordinis, qui ad Cruciatus inferni damnantur, in ſua tantum mala atque peruerſa merita, ſuæ perditionis cauſam debet conferre, non aliorum recipient in futura vita, quod malè egerunt in præſenti, quomodocunque etiam illud perfectum ſit, commiſſione vel omiſsione illud meruerunt: ita hi, quod puniãtur commiſsione omiſsioneque meruerunt. Omiſsio eius fuit, quod debuerunt præſtare commiſsio eius, quod debuerunt omittere: ſiue illud ſit cogitatum, ſiue verbum prolatum, ſiue externum opus. De his D Paulus ad Rom. 2. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.*

7. Eadem eſt conditio tertiorum, eorum inquam, qui ad tempus purgantur. Quidquid pati untur proprijs id meritis debetur Nulla aliorum peccata cruciatuum, quos patiuntur. ipſis ſunt cauſa. Atque vt in damnatis meritorum ratio multiplex, ita multiplex apud hos, hoc diſcrimine diſtinguuntur, quod damnatorum cruciatus æterni ſunt horum temporarij. & illi extra Dei ſint gratiam, nec aliquando venturi ad gratiam: hi in Dei gratia ſint, & à gratia, bene purgati, tranſituri ſint ad gloriam.

8. Quarti; infantes, vnum habent, quod illos facit miſeros; onus peccati originalis. Boni nihil fecerunt, ob quod poſsint aſſumi ad ſalutem. Sic nec Chriſti beneficium ipſos promouet ad cœlum, quia media ipſis adhibita non ſunt, quibus ad mortales Chriſti beneficium deriuatur. Infernum meriti non ſunt, quia cruciatus ſuſtinere non debent; qui propria voluntate mali cõmiſerunt nihil. Media ergò eorum ſors erit. Atque hoc ſuperius doctum eſt.

9. Hi iudicandorum ordines. Quid ex his? hoc ſcilicet, Quadruplices Cauſas ad Iudicium venire; Chriſti merita, peccatum originale, Officia virtutum, propria peccata. Quomodo hoc? Quia ex his omnes qui in iudicio particulari comparent, ſententiam accipiunt. ob Chriſti merita transferuntur ad cœlum Infantes pro fide interfecti aut ſacramentis initiati. Ob peccatum originale à cœlo Deique viſione reijciuntur infantes, qui nullum pro expiatione peccati illius remedium acceperunt Ob virtutum exercitia cœlum ingrediuntur adulti beati, atque ij qui ad tempus expiantur. Ob propria peccata ad inferos detruduntur damnati.

10. Hæ cauſæ in Iudicium veniunt Particulare: quia hæ pertinent ad Iudicium Generale: à quo Particulare in Cauſarum diſcuſsione nõ differt, cum ex ijſdem in hoc, ex quibus in illo mercedis fiat retributio. Itaque rectè faciunt, qui dum rationes aſsignant. cur poſt Particulare inſtituatur vniuerſale, ex parte Dei tantum hominum-

que

Digitized by Google

que eas venantur, non ex Cauſarum diſcrimine, quia, ſcilicet, quæ ad Generale Iudicium ſunt deferendæ, in particulari iam ſint diſcuſſæ.

Porrò ex dictis manifeſtum eſt, nõ omnium iudicandorum vnã eſſe conditionem, ratione cauſarum. Quidam plures habent, quidam pauciores, quidam tantum vnam. Vna tantum in ijs inuenitur, qui ſoli Chriſti beneficio ſaluantur; aut ob originale peccatum damnantur: plures apud reliquos, pro vt plura eorum contingit eſſe merita. 11.

Sed tamen quamuis numero Cauſarum differant, vnõ tamen momento omnes omniumque definiuntur Cauſæ. Non plus temporis poſtulat Iudicium, quod in infantes cadit qui vel ob ſolum Originale damnantur, vel ſolo Chriſti beneficio ſaluantur, quàm quod fertur in adultos, qui vel in ſtudio virtutum multos annos poſuerunt, vel tota vita ſe totos vitijs atque concupiſcentijs tradiderunt, quemadmodum poſterius dicetur. 12.

CAPVT DVODECIMVM.

Quando primum in vſu eſſe cæperit Iudicium Particulare præſertim apud homines.

Cæpit mox à morte hominum improborum, vt qui, per hoc ſupplicijs æternis adiudicati, & ſubiecti fuerunt, etiam ante Chriſtum natum.

Nec vllus proborum illud euaſit, quãuis ad fœlicitatem alterius vitæ nullus eorum admiſſus ſit ante Chriſti mortem.

Vtrumque egregiè docetur.

IN hac de tempore Iudicij Particularis inquiſitione, trium poteſt haberi ratio, quæ nobis ſunt explicanda. Primum eſt quando in vſu eſſe cœperit Particulare Iudicium. Alterum. Quando homines illud ſubeant. Tertium, Quanto tempore cum ſingulis peragatur. Primum tempus reſpicit ætatem mundi: Alterum hominum iudicandorum, Tertium Iudicij durationem. Primum hoc Capite abſoluamus. 1.

Qui ad Iudicium Particulare volunt pertinere etiam Angelicos Spiritus, tam bonos, quam malos, neceſſe eſt confiteantur Iudicij huius vſum fuiſſe mox à mundo condito: propterea, quod Angeli, qui à Deo receſſerunt poſt peccatum perpetratum, mox Dei Iudicio ad infernum ſint præcipitati, qui verò Deo fide, ſpe atq; cha- 2.

ritate adhæſerunt, mox ad perpetuam fœlicitatem ſint aſſumpti. De hoc, quia plura ſuperius, hic nihil prætere a.

3. De hominibus aliqua difficultas eſt, quando illi primum iudicari cœperint: partim propterea, quod Chriſtus Dominus dicatur conſtitutus Iudex viuorum atque mortuorum, ideoq; ante Chriſtum nullus videri poſsit dici iudicari; partim etiam idcircò, quia omnis Iudicij finis eſt, vel damnatio, vel æterna ſalus, ſalus autem ante Chriſtum nulli contigerit. Quocirca omne videtur ſuſpenſum fuiſſe vſque ad Chriſtum, etiam damnatorum, cum cur mali ante Chriſtum debeant damnari potius, quàm probi beari, nulla videatur iuſta eſſe cauſa.

4. Hinc manifeſtum eſt, ex quatuor pendere, ad propoſitam quæſtionem, reſponſionem, quæ difficilem aliquo modo faciunt ſolutionem. Primum eſt, Vtrum per Chriſtum Dominum omnes in particulari Iudicio ſint iudicandi. Alterum, Vtrum ante Chriſti aduentum nullus mortalium ſit ſaluatus. Tertium, An ante eiuſdem aduentum nullus ſit damnatus. Quartum, poſito quod quidam ſint damnati & nulli ſaluati, poſsit nihilominus admitti Iudicium Particulare, non in damnatis ſolùm; ſed omnibus ſimpliciter hominibus:

5. Primum illud ad alteram præſentis Tractatus partem pertinet, quocirca, vt ſingula ſuis locis ſeruentur, hîc definiri non debet. Id certum eſt, non omni tempore Chriſtum, quâ homo eſt fuiſſe; ſed in fine ſeculorum, ante annos 1601. incarnatum eſſe, & natum. Vtrum, quamuis non ſemper fuerit, Iudicium tamen eidem, quâ Deus, ſingulari quadã ratione tribui poſsit & debeat, aliâs dicetur.

6. An verò ante Chriſtum aliquis ſaluatus? Hoc ſecundum Reſpõdetur breuiter; Nullum prorſus mortalium ſaluatum eſſe, quantumcunque etiam piè religioſeq; hanc vitam tranſegit. Hoc plerique ex illa, Domini ſententia intelligunt, Ioan. 3. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui deſcendit de cœlo*: quanquã inde colligatur rectius cœlum ante Chriſtum, neminem, aſcendiſſe, quod verum, licet ante quidam, fœlices fuerint.

7. Sed id clarius, docet Apoſtolus, ad Hebr. 9. vbi explicans ritum veteris legis, *quo ſummus Sacerdos tantum ſemel in anno ingrediebatur in Sancta Sanctorum, non ſine ſanguine, quem offerret pro peccato*; dicit in hoc ſignificatum eſſe nondum fuiſſe propalatam Sanctorum viam; donec Chriſtus ſummus Sacerdos ſeipſum pro peccato obtulit, in ſacrificium iſta exponunt Chryſoſtomus atque Theophylactus.

8. Et cap. 10. dicit nos habere fiduciam in introitu Sanctorum, *in*

Chriſti

Chriſti ſanguine, quam initiauit nobis, inquit, *viam nouam & viuentem* vbi Chryſoſtomus. *Introitum his,* inquit, *dixit cœlum, & acceſſum ad ſpiritualia, quam initiauit, inquit, ſeu propalauit. Dedicatio enim dicitur initium vtendi: & ideo nouam dicit, ſiquidem nunc apertæ ſunt portæ cœli, quod neq; tempore Abrahæ contigit.* 9.

Hinc de veteribus Patribus dixit idem Apoſtolus, cap. 11. *Iuxta fidem defuncti,* inquit, *ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus; ſed à longè eos aſpicientes. A longè,* inquit B. Thomas, *oculo fidei conſiderantes, quod poſt mortem eſſent accepturi; non protinus, ſed poſt longa tempora in aduentu Chriſti.* 10.

Idem ſignificat Apoſtolus, cap. 4. ad Epheſios exponens illud Pſalmi, *Aſcendit in altum captiuam duxit captiuitatem.* Quæ enim hæc *captiuitas?* Patres ſancti fuerunt, qui ante Chriſti mortem veluti captiui tenebantur: à Chriſto autem & ex captiuitate educti, & ad cœleſtem patriam adducti. 11.

Et Sanctus Petrus idem myſterium ſignificat, 1. cap. 3. *Chriſtus,* inquit, *ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis; vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu: in quo veniens prædicauit ijs, qui in carcere erāt ſpiritibus.* Significat enim Apoſtolus Chriſtum in Spiritu, id eſt, ſola anima prædicaſſe; & ſimul æternam gloriam ſanctis contuliſſe. Ita Cyrillus Alex. lib. 12. in Ioannem cap. 36. & Nicephorus Conſtantinopolitanus, Epiſtola ad Leonem papam, quæ habetur in Synodo Epheſin. 12.

Hinc B. Ambroſius dicit *cœlum ante Chriſtum fuiſſe inacceſſibile.* Anſelmus verò, atq; B. Thomas propterea *Chriſtum dici oſtium,* Ioan. 10. *& viam.* Ioan. 14. quia ipſe oſtium, & viam ad cœlorum regnum aperuit Chryſoſtomus, hom. 4. in Ioan. *Chriſti ſanguinem eſſe clauem paradiſi, & per eundem inuentam eſſe terram viuentium, quam primus Adam perdidit.* 13.

Hinc quoque initium prædicationis Euangelicę *à regno cœlorum* factum eſſe, notant quidam: quia illud non in veteri Moyſis, ſed noua Chriſti lege confertur. Et ante paſſionem Chriſti dicitur illud *appropinquaſſe.* Matth 3. *pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnū cœlorum,* quia paſſio Chriſti, per quam cœli porta erat reſeranda, iam parum aberat. At illa exhibita non ſolum appropinquaſſe, ſed & aduenisse dicitur.

Rationem huius ex lege diuinæ Iuſtitię petunt quidam hæc poſtulabat, vt quemadmodum omnes in Adam peccātes à Dei regno excluſi per Chriſtum erant, reconciliandi, ita non ante Chriſtum ad cœleſtem patriam admitterentur; ſed ipſum ducem atq; princi- 14.

pem

pem de diabolo triumphantem ſui ſequerentur ciues, quibus victoriam paraſſet.

15. Nec aſſertioni noſtræ obſtat, quod Eccleſ. 11. dicitur, *facilè eſt Deo in die obitus retribuere vnicuiq; ſecundum vias ſuas.* Nam & his animabus, de quibus noſtra eſt quæſtio, in die obitus in certa infallibiliq; ſpe tribuitur, quod in re tribuetur, quãdo illud tribui poteſt, qui mercenario plauſtrum vini debet, quamuis non ſtatim, poſt laborem tribuet, tribuiſſe tamen dicitur, quia cum ille vas habet, vinum tribuit.

16. Sic nec obſtat, quod D. Paulus dicat, Patres veteris Teſtamenti, *qui per fidem vicerunt regna, adeptos repromiſsiones.* Quoniam de temporalibus repromiſsionibus loquitur D. Paulus. Quamuis & diu poſsit eo tempore, quo Apoſtolus ſcribebat, ſpiritualis vitæ repromiſsiones, ipſos etiam adeptos fuiſſe.

17. Sed ſi nulli ſaluati ſunt ante Chriſtum, & nulli ante Chriſtum fuerunt felices atque beati, an ergò ante eundem omnes miſeri atque infelices? Nulli miſeri atque infelices. Qui pie integreque in hoc ſeculo vixerunt, ſi quando hic diſceſſerũt, nec quicquam, quod purgari debuit, habuerunt, non infelices fuerunt aut vllos alterius vitæ cruciatus ſuſtinuerunt. Dei ſolum caruerunt beata viſione.

18. Hæc tamen viſionis carentia triſtitiam aliquam attulit. *Iuſtorum animabus*, inquit B. Gregorius, 13. Moral. cap. 16. *graue tædium fuit poſt ſolutionem carnis adhuc ſpeciem non videre.* Veruntamen vt huc triſtitiã ita ex certiſsimã & infalibili ſpe atque exſpectatione futuræ gloriæ voluptatem capiebant atque ſolatium: de quo B. Chryſoſtomus, homil. de Diui. & Epulone, putat intelligi illud Lucæ 15. *Nunc verò hic conſolatur.*

19. Itaque non ad locum Cruciatuum infernalium illi deſcenderũt. Impijs, ſceleratis & coinquinatis ille paratus eſt. Non ad locum, vbi quidam ad tempus purgantur, quia purgandum in his nihil fuit. Proprius illis locus fuit deſtinatus, quem D. Lucas *Sinum Abrahæ*, alij plerique *limbum Patrum* appellant.

20. Ex dictis infertur animas illas corpore exutas retinuiſſe fidem ſpem, atque charitatem vſque ad Chriſti mortem. Quid enim retinuiſſe prohibet? aut quid potuit hos habitus euertiſſe. quid quod & horum habituum actus exercuerint? Neque enim potuerunt fuiſſe otioſæ.

21. Infertur ſecundo, in gratia eaſdem fuiſſe confirmatas: ita vt peccare amplius non potuerint. Si enim potuerunt peccare quomodo non Dei iram quoque in ſe prouocare? & ſi hoc, quomodo non ex

amicis

amicis fieri inimici? a gratia excidere. infernũ mereri? At fieri hoc prorſus nequit: Etiam hic locum habet, quod dixit Epulo Lucæ 16. *Inter nos & vos, chaos magnum firmatum eſt, vt ij, qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, neq; inde huc tranſmeare*, Mors hominis, vt terminus eſt vitæ, ita meritorum & demeritorum. *Vbicunque ceciderit lignum, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi manebit.*

Infertur tertiò, eaſdem animas mereri non poſſe quidquã, quod ipſis ad cumulum beatitudinis proficiat. Lege Dei præſens tempus tantum meriti eſt: futurum mercedis. Itaque & Apoſtolus vult vnumquemque reportare *propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum*. 2. Corinth. 5. 6. Si in illa vita animarum merita creſcere poſſunt, quod plerique merita tot ſeculis comparabunt? 22.

Veruntamen non quemadmodum ante Chriſtum, ad felicem Dei viſionem nulli ſunt admiſsi, ita nulli ante Chriſtum ad inferni cruciatus ſunt detruſi. Quicumque cum mortalibus criminibus etiam ante Chriſtum, diſceſſerunt, mox perpetuis ſupplicijs ſunt deputati, & addicti, non minus, quam, qui poſt Chriſtum cum ſimilibus peccatis hinc diſceſſerunt. Et ita tertiæ quæſtioni reſponſum ſit. Nec malè. 23.

An fortè Core, Dathan & Abiron, qui viui dicuntur, *ad infernum deſcendiſſe* inferni cruciatus, non niſi, poſt Chriſtum, ſenſerunt? Num. 16. Et Chriſtum exſpectarunt omnes Sodomitæ quorum ſummam nequitiam igne & ſulphure Deus in hac vita vindicauit? Geneſ. 19. exſpectarunt gentes vera religione alienæ? plurimi apud Iudæos Reges, qui cum Deo quaſi belligeraſſe credi poſſent? 24.

Ita, quibuſdam locis, Scripturæ de inferno loquuntur, vt prorſus videantur ſignificare eundem tormentorum eſſe locum. Tales ſunt in nouo Teſtamento, ille, Actu. 2. *quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*, in veteri ille Pſal. 17. *Dolores inferni circumdederunt me* & ille Prouerb. 9. *Et ignorauit, quod ibi ſunt gigantes, & in profundis inferni conuiuæ illius*: & ille Iob. 21. *Tenent tympanum, & cytharum. & in puncto ad inferos deſcendent.* 25.

Hæc omnium Doctorum videtur eſſe ſententia. Quando enim de Chriſti ad inferos deſcenſu agunt; & quid apud inferos fecerit, perquirunt; docent eos, qui ibidem tormenta patiebantur, non à tormentis ereptos. ſed in ijſdem eſſe relictos. In tormentis igitur eoſdem eſſe arbitrati ſunt 26.

Ante Chriſti mortẽ fuit in inferno diues epulo & inferni patiebatur tormenta: quid verò prohibet omnes, qui eiuſdẽ cum epulone ſunt conditionis, eandẽ quoq; ſortem pati: & quidem mox à 27.

 morte?

ratur habet timere hæc. Poſſunt tamen qui virtutibus carent & ad mala ſunt proni, reijci ab aliqua dignitate adipiſcenda. Ergo cum Originale peccatum, culpa ſolum habitualis ſit, reijcientur quidem tanquam indigni à cœleſti beatitudine adeunda; nō tamen punientur ſupplicio ignis & ſulphuris, quæ pœnæ cruciatus graues ſecum afferunt.

27. Nec hic vrgemur contrarijs ſententijs Patrū. Patres Patribus opponimus, Auguſtinum etiam Auguſtino. Scripturæ verò hanc ſententiam non euertunt, quoniam vel de ijs loquuntur, qui in Chriſti ſunt Eccleſia, ideoque ad Infantes noſtros, qui extra Eccleſiam ſunt, non pertinent; vel de adultis, extra quorum ordinem etiam illi ſunt.

28. Ijs, qui in Eccleſia ſunt ſeruiunt, primum illa, quæ eſt *de paleis & tritico*, Matth. 3. quia in area Eccleſiæ hæc inueniuntur: deinde illa, qua iuſti dicuntur *ſeparandi ab iniuſtis*: quia ex parabola ſagenæ, bonos maloſque piſces continentis illa infertur: per *ſagenam* verò Eccleſiam intelligit B. Auguſtinus, lib. contra Donatiſtas denique illa, qua, qui à *dextris ſunt, dicuntur vocandi ad cœlum*; *& qui à ſiniſtris, mittendi in infernum*, eodem Auguſtino teſte. De adultis, ſi non iam dictæ loquuntur, loquitur illa, quæ *arboris malæ meminit*. Matth. 3. Hi enim fructum facere poſſunt; & quia quem poſſunt facere non faciunt, idcircò in ignem mittuntur.

29. His ita conſtitutis iam redit noſtra quæſtio, Vtrum iudicari dici debeant Infantes. Certè ſi hanc ſuam conditionem non ignorant, ſed mox à morte cognoſcunt, cur iudicari dici non debeant, non video. Cum enim ipſorum Iudicium aliud eſſe non poſsit, quàm quòd intelligant ſe æterna Dei viſione, propter peccatum Originale, priuari; ſi hoc à morte cognoſcunt, quomodo negabitur eoſdem à morte iudicari?

30. Quid verò? An cognoſcunt? &, An ſtatim cognoſcunt? Difficulter vtrumque dixeris. Si enim cognoſcunt, quo modo non ſummo mœrore atque triſtitia afficiuntur? Et, vt ſtatim cognoſcant qua ratione fieri poteſt, cum nullis rerum ſimulachris et ſpeciebus ipſorum intellectus ſit inſtructus.

31. Sed tamen *aliquando* ipſos hanc ſuam conditionem cognituros, dubitandum non eſt, cognoſcent vel tunc, quando in extrema illa die coram Chriſti tribunali ſunt comparituri, vltimamque ſententiam, cum vniuerſo hominum genere, accepturi. Tunc quemadmodum alios Chriſti beneficio intelligēt ſaluatos, alios ob ſua peccata perpetuis ignibus traditos ſe à cœlorū regno excludi ob peccatum,

ctum, quod in primo parente contraxerunt. Docet hoc B. Gregorius 9. Moral cap. 12. loquens enim de Chriſto in Generali iudicio iudicante. *Quoſdam*, inquit, *tunc errore culpæ originalis aſtrictos, etiam ſine operibus damnat*. & B. Auguſtinus, ſerm. 14. de verbis Apoſtoli, *vbi docet paruulos reſurrecturos ad Iudicium & iudicandos.*

Adde quod eandem quoque poterunt cognoſcere, *ante illum diē*: idque partim aliorum relatione, partim ex affectibus quos in alia vita ipſi obſeruabunt. Et quid prohibet dicamus ab ipſis etiam Spiritibus angelicis, à quibus ad deſtinatum locum transferuntur, eandem ipſos intelligere. 32.

Hæc fieri *poſſunt*: Admodum autem eſt veriſimile ipſos quoque *mox à morte* ſuam hanc conditionem agnoſcere, non minus, quam illos, qui vel Dei gratia, cœleſtibus gaudijs perfruituri, vel in peccatis, quæ perpetrarunt, perpetuò cruciādi, hinc diſcedunt. Quidni hoc dicamus? 33.

Fortè mox à morte cognoſcere nequeunt. At quemadmodum vltimo Iudicij die poterunt, & poſtquàm aliquādiu in illo ſæculo fuerunt, poſſunt, ita mox à morte poſſunt cognoſcere. Neq; enim tunc minus apti ſunt ad intelligendum quā temporibus ſequentibus: & quemadmodum ſequentibus temporibus ſunt, à quibus poſſunt intelligere, ita mox à morte eſſe poſſunt. 34.

Fortè prohibet mœror & triſtitia, qui eoſdem affligeret, cum vt affligantur, non meruerint. Sed poſt doctiſsimum Soto noſter Bellarminus, Tom. 3. lib. 6. cap. 6. non exiſtimat inconueniens, ſi eos triſtitia affici dicamus. Quamuis partim ex diuina prouidētia, partim ex prudentia & rectitudine voluntatis horum paruulorum fore credat Zoares Tom. 2. in 3. partem D. Thomæ Diſp. 57. ſect. 6. vt non ſentiant triſtitiam, nec dolorem, de beatitudine amiſſa: ſed omninò ſint conformes diuinæ voluntati: & contenti ijs bonis naturalibus; quibus præditos illos volet Deus Opt. Max. 35.

Hinc iam, ad propoſitam quæſtionem, quid reſpondendum ſit, clarum eſt. Reſpondendum & hos paruulos particulare iudicium ſubire, ipſoſque mox à morte Dei ſententiam intelligere, qua in perpetuum à felici Dei viſione propter peccatum Originale arceantur. 36.

Nec aſſertioni huic obſtat, quod in iudicio, vel vita æterna, vel ſempiternum ſupplicium iudicandis decernitur, Matth. 25. quoniam ad eos hæc pertinent, qui ob propria merita damnantur, in quorum claſſe Infantes non ſunt. 37.

Sic neceſſe non eſt, vt de actibus tantum Iudicium inſtituatur. 38.

Digitized by Google

Ad Iudicium ſufficit, quidquid dãnationis, ſiue ab æterna vita excluſionis, cauſa iuſta eſſe poteſt, ſiue illud ſit in genere actuum vitioſorum, ſiue habituum prauorum. Atque ita ad ſecundum argumentum reſponſum ſit, quod ſuperius Theſis. 2 protulit.

9. Iudicium vero hoc quod ſubeunt paruuli & *diſcuſsionis* erit, & *dãnationis*. Quoniam quamuis ſine operibus damnabuntur, damnabuntur tamen ob peccatum quod habent: ſeque iuſtè hoc nomine damnari, id eſt cœleſti gloria priuari intelligent, quemadmodum dictum eſt.

CAPVT DECIMVM.

De negotijs & cauſis in Particulari Iudicio diſcutiendis: & principio, An quædam ad illud pertineant in eodemque tractentur.

Dubium nullum quin Animarum ibi cauſæ & negotia tractentur, cum
1. Vt intelligendi ſeparata omnes polleant.
2. Nec doloris vehementia perturbentur.
3. Aut diſtrahantur magnitudine gaudij
& Iudex omnino credi poſsit velle iudicandos ſcire, iuſtam eſſe, quam ſinguli reportant mercedis retributionem.

1. Cauſas & negotia vocamus, res, quæ in Iudicijs tractari ſolent: & quæ propter vel præmia vel ſupplicia decernuntur. Quæ tractari in iudicijs dicuntur, quã-do illa inter iudicem ex vna parte, & Reum ſiue iudicandum ex parte altera, diſcutiuntur. De his duplex quæſtio eſt: Altera, ſintne aliquæ cauſæ in Particulari Iudicio tractandæ. Altera, quæ illæ cauſæ. Vtraque difficultatem aliquam habet, prior forſitan maiorem.

2. Maiorem, inquam, ob duplicem cauſam, vna accipi poteſt ex parte Rei ſiue Iudicandi, altera ex parte Iudicis. Rei, forſitan in Iudicio eſt illa conditio, vt nullas cauſas poſsit intelligere, nec ad eas aduertere. Iudex forſitan, nolet cauſas diſcutere, ſed in Particulari Iudicio tantum præmia ſingulis mercedemque tribuere, cauſarum verò cognitionem reſeruare in vltimum atque Vniuerſale Iudicium.

3. Et poſterius hoc non conuenienter fieri dixeris. Quid enim neceſſè eſt, cum ſingulis priuatam diſputationem inſtituere, quando vna dies ventura eſt in qua omnium oportet cauſas diſcuti? ſufficit iam à morte ſingulis retribui quod ſuum eſt, in die illa intelligetur quam iuſta fuerit retributio.

Poſte-

Poſterius illud, quod ex Iudicandi conditione accipitur, duo-bus modis videtur fieri poſſe: aut ab intrinſeco, vt ſi animæ noſtræ poſt mortem ea ſit conditio, vt percipere nihil valeat: aut ab extrinſeco, vt ſi poſt mortem dicatur obruenda magnitudine vel ſuppliciorum, quæ malis afferentur, vel gaudiorum, quę boni ex Dei viſione percipient. 4.

Et vtrumque fieri etiam quis facilè crediderit, prius quidem illud, propterea, quod anima in intelligendo ſubſidio corporis indigeat, quod in morte deponitur: poſterius idcircò, quod etiam in hac vita accidere obſeruemus, vt nunc doloris, nunc voluptatis magnitudo mentem vehementer diſtrahat, & non rectè quod iudicet, impediat. 5.

Prior ergo quæſtio ex trium pendet reſolutione. Primum eſt, Vtrum anima corpore ſoluta, officia intellectus atq; ingenij valeat exercere. Alterum, An ſi poſsit, in his non impediatur externis alterius, vitæ, aut ſupplicijs, aut gaudijs. Tertium, poſito quod & poſsit, & non impediatur, An Iudex velit iuſti Iudicij mox à morte innoteſcere mortalibus cauſas, & nō eaſdem ad generale iudicium differri. Si enim horum vel vnum deficiat nullus diiudicationi cauſæ locus relinquetur. Singula ergò breuiter expendamus. 6.

Igitur in primo illo difficultas magna non erit. Non illa animæ noſtrę à vinculis corporis ſolutę conditio eſt, vt intelligendo percipere valeat nihil. Poſtulat quidem corporis ſubſidium in hac vita: veruntamen non in futura. Quemadmodum non vnum ſubſiſtendi ſtatum, ita nec vnam operandi, ſiue intelligendi, rationem habet. Exiſtere poteſt in corpore: exiſtere poteſt ſine corpore. Et ſicuti dum exiſtit in corpore, corporis ſubſidio iuuatur vt intelligat: ita dum exiſtit ſine corpore, ſubſidio corporis vt intelligat, non indiget. 7.

Manet ipſi ſuæ vires integræ; quæ in ipſa immediatè ſuas habet ſedes, intellectus ſcilicet, & voluntas: an tāto tempore, quo corpore ſoluta eſt, illæ ſunt otioſæ? perpetuum quaſi ſomniabunt ſomnium, donec ad corpus redeat anima? anima à dormientibus gliribus nihil differret? Pulchrè B. Hieronymus ad Pammachium, *incorporalem*, inquit, *& æternam animam, in modum glirium immobilem, torpentemque ſentire non poſſumus.* 8.

Nec ipſos rerum Magiſtros, Philoſophos loquor, hæc res latuit. Id breuiter dictum ſit, neminem animæ ſeparatæ cognitionem negare qui ipſi immortalitatem tribuit. Quid verò mirum? *Nihil in rerum natura cohærere valet, abſq; operatione aliqua, tanquam ſine ſui eſſe*: vt

docet Phiſophus 2. de Cœlo, tex. 17. nec igitur anima ſeparata exiſtens ſua operatione carebit.

10. Atque hoc de omnium hominum anima dixerim, non illorum ſolum, qui diutius in hac vita ſunt peregrinati, & hic ſpecierum, quibus in intelligendo vtimur, theſaurum compararunt, verum etiam eorum, qui vel in vtero materno moriuntur, vel vbi hanc vitam ingreſsi ſunt, mox per mortem deſerunt, antequam quidquam ſcire potuerunt. Nulla prorſus eſt, quæ officio intelligendi in vita illa ſit deſtituta.

11. Sed tamen in his poſterioribus difficilius intelligitur, qua ratione poſt mortem intelligant: in prioribus nō item. Quia cum intellectio ſine ſpeciebus & ſimulachris rerum, quæ intelliguntur, non fiat, hi ijs vti poterunt, quas exercitio huius vitæ partas ad aliam transferunt. at quibus vtentur illi priores? qui hinc nullas ſecum ferunt, & quorum intellectus eſt veluti tabula raſa?

12. Nec his eædem deerunt. Et quidam quidem ab anima docent eaſdem emanare naturaliter, quorum ſententiam non improbabilē exiſtimat noſter Fonſeca, lib. 2. Metaph. cap. 1. q. 2. ſect. 7. ad 6. ſed rectius dicitur diuinam prouidentiam hic animabus non deeſſe: quemadmodum illa in neceſſarijs deeſt nullis rebus. Deus igitur naturæ author, tot ſpecies animabus conferet, quod opus habebunt in illa vita ad intelligendum. Docet hæc S. Thomas, 1. part. q. 89. a. 1. ad 3. & poſt Thomam Thomiſtæ.

13. Ex ſe igitur anima non impeditur in Iudicio. An impeditur ſuperueniente dolore atque gaudio, ne ad Iudicies ſententiam attendat; ſuaſque cauſas & conditionem intelligat. Si quidem conſtitueris animam corpore exutam, prius Iudici ſiſti, ſententiamque accipere: poſtmodum verò vel ad ſupplicia rapi, vel imbui cœleſti viſione, difficultatem magnam non videberis ſentire: quia dolor vel gaudium futurum: præſentem animæ aduertentiam non tollit. Sed quid ſi cum ſententia & Iudicio ſupplicium, vel gaudium ſit coniunctum? & anima, poſtquam corpus depoſuit ſupplicium mox ſentiat, vel gaudio mox perfundatur?

14. Nec tunc quidem ipſa impedietur, ne ad cauſas conditionemq; ſuam attendat. Hoc cum ex multis alijs, tum ex ipſis animabus, iā fœlicibus, atque pœnas etiam alterius vitæ ſuſtinentibus maniſeſtum eſt. Etenim ſi iam in medijs flammis conſtitutæ, ſibi præſentes eſſe poſſunt: & poſſunt eſſe præſentes, cum torrente voluptatū cœleſtium obruūtur; quid in rationis vſu atq; iudicij diſcretione valebunt, cum vel pœnas primum vel cœleſtia gaudia ingrediuntur?

Quod

Digitized by Google

Quod verò hîc ponimus, in tribus animarum generibus eſt clarum, primum illis, qui cum Chriſto iam in cœlo regnant: deinde qui perpetuis gehennæ ignibus ſunt adiudicati: tertiò ijs, qui ad tempus purgatorias pœnas ſuſtinent. Nullarum aut vehementia doloris, aut magnitudine gaudiorum, ratio atque Iudicium euertitur Singulis manet ſuum præſentiſsimum Iudicium, ſua præſentiſsima ratio.

Et in beatis illis multa hoc probant; ſed imprimis Dei, diuinarumque rerum, quam perpetuò habent, in Deo Opt. Max. intelligentia communio item earundem, qua in cœlis fruuntur, & cum ſpiritibus cœleſtibus, & cum regni conſortibus, animabus, vt nihil dicam de cura, quam habent de noſtris rebus, de negotijs, quæ ſecum nobiſcum, aut pro nobis tractant, & fœliciſsimè expediunt. In omnibus his nihil rationi decedit: quamuis repleantur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis obruantur. 15.

In illis ad perpetuos cruciatus damnatis probat hoc diues Epulo. Sepultus ille erat in inferno, loco tormentorum miſerrimo; parato Diabolo & Angelis eius: patiebatur tormenta grauiſsima. An vſum rationis illa ſuſtulerunt? Non ſuſtulerunt. Id docent cogitationes eius, quas habuit de Abrahamo, Lazaro, Moyſe, Prophetis, fratribus, ſuiſque cruciatibus, docent rationes, quibus, per Abrahamum, & ſibi cupit eſſe proſpectum, & fratribus. 16.

De tertijs animabus eorum, qui purgatorium patiuntur ignem, facilius creditur, quod dicitur. Quamuis enim illi eundem infernalem ignem ſentiant, quem damnati: non æquè tamen graue omnes experiuntur. Sed &, in damnatis, cum dolore, ſumma impatientia coniuncta eſt; quæ in purgandos non cadit. Quod ſi igitur in damnatos dolor rationem non euertit: vt non euertere iam demõſtrauimus, profectò nec euertet in purgandis. 17.

Sed & præſentiſsimi iudicij atque rationis, in hiſce purgandis animabus magna argumenta ſumunt ex ipſarum cum hominibus conuerſatione. Conſtat ſiquidem ſæpius ad viuos eaſdem redijſſe; cum mortalibus egiſſe; mortalium ſubſidia poſtulaſſe; poſt accepta gratias egiſſe (exempla horum nos aliâs dedimus) quis verò in ijſdem vnquam vel leuiſsimum perturbati iudicij atque rationis indicium obſeruauit? 18.

Idem ex Apparitionibus petitum argumentum ſeruire poteſt duobus prioribus animarum generibus, quoniam & illæ, ſi quando rebus humanis interfuerunt, ſe vſu rationis deſtitutos non eſſe, multis modis declararunt; quamuis minus damnatorum, quã beatorum. 19.

Digitized by Google

21. Quocirca non eadem eſt animæ ſeparatæ, atque cum corpore coniunctæ ratio. In corpore exiſtens, ſi affectibus, atque paſsionibus illud afficiatur, perturbatur; aliquando etiam ab operationibus cogitur deſiſtere; ſi vehementiores ſint atque intolerabiliores affectus. At ſeparatæ operationes nulla tollit paſsio nullus dolor, nulla voluptas. Cauſam huius quidam, non malè, in corpus conferunt, à quo hîc pendet in ſuis operationibus, itaque fit, vt ſi illud malè afficiatur, ſuas functiones habere perfectè ipſa nequeat.

22. Ex parte igitur animæ nihil eſt, quod Cauſarum in Particulari Iudicio diiudicationem impediat. An forte in Iudice defectus eſt, vt ille in iudicio tantum velit ſupplicia afferri, & cœleſtem mercedem tribui; Cauſarum verò cognitionem reſeruari ad Iudicium Generale? Ad hoc tertio loco reſpondendum eſt. Et quod res eſt, reſpondetur breuiſsimè: Cauſarum cognitionem, & diiudicationem non differri.

23. Itaque quemadmodum in Generali Iudicio iuſtiſsimam miſeri intelligunt ſuam damnationem, & non tantum pœnas experiuntur: & quemadmodum in eodem Iudicio beati iuſtiſsimam intelligunt, ſuam mercedem & fœlicitatem; & non tantum mercedem capiunt: ita in Particulari hoc, non ſolum mali ſentient pœnas, & beati ingredientur cœlorum gaudia; ſed quoque iuſtè hæc fieri, & ſuis meritis tribui intelligent.

24. Neque enim Particulare Iudicium ab vniuerſali in hac re quidquam differet quamuis alijs rationibus differat permultum; maieſtate ſcilicet Iudicis, loci qualitate, conditione temporis præſentia ſpirituum atque hominũ; hoc quoque, quod in Generali omnes omnium conſcientias intuebuntur, & non ſuas tantum; in Particulari vnuſquiſque ſecum tantum erit occupandus.

25. Atque hanc cauſarum tractationem omninò neceſſe eſt fieri. ſi ſua Iudicio ratio debet conſtare Neceſſe eſt iudicando, dum Iudici ſiſtitur, Cauſæ de quibus conuenitur, proponantur: æquitas vel iniquitas aperiatur, vt quam ſit iuſta, quæ in ipſum ſententia profertur, intelligat. Norunt ergò omnes à morte, quis ſuus ſtatus norunt, quam iuſtè ad illum ſtatum, iudicis ſententia transferantur. Atque ſic ad priorem quæſtionem reſponſum ſit.

CAPVT VNDECIMVM.

Quænam cauſæ atque negotia ad Particulare Iudicium pertineant.

Parti-

Digitized by Google

Pertinent quadruplices,

Chriſti Domini noſtri merita,
Peccatum originale,
Officia virtutum Chriſtia.
Peccata actualia.
Quemadmodũ cognoſcitur ex quatuor hominum generibus, qui in illo Iudicio iudicantur, vt ſunt,
Beandi, tam adulti, quam infantes,
Damnandi ad cruciatus infernales,
Purgandi igne purgatorio ad tempus.
Diſcedentes ex hac vita, cum ſolo peccato originali
In his dictæ cauſæ locum habent.

Cauſæ iam inquirendæ, quæ in Particulari Iudicio tractantur, & propter quas vel ſupplicia decernuntur vel præmia. Hę verò, quamuis ex alijs rebus poſſint, commodiſsimè tamen accipiuntur ex ipſis iudicandis: ex quibus & nos eaſdem venabimur. 1.

Iudicandorum autem quatuor ordines ſuperius diſtinximus. 2.
In primo poſuimus beatos, qui ad cœlum transferuntur. In ſecundo eos, qui damnantur ad cruciatus infernales. In tertio omnes, qui ad tempus expurgantur, in quarto quoſdam, quibus nec cœlum conceditur, nec tribuitur infernus, nec à ſordibus aliquibus ſunt purgandi, vt ſunt qui cum ſolo originali hinc diſcedunt.

Illi primi ordinis duplicis ſunt generis. Quidam beneficio Chri- 3.
ſti, abſque vllis ſuis ſaluantur meritis quidam cum Chriſti beneficio iũgũt merita, quibus ſua merces tribuitur. Prioris generis ſunt Infantes qui aut ſacramentis diuinitus inſtitutis ſunt initiati aut pro fidei profeſsione ſanguinem innocentem fuderunt. Poſterioris adulti, qui cum Chriſti gratia bene vixerunt.

Vtroſque hos ad cœlum admitti certum eſt. Pro Secundis eſt il- 4.
lud D. Pauli ad Rom. 2. *Gloria & honor & pax omni operanti bonum.* Pro primis illud D. Auguſtini, lib. 10. de Geneſ. cap. 32. *Conſuetudo matris Eccleſiæ in paruulis baptizandis nequaquam ſpernenda eſt, nec vllo modo ſuperflua deputanda.* & illud, Ioan 3. *quod natum eſt ex carne caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.* & illud Apoſt. ad Epheſ. 5. *mundans Eccleſiam lauacro.*

Secundorum merita ſunt varia. Nam vel interna ſunt & cogita- 5.
tionum: vel externa, ſiue linguæ officio ſint peracta, ſiue alijs corporis menbris, vel fructu cæ omiſsionis eius quod malè potuit fieri. Omnia enim merita vel cogitationum ſunt, vel verborũ, vel operum, vel omiſsionum. Habendam horum rationem in Particulari Iudicio probandum non eſt hoc loco, quia probatum eſt in illo, quem de vniuerſali Iudicio tractatum dedimus.

6. Illi ſecundi ordinis, qui ad Cruciatus inferni damnantur, in ſua tantum mala atque peruerſa merita, ſuæ perditionis cauſam debet conferre, non aliorum recipient in futura vita, quod malè egerunt in præſenti, quomodocunque etiam illud perfectum ſit, commiſſione vel omiſsione illud meruerunt: ita hi, quod puniātur commiſsione omiſsioneque meruerunt. Omiſsio eius fuit, quod debuerunt præſtare commiſsio eius, quod debuerunt omittere: ſiue illud ſit cogitatum, ſiue verbum prolatum, ſiue externum opus. De his D Paulus ad Rom. 2. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.*

7. Eadem eſt conditio tertiorum; eorum inquam, qui ad tempus purgantur. Quidquid pati untur proprijs id meritis debetur Nulla aliorum peccata cruciatuum, quos patiuntur. ipſis ſunt cauſa. Atque vt in damnatis meritorum ratio multiplex, ita multiplex apud hos, hoc diſcrimine diſtinguuntur, quod damnatorum cruciatus æterni ſunt horum temporarij. & illi extra Dei ſint gratiam, nec aliquando venturi ad gratiam: hi in Dei gratia ſint, & à gratia, bene purgati, tranſituri ſint ad gloriam.

8. Quarti, infantes, vnum habent, quod illos facit miſeros; onus peccati originalis. Boni nihil fecerunt, ob quod poſsint aſſumi ad ſalutem. Sic nec Chriſti beneficium ipſos promouet ad cœlum, quia media ipſis adhibita non ſunt, quibus ad mortales Chriſti beneficium deriuatur. Infernum meriti non ſunt, quia cruciatus ſuſtinere non debent; qui propria voluntate mali cōmiſerunt nihil. Media ergò eorum ſors erit. Atque hoc ſuperius doctum eſt.

9. Hi iudicandorum ordines. Quid ex his? hoc ſcilicet, Quadruplices Cauſas ad Iudicium venire; Chriſti merita, peccatum originale, Officia virtutum, propria peccata. Quomodo hoc? Quia ex his omnes qui in iudicio particulari comparent, ſententiam accipiunt. ob Chriſti merita transferuntur ad cœlum Infantes pro fide interfecti aut ſacramentis initiati. Ob peccatum originale à cœlo Deique viſione reijciuntur infantes, qui nullum pro expiatione peccati illius remedium acceperunt Ob virtutum exercitia cœlum ingrediuntur adulti beati, atque ij qui ad tempus expiantur. Ob propria peccata ad inferos detruduntur damnati.

10. Hæ cauſæ in Iudicium veniunt Particulare: quia hæ pertinent ad Iudicium Generale: à quo Particulare in Cauſarum diſcuſsione nō differt, cum ex ijſdem in hoc, ex quibus in illo mercedis fiat retributio. Itaque rectè faciunt, qui dum rationes aſsignant, cur poſt Particulare inſtituatur vniuerſale, ex parte Dei tantum hominum-

que

que eas venantur, non ex Cauſarum diſcrimine, quia, ſcilicet, quæ ad Generale Iudicium ſunt deferendæ, in particulari iam ſint diſcuſſæ.

Porrò ex dictis manifeſtum eſt, nō omnium iudicandorum vnā 11. eſſe conditionem, ratione cauſarum. Quidam plures habent, quidam pauciores, quidam tantum vnam. Vna tantum in ijs inuenitur, qui ſoli Chriſti beneficio ſaluantur; aut ob originale peccatum damnantur: plures apud reliquos, pro vt plura eorum contingit eſſe merita.

Sed tamen quamuis numero Cauſarum differant, vnō tamen 12. momento omnes omniumque definiuntur Cauſæ. Non plus temporis poſtulat Iudicium, quod in infantes cadit qui vel ob ſolum Originale damnantur, vel ſolo Chriſti beneficio ſaluantur, quàm quod fertur in adultos, qui vel in ſtudio virtutum multos annos poſuerunt, vel tota vita ſe totos vitijs atque concupiſcentijs tradiderunt, quemadmodum poſterius dicetur.

CAPVT DVODECIMVM.

Quando primum in vſu eſſe cæperit Iudicium Particulare præſertim apud homines.

Cœpit mox à morte hominum improborum, vt qui, per hoc ſupplicijs æternis adiudicati, & ſubiecti fuerunt, etiam ante Chriſtum natum.

Nec vllus proborum illud euaſit, quāuis ad fœlicitatem alterius vitæ nullus eorum admiſſus ſit ante Chriſti mortem.

Vtrumque egregiè docetur.

IN hac de tempore Iudicij Particularis inquiſitione, trium poteſt haberi ratio, quæ nobis ſunt explicanda. Primum eſt quando in vſu eſſe cœperit Particulare Iudicium. Alterum. Quando homines illud ſubeant. Tertium, Quanto tempore cum ſingulis peragatur. Primum tempus reſpicit ætatem mundi: Alterum hominum iudicandorum, Tertium Iudicij durationem. Primum hoc Capite abſoluamus. 1.

Qui ad Iudicium Particulare volunt pertinere etiam Angelicos 2. Spiritus, tam bonos, quam malos, neceſſe eſt confiteantur Iudicij huius vſum fuiſſe mox à mundo condito: propterea, quod Angeli, qui à Deo receſſerunt poſt peccatum perpetratum, mox Dei Iudicio ad infernum ſint præcipitati, qui verò Deo fide, ſpe atq; cha-

Digitized by Google

ritate adhæſerunt, mox ad perpetuam fœlicitatem ſint aſſumpti. De hoc, quia plura ſuperius, hic nihil præterea.

3. De hominibus aliqua difficultas eſt, quando illi primum iudicari cœperint: partim propterea, quod Chriſtus Dominus dicatur conſtitutus Iudex viuorum atque mortuorum, ideoq; ante Chriſtum nullus videri poſsit dici iudicari; partim etiam idcircò, quia omnis Iudicij finis eſt, vel damnatio, vel æterna ſalus, ſalus autem ante Chriſtum nulli contigerit. Quocirca omne videtur ſuſpenſum fuiſſe vſque ad Chriſtum, etiam damnatorum, cum cur mali ante Chriſtum debeant damnari potius, quàm probi beari, nulla videatur iuſta eſſe cauſa.

4. Hinc manifeſtum eſt, ex quatuor pendere, ad propoſitam quæſtionem, reſponſionem, quæ difficilem aliquo modo faciunt ſolutionem. Primum eſt, Vtrum per Chriſtum Dominum omnes in particulari Iudicio ſint iudicandi. Alterum, Vtrum ante Chriſti aduentum nullus mortalium ſit ſaluatus. Tertium, An ante eiuſdem aduentum nullus ſit damnatus. Quartum, poſito quod quidam ſint damnati & nulli ſaluati, poſsit nihilominus admitti Iudicium Particulare, non in damnatis ſolùm; ſed omnibus ſimpliciter hominibus:

5. Primum illud ad alteram præſentis Tractatus partem pertinet, quocirca, vt ſingula ſuis locis ſeruentur, hîc definiri non debet. Id certum eſt, non omni tempore Chriſtum, quâ homo eſt fuiſſe; ſed in fine ſeculorum, ante annos 1601. incarnatum eſſe, & natum. Vtrum, quamuis non ſemper fuerit, Iudicium tamen eidem, quâ Deus, ſingulari quadã ratione tribui poſsit & debeat, aliâs dicetur.

6. An verò ante Chriſtum aliquis ſaluatus? Hoc ſecundum Reſpõdetur breuiter; Nullum prorſus mortalium ſaluatum eſſe, quantumcunque etiam piè religioſeq; hanc vitam tranſegit. Hoc plerique ex illa Domini ſententia intelligunt, Ioan 3. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui deſcendit de cælo*. quanquã inde colligatur rectius cœlum ante Chriſtum, neminem, aſcendiſſe, quod verum, licet ante quidam, fœlices fuerint.

7. Sed id clarius, docet Apoſtolus, ad Hebr. 9. vbi explicans ritum veteris legis, *quo ſummus Sacerdos tantum ſemel in anno ingrediebatur in Sancta Sanctorum, non ſine ſanguine, quem offerret pro peccato*; dicit in hoc ſignificatum eſſe nondum fuiſſe propalatam Sanctorum viam; donec Chriſtus ſummus Sacerdos ſeipſum pro peccato obtulit, in ſacrificium iſta exponunt Chryſoſtomus atque Theophylactus.

8. Et cap. 10. dicit nos habere fiduciam in introitu Sanctorum, *in*

Chriſti

Chriſti ſanguine, quam initiauit nobis, inquit, *viam nouam & viuentem* vbi Chryſoſtomus. *Introitum hic*, inquit, *dixit cœlum, & acceſſum ad ſpiritualia, quam initiauit, inquit ſeu propalauit. Dedicatio enim dicitur initium vtendi: & ideo nouam dicit, ſiquidem nunc apertæ ſunt portæ cœli, quod neq; tempore Abrahæ contigit.* 9.

Hinc de veteribus Patribus dixit idem Apoſtolus, cap. 11. *Iuxta fidem defuncti*, inquit, *ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus; ſed à longè eos aſpicientes. A longè*, inquit B. Thomas, *oculis fidei conſiderantes, quod poſt mortem eſſent accepturi; non protinus, ſed poſt longa tempora in aduentu Chriſti.* 10.

Idem ſignificat Apoſtolus, cap. 4. ad Epheſios exponens illud Pſalmi, *Aſcendit in altum captiuam duxit captiuitatem.* Quæ enim hæc *captiuitas?* Patres ſancti fuerunt, qui ante Chriſti mortem veluti captiui tenebantur: à Chriſto autem & ex captiuitate educti, & ad cœleſtem patriam adducti. 11.

Et Sanctus Petrus idem myſterium ſignificat, 1 cap. 3. *Chriſtus*, inquit, *ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis; vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu: in quo veniens prædicauit ijs, qui in carcere erãt ſpiritibus.* Significat enim Apoſtolus Chriſtum in Spiritu, id eſt, ſola anima prædicaſſe; & ſimul æternam gloriam ſanctis contuliſſe. Ita Cyrillus Alex. lib. 12. in Ioannem cap. 36. & Nicephorus Conſtantinopolitanus, Epiſtola ad Leonem papam, quæ habetur in Synodo Epheſin. 12.

Hinc B. Ambroſius dicit *cœlum ante Chriſtum fuiſſe inacceſsibile.* Anſelmus vero, atq; B. Thomas propterea *Chriſtum dici oſtium*, Ioan. 10. *& viam*. Ioan. 14. quia ipſe oſtium, & viam ad cœlorum regnum aperuit Chryſoſtomus, hom. 4. in Ioan. *Chriſti ſanguinem eſſe clauem paradiſi, & per eundem inuentam eſſe terram viuentium, quam primus Adam perdidit.* 13.

Hinc quoque initium prædicationis Euangelicę *à regno cœlorum* factum eſſe, notant quidam: quia illud non in veteri Moyſis, ſed noua Chriſti lege confertur. Et ante paſsionem Chriſti dicitur illud *appropinquaſſe*. Matth. 3. *pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cœlorum*, quia paſsio Chriſti, per quam cœli porta erat reſeranda, iam parum aberat. At illa exhibita non ſolum appropinquaſſe, ſed & aduenisſe dicitur.

Rationem huius ex lege diuinæ Iuſtitię petunt quidam hæc poſtulabat, vt quemadmodum omnes in Adam peccãtes à Dei regno excluſi per Chriſtum erant, reconciliandi ita non ante Chriſtum ad cœleſtem patriam admitterentur, ſed ipſum ducem atq; princi- 14.

pem

amicis fieri inimici? à gratia excidere. infernũ mereri? At fieri hoc prorſus nequit: Etiam hic locum habet, quod dixit Epulo Lucæ 16. *Inter nos & vos, chaos magnum firmatum eſt, vt ij, qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, neq; inde huc tranſmeare.* Mors hominis, vt terminus eſt vitæ, ita meritorum & demeritorum. *Vbicunque ceciderit lignum, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi manebit.*

Infertur tertiò, eaſdem animas mereri non poſſe quidquã, quod ipſis ad cumulum beatitudinis proficiat. Lege Dei præſens tempus tantum meriti eſt: futurum mercedis. Itaque & Apoſtolus vult vnumquemque reportare *propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* 2. Corinth. 5. 6. Si in illa vita animarum merita creſcere poſſunt, quod plerique merita tot ſeculis comparabunt? 22.

Veruntamen non quemadmodum ante Chriſtum, ad felicem Dei viſionem nulli ſunt admiſsi, ita nulli ante Chriſtum ad inferni cruciatus ſunt detruſi. Quicumque cum mortalibus criminibus etiam ante Chriſtum, diſceſſerunt, mox perpetuis ſupplicijs ſunt deputati, & addicti, non minus, quam, qui poſt Chriſtum cum ſimilibus peccatis hinc diſceſſerunt. Et ita tertiæ quæſtioni reſponſum ſit. Nec malè. 23.

An fortè Core, Dathan & Abiron, qui viui dicuntur, *ad infernum deſcendiſſe* inferni cruciatus, non niſi, poſt Chriſtum, ſenſerunt? Num. 16. Et Chriſtum exſpectarunt omnes Sodomitæ quorum ſummam nequitiam igne & ſulphure Deus in hac vita vindicauit? Geneſ. 19. exſpectarunt gentes vera religione alienæ? plurimi apud Iudæos Reges, qui cum Deo quaſi belligeraſſe credi poſſent? 24.

Ita, quibuſdam locis, Scripturæ de inferno loquuntur, vt prorſus videantur ſignificare eundem tormentorum eſſe locum. Tales ſunt in nouo Teſtamento, ille, actu. 2. *quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*, in veteri ille Pſal. 17. *Dolores inferni circumdederunt me* & ille Prouerb. 9. *Et ignorauit, quod ibi ſunt gigantes, & in profundis inferni conuiuæ illius*: & ille Iob. 21. *Tenent tympanum, & cytharum. & in puncto ad inferos deſcendent.* 25.

Hæc omnium Doctorum videtur eſſe ſententia. Quando enim de Chriſti ad inferos deſcenſu agunt; & quid apud inferos fecerit, perquirunt; docent eos, qui ibidem tormenta patiebantur, non à tormentis ereptos. ſed in iiſdem eſſe relictos. In tormentis igitur eoſdem eſſe arbitrati ſunt 26.

Ante Chriſti mortẽ fuit in inferno diues epulo & inferni patiebatur tormenta: quid verò prohibet omnes, qui eiuſdẽ cum epulone ſunt conditionis, eandẽ quoq; ſortem pati: & quidem mox à 27.

morte? quemadmodum mox à morte paſſus eſt epulo? vt inſinuat Lucas, cap. 16 Ita enim ille. *Mortuus autem eſt diues: & ſepultus in inferno. Eleuans autem oculos, cum eſſet in tormentis*, &c.

28. Quod ſi rationibus hic locus eſt, non leues ſuppetunt. Superius negauimus Sanctis tributam fœlicitatem, ante Chriſti mortem; quod illa per primum parentem ablata, per Chriſti merita, quæ in morte communicata ſunt, debuit reſtitui, & ob id ante illam nulli tribui potuit. Sed non ob id quoque ſupplicium ad Chriſti mortem differri debuit; quia ad illud patuit aditus per peccatum; quod non minus Deo, ante, quàm poſt Chriſti mortem diſplicebat, & vindicandum erat.

29. Si nulli ante Chriſti mortem inferni cruciatibus fuerunt addicti, profectò vix melior toto illo tempore fuerit Sanctiſsimorum quorumcunque Dei amicorum conditio, quàm perditiſsimorum; quòd quemadmodum nec illi; ita nec hi vlla tulerint ſupplicia, vllos cruciatus, quis verò hoc crediderit? quis dixerit?

30. Superius docuimus Sanctis fœlicitatem animæ non negari, ex bonis; quibus etiam Deus eorum defunctorum corpora dignatus eſt; propterea, quòd merita magis animabus, quàm corporibus ſint tribuenda: quidni igitur hic quoque ex ſupplicijs & ignominia, quibus improborum corpora diuinitus ſunt affecta concludimus & animas mox à morte ſine ſupplicijs non fuiſſe.

31. Alia igitur proborum, ex hac vita diſcedentium conditio fuit ante Chriſtum; alia improborum, fuerunt hi ob cruciatus infernales mox miſeri: non fuerunt illi, Dei viſione mox beati. In his fuit iuſta cauſa cur præmium fuerit dilatum In illis nulla iuſta, cur debuerint differri ſupplicia. Qui in omnem æternitatem ſunt iuſtè cruciandi, illis iniuria fit, quod, aliquot ſeculis, ante Chriſtum crucientur?

32. His ſic conſtitutis, quid de Particulari Iudicio hominum dici debeat, facilè concluditur: Cum enim ex Iudicij effectu Iudicium colligamus; ex conditione improborum, qui olim damnati ſunt, colligitur rectè peractum eſſe, Iudicium. Quocirca mox Iudicij vſus eſſe apud mortales cœpit, quàm primum ex hac vita impij diſceſſerunt, & ſupplicijs æternis ſunt addicti.

33. Sed an apud hos tantum locum habuit; non etiam probos? Etiã apud probos & qui in Dei gratia hinc diſceſſerunt, locum habuit. Nullus ex hac vita diſceſsit qui hoc Iudicium non ſubiuerit Ad eos quoque, qui, ante Chriſtum, hanc vitam cum alia commutarunt, putamus pertinere, quod dixit B. Chryſoſtomus, hom. 37. in Matth.

Matth. *Poſtquam diem tuum obieris, Iudicium & pœna conſequetur*, &c. Itaque vt improbi ex hoc Iudicio cognouerunt ſuam perpetuam damnationem; ita iuſti ex eodem ſuam fœlicem, in omnem æternitatem duraturam, conditionem.

Nec obſtat, quod fœlices non fuerint mox Dei viſione, quoniam quemadmodum non idcircò à Iudicio hoc repelluntur, qui modo cum maculis quibuſdam, in alia vita eluẽdis, moriuntur; ita nec iuſti, qui olim hinc diſceſſerunt, ad tempus à fœlicitate ſuſpenſi. Illi Dei Iudicio ſunt certi, quòd poſt expiatas ſordes beandi: hi certi, quòd beandi, poſt peractũ à Chriſto humanæ redemptionis opus. 34.

Aliud eſt iudicari; aliud Iudicij effectum ſentire. Iudicium ferri poteſt; & Iudicij effectus differri atque ſuſpendi, quemadmodum & in hac vita apud homines videmus ſuſpendi; & ſuſpenditur in illa, apud animas igne purgatorio ad tempus expiandas. 35.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Quando nam Iudicium Particulare exerceatur, ante ne, vel poſt, vel in ſingulorum hominum morte.

1. Poſſet omni tempore, in, ante, vel poſt mortem illud exerceri; ſi Deus ita vellet.

Pro Dei enim voluntate exercetur.

2. Non exercetur anima adhuc in corpore exiſtente.

Tunc enim adhuc meritorum locus.

Nec probant contrarium, varia quæ afferuntur exempla, deſperatorũ hominum.

Cum corpore ad cœlum tranſlatorũ,

Cum corpore ad inferos raptorum.

Apoſtolorum, quibus conſtitit ſua ſalus.

3. Præterea Non diu poſt mortem differtur.

Nulla ſiquidem cauſa cur differri debeat.

Nec contrarium docent exempla.

Doctoris Pariſienſis

Curmæ, Traiani,

Falconillæ, Platonis.

4. Exercetur in cuiuſque hominis morte.

Hoc neceſſe eſt, ſi nec poſt, nec ante.

Sed & admodum hoc conueniens,

Et florentino Concilio docetur.

5. Sed tamen aliquando in morte ſuſpenditur; & in aliud tempus, pro Dei voluntate differtur, idq; primo, in ijs, qui à morte aliquando reuocantur ad vitam

Tam bonis & iuſtis

Quam improbis & iniuſtis.

Secundo, in ijs, qui ex ſupplicijs, inferni transferuntur ad gaudia cœleſtia, quamuis & dici poſſit etiam hos à morte iudicari.

dentur Elias, de quo ſic 4. Reg. 6. *Aſcendit Elias per turbinem in cœlum* atque Ioannes Euangeliſta; quem felicem eſſe nemo dubitat adeoque iudicatum, mortuum verò permulti. Pro ijs verò, qui ad inferos detruſi, Core Dathan & Abiron, de quibus Num. 16.

Accedit his, quod quis poſsit ſuſpicari omnes Apoſtolos adhuc in carne exiſtentes iudicatos eſſe. Cum enim iudicari, ſit iudicis ſententia ad ſupplicia vel præmia futuræ vitæ, ob benè maleuè ſacta certum reddi, quare iudicati in corpore dici non poſſunt Apoſtoli, quibus adhuc in hac vita degentibus, Chriſti Iudicis oratione conſtitit quod *ipſorum eſſet regnum cælorum?* quod *paratus illis locus apud Patrem?* quod *ſeſſuri ſuper duodecim ſedes iudicantq́, duodecim tribus Iſrael*: propterea quod *pauperes ſpiritu*: quod *cum Chriſto fuerint in tribulationibus, omnia reliquerint*. &c. Hæc pro primò tempore. 5.

Pro ſecundo illo, quod mortem ſequitur, etiam ſunt rerum geſtarum hiſtoriæ. Superius produximus iudicium Doctoris Pariſienſis, cuius primum poſt aliquot dies à morte, hæc oratio, *Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum*, cum pridiè eius diei dixiſſet, *Iuſto Dei iudicio accuſatus*: & poſtridiè *Iuſto Dei iudicio condemnatus ſum.* 6.

Suggerit aliud B. Auguſtinus, lib. de Cura pro Mortuis, cap 12. vbi Curmæ cuiuſdam meminit, qui poſt mortem iuſsus adduci ad *locum mortuorum*, quæ alius Curma prius luſtrauarat, vt ibidem ſententiam Iudicis acciperet. Atque hoc neceſſe eſt contigiſſe tempore aliquo poſt mortem: niſi eodem momento animam in corpore poſueris, atque inferno, *loco*, vt ibidem dicitur, *mortuorum.* 7.

Similia his refert Leontius, in vita Ioannis Eleemoſynarij, docet enim fuiſſe reuelatum S. Simeoni, animam exeuntem de corpore deferri ad Iudicium: ibi accuſari à malis Angelis, defendi à bonis *& tunc eſſe timore plenã, & de exitu Iudi. ÿ incertam.* Similia quoq; docet Cyrillus Alexandrinus, in Oratione de exitu animæ. *Quis terror*, inquit, *quis tremor, quod certamen, quæ vis animam manet à corpore ſecedentem?* & infra. *Quanta formidine & timore arbitraris animam, die illa, percelli, horribiles intuentem, & aduerſos Dæmones, quos aſpiciens ad cœleſtes Angelos confugiens, ſublime petit*, & infra. *In medio ſtat anima meticuloſa & trepidans, quouſque ob actiones, dicta factaq́, ſua, vel damnata in vincula conijciatur, vel iuſtificata liberetur.* 8.

Hanc ſententiam multum confirmant exempla eorũ, qui à mortuis ad vitam redierunt Qui ſi mox à morte iudicati fuerunt, facti ſunt ex felicibus miſeri, ſiquidem in iudicio ciuibus celeſtibus fuerunt adſcripti: aut ex infelicibus, quodam modo felices, dum ad eum vitæ ſtatum ſunt reuocati, in quo ſalutem ſuam operari poſ- 9.

ſint, & quidam etiam operati ſunt. Quot verò à mortuis ad vitam reuocatos producere poſſumus?

10. Confirmant etiam exempla quorundam, qui longo poſt mortem, tempore primum ſanctorum ſocietati aſſcripti fuerunt. qui tamen ſi ſtatim in morte, vel à morte, iudicium ſubire debuerunt, ad ſupplicia infernalia fuiſſent damnati (Niſi fortè ſemel damnatis ſpem dederis veniæ peccatorum, & gaudiorum cęleſtium.) Hic eſt Traianus Imp. de quo multorum eſt opinio, quod anima ipſius, orationibus B. Gregorij ab inferni pœnis ſit erepta, propter Damaſceni authoritatem, in oratione de defunctis, eſt quoque Falconilla, quæ ab inferno dicitur erepta precibus S. Thoclæ, eodem Damaſceno authore. Et in quibuſdam Patrum hiſtorijs (vt Nicetas refert ſuper Gregorium Nazianzenum orat. 42.) legitur Platonem apparuiſſe cuidam Chriſtiano, qui ei ſæpè maledicebat, atq; dixiſſe *Ego quidem me peccatorem eſſe non inficior, verum cum Chriſtus in infernum deſcendit, nemo ante me ad fidem acceſſit.*

11. Nec hîc deeſt ratio. Etenim Iudici oportet præſentetur Iudicandus homo abſentem enim non condemnabit, vel iuſtificabit, neceſſe eſt igitur, vel ad Iudicem proficiſcatur homo, vel ad hominẽ veniat Iudex. An horum alterum tempus non requirit? Hæc pro ſecundo, illo poſt mortem, tempore.

12. Pro tertio, eſt communis omnium propemodum Theologorum ſententia. Non admittunt illi prius tempus, propterea; quod quamdiu in corpore degit anima mereri poſsit, atque demereri, ideoque Iudicis ſententiam q. incertam facere. Nec admittunt ſecundum, quod nulla iuſta ratio dari poſsit, cur Iudicium etiam ad minimum tempus debeat differri. Quid ergo? Quinque damus Aſſerta.

13. Primum eſt, Poteſt, ſi ita Deus vellet, Particulare Iudicium exerceri omni tẽpore: & eo, quo anima adhuc agit in corpore: & poſtquam illa corpus reliquit, & etiam quando idem illa relinquit Difficultas hîc nulla. Deo enim quid impoſsibile? Nunquid eius voluntate Iudicium hoc de hominibus fit? quidni igitur quo ipſe volet tempore fiat, Verum, non quid fieri poſsit; ſed quid fiat, definiamus.

14. Secundum igitur Aſſertum eſto. Iudicium Particulare non fit, quo tempore anima eſt in corpore Hæc ex Iudicij conditione perſpecta deprehendetur. Illa ipſius eſt, vt ſit Dei Iudicis irreuocabilis ſententia; qua mortales intelligunt certam ſuis meritis, vel damnationem, vel ſalutem tribui. Sed multa attendenda hoc loco.

Primum

Primum eſt, Iudicis ſententiam ad Iudicium requiri. Neq; enim fieri poteſt, vt ſine ſententia Iudicium vllum peragatur. Quis verò, Iudex ille futurus, Deus ne an homo; quia poſtea inquirendum, hîc definiendum non eſt.

Sed Iudicis ſententia ad Iudicium non ſufficit. Nunquid Dei 15. ſententia ab omni æternitate, omnibus omninò mortalibus, vel æterna vita, vel perpetua damnatio eſt conſtituta? Omninò conſtituta eſt (Ipſe quoſdam ante mundi conſtitutionem, elegit: quoſdã reprobauit, antequam etiam quidquam boni præſtiterunt, vel mali egerunt) Quis verò omnes ab omni æternitate propriè dixerit iudicatos?

Nec ſufficit irreuocabilis ſententia, quia illa ipſa Dei ſententia, 16. qua ab omni æternitate quoſdã elegit ad futuræ vitæ gaudia, quoſdam ad æterna ſupplicia deſtinat, irreuocabilis eſt. Neq; enim Deus vt homo eſt, qui mutetur, Num. 29.

Requiritur ergò præterea, vt mortales iudicandi hanc Dei ſen- 17. tentiam intelligant. Ipſorum enim hic res agitur: ipſorum intereſt. Ergò quemadmodum iudicatus non dicitur reus à Principe, ſi Princeps apud ſe ſtatuat extremo illum ſupplicio afficere, reus interim in carcere exiſtens hanc Principis ſententiam non intelligat, ſed neceſſe eſt Iudicem ſententiam ferentem audiat, ſeque damnatum eſſe intelligat: ita non cenſebitur iudicatus homo, ex eo, quod ab omni æternitate Deus eundem conſtituit vel cœleſti gloria coronare; vel perpetuis ſupplicijs cruciare. Vt hanc Dei ſententiam cognoſcat homo, neceſſe eſt. Atque hac ratione Iudicium Particulare non malè diſtinxeris à Reprobatione atque prædeſtinatione: vbi hominibus conditio ſua ignota eſt.

Interim tamen, eſſe poſſunt homines, qui Dei ſententia reprobis, atque perditæ ſalutis hominibus (in quorum ſe numero eſſe, 18. ſcire poſſunt) conſtituta eſſe ſupplicia non ignorant, quos nec dũ tamen rectè dixeris eſſe iudicatos. Et eſſe poſſunt, adeoque fuerũt, quibus ſua, Chriſti reuelatione, ſalus conſtitit: quos etiam non facilè dixeris iudicatos, requiritur ergò, & hoc quoque, vt certum ſuum felicitatis atque ſuppliciorum ſtatum cognoſcant, eundemque ſuis tribui meritis norint. Omnium ſiquidem meritorum in Iudicio habetur ratio: omnibus ſua digna retribuetur merces.

Ergò quamdiu meritorum adhuc eſt Locus, Iudicium non benè 19. exercebitur. propterea, quod cum meritis poſsint creſcere pręmia quæ certa in Iudicio tribui debent, & quibus nec detrahi quidquã poſsit nec quidquam accedere. Sed & quando merendi adhuc lo-

cus eſt, contingit à gratia excidere: an verò poteſt fieri, vt à ſtatu ſuo excidat, qui aliquando eſt iudicatus? Iudicatus igitur nullus cenſebitur, qui aut mereri quidquam poteſt, aut demereri.

21. Hinc iã Aſſerti noſtri ratio intelligitur. Nulli poſſunt dici iudicati, qui adhuc poſſunt mereri. Omnes quãdiu viuunt, mereri adhuc poſſunt. Nulli ergo quamdiu viuunt, poſſunt dici iudicati. Argumentationis propoſitio maior ex dictis facilè intelligitur. Minor communis omnium ſententia eſt, qui toto præſentis vitæ tempore volunt mereri nos poſſe atque demereri: & poſſe ſperare omnes, quandiu poſſunt ſpirare.

22. Quid ergò eſt, dicet aliquis, quod iudicati quidam creduntur, antequam Spiritum emiſerunt? Si crediti ſunt quidam iudicati, dubito, certè nulli iudicati ſunt. Et crediti poſſunt eſſe iudicati, qui futuri à Deo atque inſtantis Iudicij ſigna dederunt tremendi atq; horribilis, tremenda atque horribilia, quæ vt plerunque infirmos & agonizantes afflixerunt, ita ſuperſtites adhuc, eorumdemque ſpectatores erudierunt, atque ſui officij admonuerunt.

23. Quocirca & B. Gregorius, 4. Dialog. cap. 38. hæc non tam propter ipſos, qui illa patiebantur, fieri exiſtimat, quam alios circumſtantes, quos Deus his ad ſaniora conſilia cogitationeſque voluit venire: quando hanc malè actæ vitæ intelligunt perſæpè eſſe mercedem, vt & de ſalute quaſi homines deſperent, & à præſentis vitæ cruciatibus tendant ad horrenda illa vitæ futuræ ſupplicia.

24. Et horum nunc vermis conſcientiæ, qui impios non deſerit, eſt cauſa nunc ipſi Spiritus maligni, vtrique potentiſsimi hoſtes ad ſummas anguſtias hominum mentibus, illo præſertim extremo tempore, afferendas. Ille intus latens excruciat: hi extrinſecus, quas poſſunt contrarias adhibent machinas. & ille apud improbos locum habet, hi & improbos, & probos aggrediuntur. Atque illa de illis reſponſum ſit, qui iudicati ante mortem videri poſſunt

25. Quid verò de illis, qui cum corpore ex hac vita ad aliam migrarunt? Profectò, ſi migrarunt quidam, & vel ad cœlorum gaudia admiſsi ſunt, vel rapti ad inferni ſupplicia, iudicati illi prius fuerunt. Etenim vt vel ad gloriam quis admittatur beatorum, vel rapiatur ad cruciatus inferorum perpetuos, ſine Iudicio Dei interuenientenon fit. Sed, An cum corpore quidam migrarunt? Nulli migrarunt.

26. Producitur Elias, qui & non *mortuus* dicitur, *& raptus ad cœlum.* Quod mortuus nondum ſit Elias facilè creditur: ſimiliter, quod raptus ad cœlum, quod verò Dei viſione fuerit fœlix, non ité. Pri-

mum

num enim illud docet B. Auguſtinus præter alios, lib. de pecc. Orig. cap 23. *Eliã, inquit, & Enoch non dubitamus in corporibus, in quibus nati ſunt, viuere.* Alterum verò habet liber 4. Regum, cap 2 & Machabæorum 1. cap. 2. At non neceſſe eſt Dei viſione idcircò ſit fœlix, quod in cœlum dicatur raptus, cœlum ad quod raptus dicitur Elias non beatorum domicilium eſt, ſed aër, & ad cœlum raptus dicitur, qui ſurſum in aërem raptus eſt, atque in locum quendam, vbi aduentum Antechriſti præſtolatur, conſtitutus.

Quo modo, quæſo, Dei viſione beatus credi potuit Elias, dum 27.
in cœlum dicitur raptus; cum beata Dei viſio ante Criſti mortem mortalium obtigit nulli? ipſe vero annis ante Chriſtum nōgentis quadraginta plus minus, ſit raptus?

Forſitan, qui ante Criſti mortem fœlix non fuit; fœlix fuit mox 28.
à Chriſti morte, cum alijs veteris Teſtamenti ſanctis Patribus. Verum nec tum fœlix fuit. Corpus quod circumferebat mortale, & minimè glorioſum id non permittebat. Quorum anima Dei viſione eſt fœlix, illorum corpora ex animæ fœlicitate ſunt glorioſa? quod mortem olim ſubituro non fuit conceſſum Eliæ.

Quocirca non probatur ſententia Procopij Gatazei, in Geneſim 29.
Auguſtini item Eugubini in Recognitionibus veteris Teſtamenti, in cap. 2. Geneſ. & Ambroſij Catarini in Opuſ. de conſummata gloria Chriſti, qui Eliam volunt viſione diuinæ eſſentiæ dignatum eſſe.

Sed tamen qui viſione diuinæ eſſentiæ fœlix non eſt; ſingulari 30.
quadam perfectione diuinæ contemplationis donatus eſt. Docet hoc B. Auguſtinus, ſequentibus verbis. *Neq, enim arbitrandum eſt,* inquit, *vel ſic eſſe tam, ſicut erunt Sancti, quando peracto operis die denarium accepturi ſunt: vel ſic, quemadmodum ſunt homines, qui ex iſta vita nondum emigrarunt. Iam itaque aliquid melius habet: quamuis nondum habeat, quod ex hac vita rectè geſta, in finem habiturus eſt.* Ita Auguſtinus, li. 9 Geneſ. ad literam, cap. 6.

Productus etiam eſt Ioannes Euangeliſta: qui & beatus viſione
Dei dicitur; quod ſine Iudicio factum eſſe nequit: & tamen cor 31.
poris ſarcinam nunquam depoſuiſſe; quid arguit ante mortem Iudicium aliquando fieri. Verùm prius illud facilè admittitur: poſterius non item.

Non dubitamus Dei viſione fœlicem eſſe ſanctiſsimum Ioan- 32.
nem. Ab Eccleſia in eius honorem inſtitutum feſtum id nos docet. Neminem illa colit colendumque proponit, nisi beatum Chriſtoque fruentem. Cur vero mortuus negatur? An quia Petro de mor-

te Ioannis interroganti Dominus dixerit. *Si eum volo manere?* Sed non dixit Dominus, Non moritur, ſed *Si eum volo manere.*

33. Certe mortuum eſſe Ioannem teſtantur inſignes Authores? Polycrates in Epiſtola ad Victorem Pontificem, apud Euſeb. lib. 5. cap. 5. *In Aſia,* inquit, *præclara noſtræ religionis tanquam ſeminaria morte conſopita ſunt, quæ reſuſcitabuntur, in extremo die aduentus Domini.* Et infra. *Hic,* inquit, *ſuccedit Ioãnes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit, qui ſacerdos Martyr & doctor fuit & Epheſi etiam obdormiuit;* Hieronymus lib de Script. Eccleſ. *Confectus* inquit *ſenio, ſexageſimo octauo, poſt paſſionem Domini anno mortuus, iuxta eandem Vrbem ſepultus eſt.* Tertullianus lib. de Animæ, cap. 50. *Obijt & Ioannes, quem in aduentum domini remanſurum fruſtra fuerat ſpes.* Omitto reliquos.

34. Producuntur tertio. Core, Dathan & Abiron qui *viui dicuntur deſcendiſſe ad inferos* &c. Damnatos hos fuiſſe, iudicatos eſt veriſimile quemadmodum & omnes, quos in ipſis peccatis mors obruit. Verum mortem non obijſſe eſt veriſimile? nec dici debet. Etiam Core Dathan & Abiron in eorum ſunt claſſe, de quibus Apoſtolus. Hebr. 9. *Statutum eſt hominibus ſemel mori* Mortui igitur prius fuerũt & corpora depoſuerunt; tum deinde eorum animæ poſt acceptam à iudice ſentẽtiam ad infernum, perpetuo cruciandę, deſcenderunt.

35. Non viui cum corporibus ad infernum potuerunt deſcendere. Infernus, ante generalem omnium reſurrectionem. Animarum miſerarum tantum eſt domicilium, non corporum. Sed & cum corporibus hi ante alios cruciarentur, quos tamen multi, & magnitudine, & multitudine peccatorum ſuperaſſent, cum quibus mitius ageret Deus, cum horum pœnam corporum ad iudicij diẽ transferret Et quomodo etiam apud hos locũ haberet illud. *Omnes homines reſurgere habent cum corporibus?* Ita Toſtatus in 16. Num.

36. An Apoſtoli poſsint dici iudicati, adhuc in terra vitam communem cum mortalibus agentes? Hoc vltimo, pro contraria ſententia, argumento quæritur. Reſpondetur verò iudicatos dici non debere. Quamuis enim diuina reuelatione ipſis conſtitit, quod aſſumẽdi ad æthereas ſedes, & Dei viſione futuri eſſent fœlices: in corporibus tamẽ exiſtentes felices non fuerunt. Ignorabant quoque quem felicitatis gradum eſſent habituri: Nec in eo ſtatu erant, vt ſuæ ſalutis incrementa non poſſent promereri. Atque hactenus de 2. Aſſerto.

37. Tertium ſit Iudicium Particulare, diu poſt mortem, differri non ſolet, quid ita? Quia cur differri debeat nulla eſt cauſa: cur ſtatim

fieri,

ſieri, iuſtiſsima. Et hoc quidem poſteriùs in 4 Aſſerto erit docendum: prius verò ita demonſtratur. Si differri oportet, id fiet, vel ratione meritorum quæ plura poſt mortem poſſunt comparari: vel quia à morte homo poteſt & à gratia excidere, & cum Deo in gratiá redire: vel quia, quæ ſecum à morte adfert merita, tanta & talia non ſunt, vt ſententiæ in Iudicio ferendæ reſpondeant: vel denique quia tempus requiritur, quo Iudicem iudicandus homo debet cõuenire. Nullum horum dici poteſt. Quod enim ſi aliquod? aut quid aliud.

Merita poſt mortem nulla comparantur. Hęc vita eſt qua bonũ quod ad felicitatem facit, licet operari. In alia, quamuis benè & malè agere contingat, ad meritorum tamen cumulum non proficiunt quæcunque aguntur. Hic tempus ſementis: illic meſsis. Ibi recipitur, quod hic expenditur, nihil ibi ſeritur, quod aliquádo metatur. 83.

Hinc ſequitur, quod nec à Dei gratia ibi quis poſsit excidere, vel ſi extra gratiam eſt, in gratiam, cum Deo, redire. Nam demeritis à gratia exciditur, quæ vt diximus ibi locum non habent: & meritis fit, vt ad gratiam redeamus, ſi non vt in ſcholis loquimur, *de condigno* certè *de congruo*, quæ quoque ab illa vita ſunt aliena. In illa vita *manet lignum vbicunque ceciderit, ſiue ad auſtrum, ſiue ad Aquilonem.* Eccleſ. 11. 93.

Fortè à morte tot merita atque demerita non afferuntur, vt & Iudicium inſtitui poſsit, & in eodem ſententia ferri. Verum ſi quidam non tot ſecum afferunt, quod ad ſalutem, vel damnationem neceſſaria ſint, quomodo non neceſſe eſt eos perpetuò, à ſupplicijs inferni, & à cœlorum gaudijs ſuſpendi, cum ad præſentis vitæ, quæ ſecum deferunt, merita, nulla alia, poſt hanc vitam, poſsint accedere. 40

Sed nec vlla tam ſunt parua, & pauca iuſtorum hominum merita quæ vitam æternam non mereantur, apud illum, qui etiam ſuam mercedem promiſit *h. iuſtus aquæ frigidæ*. Nec vllum eſt tam leue peccatum lethale, quod non in perpetuum puniri poſsit, & iuſtè debeat, per illum, qui *iuſtitias iudicat*. 41

Longitudo fortaſsis itineris quod conficiendum eſt iudicando ad iudicem aut iudici ad reum iudicandum, tempus póſtulat, intermedium inter mortem atq; iudicij actum. Sed quid ſi illo ipſo loco, vbi vita relinquitur, iudicádo adſit Iudex? quid ſi mox à morte, illo loco ſiſtatur iudicandus, vbi iudex? Sed de hoc alias. Ex quo etiam colligetur, quid ad vltimum, pro contraria ſententia ſit reſpondendum. Nunc priora diſcutiamus. 42.

43. Productus fuit, Theſi ſexta, Doctor Pariſienſis, qui, poſt aliquot à morte dies, ſe *iudicatum* dixit. Ita eſt. Veruntamē, qui poſt dies aliquot ſe iudicatū dixit, antea iudicatus eſſe potuit. An fortè etiā *accuſatum* tum primum dixeris, quando primū funeris die ſe accuſatum aſſeruit? & primò *condemnatum* quando tertio die ſe dixit cōdemnatum? Tempus non poſtulat Vniuerſale totius orbis Iudiciū & Particulare vnius hominis trium dierum requirit ſpaciū? Diſpēſatione diuina, magno hominum bono, factum eſt, vt qui mox à morte, & *accuſatus*, & *iudicatus*, & *condemnatus* eſt, hæc tribus diſtinctis diebus reuelaret.

44. Productus deinde fuit vnus & alter Curma ex B. Auguſtino, quid reſpondetur? Prior mortuus non fuit, nec iudicatus. Dei tamen diſpenſatione permiſſus eſt damnatorum cruciatus in imagine quaſi intueri: poſterior mortuus eſt, & iudicatus. veruntamen non tunc primum ad mortuorum locū peruenit, ſed quando primū corpus depoſuit. Locus mortuorū ſupplicij ipſi officina fuit.

Producti quoque aliqui, qui ad vitam reuocati fuerunt. Plures
45. tales fuerunt, verum ex omnibus, qui à prima morte, ſententiam in iudicio accepit, nullus enim fuit. Si, qui piè hinc diſceſſerunt, digni vita æterna, reuocati ſunt, ex cœlo cœleſtique gloria reuocati non ſunt, quanquam quendam gaudiorum futuræ vitæ guſtum habere potuerint. Si qui impij & æternis ſupplicijs digni rediērūt, æternis gehennæ ſupplicijs traditi non fuerunt, quanquam quendam illorum guſtum potuerint cœpiſſe. Vtrorumque ſententia, & Iudicium fuit ſuſpenſum quod quas ob cauſas Deus voluerit, nos definire non poſſumus, non dubium quin iuſtiſſimæ illi fuerint.

Producti & quidam, qui ex inferno ſunt erepti: qui certè poſt
46. mortem iudicati dici non poſſunt: aut ſi poſſunt, concedēdum Iudicium Dei incertum eſſe, & in inferno ſpem eſſe ſalutis. Quid ad hos? Hoc primum difficulter credi ex inferno aliquos eſſe liberatos. Adducuntur Traianus, Falconilla, & Plato. Vtrum hiſtorijs ſit adhibenda fides, dubitant, non ſine ratione, permulti.

De Traiano enim quæritur primo, ſi ſaluatus precibus B. Gregorij credi poteſt: an etiam à morte ad vitam ſit prius reuocatus?
47. Hoc enim omninò neceſſe eſt, ſi ſaluus factus aliquando eſt, quoniā ſaluari ſine ſacramentis Chriſtianis non potuit; quorum capax niſi ad vitam reuocatus, non fuit, at quis ad vitam eundem reuocatum dixit.

Deinde quæritur, quo fundamento nitantur, qui volunt ſaluatum. Profertur quidem oratio Damaſceni, de mortuis, vbi hoc do-

cetur,

cetur, verum oratio illa Damaſceni non eſt, niſi Damaſcenum ſibi dixeris contrarium, quia in eadem oratione docet *multos ad infernũ damnatos, Chriſti apud inferos prædicatione fidem ſuſcepiſſe, & ſaluatos eſſe:* qui tamen, lib. 2. de fide Orthod cap. 4. *vult hoc hominibus eſſe mortem, quod Angelis eſt caſus*, id eſt nulli ſemel damnato ſpem eſſe ſalutis.

Præterea, quæritur, quomodo ſi orationibus B. Gregorij ſaluatus eſt Traianus, tantum huius tam nouæ & inſolitæ rei eſt ſilentiũ apud Scriptores latinos? & præſertim eos qui B. Gregorij res geſtas, etiam leuiores, ſcriptis poſteritati dederũt. Scripſit vitam ſanctiſsimi pontificis Ioannes Diaconus, quemadmodum eandem ex Romanis archiuis diligentiſsimè collegit, ſed huic rei negat fidem habendam, lib. 2. cap. 44. 49.

Docet B. Gregorius, lib. 34. Moral cap. 13. non poſſe preces ad Deum fundi pro ſalute infidelium defunctorum. & ipſe pro infideli, & Chriſtiani nominis hoſte preces fudiſſet? fortè peccauit? at tunc, vt exaudiretur, non meruit, fortè benè fecit, quomodo igitur negat pro infidelibus defunctis eſſe orandum. Plura de Traiano apud Bellar. Tom. 1, lib. 2. de Purgatorio, cap. 8. 50.

De Falconilla, quæ S. Teclæ precibus dicitur erepta, idem ſit reſponſum. Ex eadem præſumpta Damaſceni Oratione, idem exemplum petitum eſt. Plato verò, niſi certioribus grauioribuſque argumentis vrgeamur nihil nos mouet. Multa alia de Chriſti apud inferos prædicatione referuntur à fide Chriſtiana aliena, inter quæ & illud (quod referunt Irenæus li. 1 cõtra Hereſ. cap. 29. & Epiphanius Hereſ. 24.) Marcionẽ videlicet aſſeruiſſe, *Chriſtũ ad inferos deſcendendo, omnes animas damnatas liberaſſe.* & (quid ſtultius.) *Sanctorum ibidem animos reliquiſſe, quod prædicationi Chriſti ad inferi incolis facta, fidem noluerint adhibere.* Hoc ergò primò dictum ſit. 51.

Deinde detur ex inferno liberatos quoſdam qua iam ratione negabitur à morte eoſdem eſſe iudicatos. An quia Iudicium Dei irreuocabile & quos ſemel ad ſupplicia deſtinat, eos à ſupplicijs nõ reuocat? propterea quod in inferno nulla ſit redemptio? At ordinaria id Dei lege fieri dicetur: quid verò prohibet, vt quemadmodum in alijs rebus præter ordinarias leges, quædam permittit & facit; ita quoſdam ab inferni ſupplicijs, magnis de cauſis & iuſtis, quamuis nobis ignotis, liberet? 52.

Poſſet & illud dici, eoſdem vltimam ſententiam non accepiſſe: ſupplicijs tamẽ fuiſſe ſubiectos, propter illa quæ in vita commiſerunt peccata; ſed ſupplicijs ad tempus ferendis: quod ab ijſdem aliquando liberandi, vltima Dei ſententia, definitoque & abſoluto 53.

Iudicio ſocietati Sanctorum eſſent adſcribendi. Hæc pro tertio Aſſerto omnia.

54. Addidimus quartum. Particulare hominum Iudicium, in cuiuſq; morte exercetur. Hoc ex dictis quiuis facile concluſerit. Cum enim Iudicium hoc Dei hominibus exerceatur: & non ante, aut etiam poſt mortem exerceatur neceſſe eſt exerceatur in ipſa morte an verò illo ipſo momento, quo corpus anima relinquit; an aliquo immediatè ſequenti id in ſcholis diſcutiendum relinquimus.

55. Eſt etiam pro hoc Aſſerto ratio. Quoniam neque dignum eſt aut cõueniens; vt proborum Iudicium, & præmiũ differatur à morte: & dignum, vt improbi, quam primum poſſunt. ſuæ improbitatis accipiant retributionem. Illorum non differendum Iudicium & præmium; quod *ſpes quæ differtur, affligat animã* Prou. 3. horum non differenda ſupplicia vt quę iuſtiſsima omni tempore, etiam improborum conſcientia, cognoſcuntur.

56. Denique hæc eſt Concilij Florentini expreſſa ſententia. Ita enim habet, ſeſſ. vltima. *Definimus eorum animas quæ poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omninò peccati maculam incurrerunt: illas etiam quæ poſt peccati cõtractam maculam, vel in ſuis corporibus, vel iiſdem exutæ corporibus ſunt purgatæ in cœlum mox recipi, & intueri clarè Dominum, trinum & vnum, ſicuti eſt pro meritorũ diuerſitate, alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali diſcedunt, Mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendos.*

57. Quintum denique, ac poſtremum Aſſertum ſit. Iudicium Particulare aliquando à morte ſuſpenditur, & in aliud tempus, pro Dei voluntate differtur. Hoc in duobus hominum generibus accidere veriſimile eſt. Primum in iis, qui à morte aliquando ad vitam reuocantur: tum deinde iis, qui ex ſupplicijs infernalibus transferuntur ad gaudia Sanctorum. In priorum claſſe fuerunt plures; in poſteriorum, ſi aliqui, profectò pauciſsimi.

58. In poſterioribus oportet Iudicium idcircò transferri; quod quæ Iudicium ſequuntur ſupplicia, æterna ſint, ex Domini ſententia, Matth. 25. & optimè B. Auguſtinus, lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 24. *nimiæ dicat eſſe præſumptionis aſſerere eos, non manſuros perpetuò in igne, quibus Veritas dicit* (tam in Particulari, quam Vniuerſali Iudicio) *Ite in ignẽ æternum.* Quocirca cũ horum ſupplicia æterna non ſint ſed temporanea; ſua ipſis Iudicis extrema ſententia. quæ in illo Iudicio fertur, non conſtabit; niſi quando à pœnis omnibus expediti, in æternam Societatem ciuium ſupernorum admittentur. Niſi (quod probabiliter dicitur) etiam his credatur, à morte, Iudicis ſententia

reue-

reuelari, fore; vt, ad quæ deputantur, ſupplicia, non in æternum,
ſed ad tempus ſuſtineant. Quod ſi concedatur, tum profectò non
minus his, quam purgandis animabus, de ſua etiam ſententia, à
morte conſtabit.

Verum in prioribus illis certius conſtat Iudicium transferri. 59.
Nam eorum, quos mori contigit, quidam deſperatę ſalutis aliquan-
do fuerunt; vt fuerunt infideles, & quicunque cum peccatis mor-
talibus aut etiam cum ſolo originali hinc diſceſſerunt: quidam Dei
amici, & de quorum ſalute dubium eſſe non debuit. Vtros verò iu-
dicatos rectè à morte dicemus?

Non illos priores: quod ad vitam reuocati eorum quidam, Chri- 60.
ſtianam religionem ſint complexi, & ſancta conuerſatione ſpem
certam ſalutis dederint, adeoque ſocietati Sanctorum ſint aſcripti.
Hos verò, qua ratione à prima morte iudicatos dicemus; cum *in in-
ferno nulla ſit redemptio? & lignum vbi ceciderit, perpetuò manere debeat?*

Quocirca ſuſpenſum fuerit Iudicium in puero, qui ante baptiſ- 61.
mum mortuus, ad Reliquias S. Stephani excitatus; de quo Euodi-
us, lib 1. de Miraculis S. Stephani: in viro quoque peſsimo, quem
S. Seuerus ad vitam reuocauit; de quo lib 1 Dialog. cap 12. B. Gre-
gorius: in affine quoque Cæſaris, homine Ethnico, quem à mor-
tuis excitatum à S. Petro docet Egeſippus, lib. 3. cap 2: in præfecti
filio, qui in peccato mortali obijt & precibus S. Agnetis reuixit,
teſte Maximo, ſermone 2. de B. Agnete.

Nec iudicatos dixeris illos ſecundos, vereque fuiſſe fœlices; aut 62.
quod eorum quidam poſtquam ſecundo vſuram huius vitæ acce-
perunt, prauè vixerint vel viuere potuerint, idemque irritum face-
re diuinum Iudicium: aut, ſi id dici de nullo poteſt, quod maiores
ijdem progreſſus in ſtudio virtutum fecerint, ideoque maiorem
gloriæ coronam meruerint; quod in ijs, qui ad certum gloriæ gra-
dum ſemel ſunt iudicati locum non habet.

Itaque *abſolutè* à ſua morte iudicatus non fuerit Marcellus qui- 63.
dam vir ſanctus, & à B. Fortunato ad vitam reuocatus de quo Gre-
gorius, lib. 1. Dialog. cap. 9. Sanctus item Maternus, quem aliqui ſe-
cundò, aliqui tertio exiſtimant hanc præſentem vitam ingreſſum.
Lazarum quoque ſororum ſanctarum, Magdalenæ atque Marthæ,
fratrem, qui à Domino à mortuis eſt excitatus. Atque ita de iudi-
cio horum ſentiunt B. Thomas in 4. diſt 43. quæſt. 2. ar. 2. Richar-
dus, Durandus atque alij ibidem.

Interim tamen, qui à prima morte iudicati non ſunt, ſi aliquan- 64.
do iudicati ſunt, vt ſunt, à morte iudicati ſunt. Quocirca & cū hoc

Aſſerto, quartum conſiſtit, mox à morte, ſiue in morte iudicium Particulare, cum hominibus peragi. Quanto verò tempore ad id peragendum eſt opus? Hoc ſequenti Capite inueſtigandum eſt.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quanto tempore prorogatur Iudiciũ Particulare, cum ſingulis, quæ iudicantur, animabus.

Breuiſſimo admodum peragitur, adeoq; vnico momento
Illo ſcilicet medio, poſt mortem, & aliam vitam.
Hinc Dominus aduentum comparat furi & fulguri
Nec contrarium ſuadent, aut modus cauſas diſcutiendi, aut vlla exempla quæ in contrarium poſſunt afferri.

1 LOngiori Temporis mora Iudicium Particulare peragi, ex tribus quis forſitan ſuſpicabitur. Primum eſt multitudo cauſarum, quæ in iudicium veniunt. Alterum eſt modus eaſdem definiendi, Tertium exempla eorum, cum quibus Iudicium longiori tempore videtur productum.

2. Quamuis enim quidam eorum, qui hoc Iudicium ſubeũt, vnam forſitan, aut alteram cauſam habeant (vt ſunt, qui aut in Originali peccato hinc diſcedunt, aut cum ſolius baptiſmi ſacramento) pauci tamen hi ſunt, aliorum comparatione, qui multis annis vixerunt & ad Iudicium deferent cauſas omnium operũ, omnium verborum, omnium cogitationum, &c.

3. Sic modus diſcutiendi has cauſas tempus aliquod non breue videtur poſtulare. Neque enim dicta, facta cogitataue tantum proponuntur, etiam quà intentione omnia peracta à qualibus item perſonis, quibus locis, quibuſue temporibus, & quorum cum fructu aut detrimento expenditur. Summa, quidquid in dictis factis cogitationibus ad cumulum vel cruciatum, vel gaudiorum, quouis modo facit attenditur.

4. Produximus quoque ſuperius Capite ſexto, quoſdã, qui in hoc Iudicio non breui videntur fuiſſe tempore. Inter quos ille eſt cuius, Climachus meminit grad. 7 Schal. qui in Iudicio poſitus nunc quædam negabat, nunc quædam admittebat; & horum iam veniam precabatur, iam teſtabatur pœnitentiam. Ille quoque quem Beda docet multitudine criminum tandem conuictum deſperaſſe Plures iam dictum Caput ſuppeditat.

Interim tamen res non ita ſe habet. Nec cauſarum multitudo, nec

nec modus eaſdem diſcutiendi moram diuturniorem requirunt: nec producta exempla conuincunt protractum aliquando Iudiciũ fuiſſe. Nonne in extremo illo Generalique Iudicio non proprias ſolum, verum etiam omnium mortalium cauſas omnes intuebuntur? Et quemadmodum in Particulari, nonne in Generali quoque omnes cauſæ diſcutientur? omniumque ratio habebitur, ex quibus vel ſupplicium Iudicandorum, vel corona gloriæ incrementa accipit? & tamen in ictu oculi hæc fient omnia.

Exempla, quæ produximus, non Iudicij moram oſtendunt; ſed 4.
nunc conſcientiæ afflictæ anguſtias; nunc hominum cum Spiritibus immundis colluctationes, quas illo tempore Nequam nobiſcum ſuſcipiunt; quo ſi nobis non triumphant, nunquam ſunt triumphaturi.

Porro breuiſsimo tempore, atque adeo vno momento Iudi- 5.
cium hoc peractum iri docent clariſsimè quæ præcedenti capite ſunt concluſa. Quid enim inter præteritum, atque futurum eſt medium niſi indiuiduum præſens, momentum atque inſtans? Ergò illo tempore quod inter præteritam hanc vitam atque futuram eſt medium, Iudicium exerceatur; omninò neceſſe eſt momento breuiſsimo abſoluatur.

Et Dominus idem docet duplicium rerum ſimilitudine, quibus 6.
ſe atque aduentum ſuum comparat, *furis*, ſcilicet, & *fulguris*. Nam & aſſerit ſe *vt furem venturum*, 1. Theſſ. 5. & aduentum ſuum futurum, *vt fulgur quod in Oriente oritur, & paret vſque ad Occidentem.* Fur enim capta præda velociſsimè diſcedit: & fulgur vno momento ab oriente in occidentem elucet.

Præterea mox à morte animam ſuam, quæ ipſis debetur, habent 7.
mercedem at mercedis retributio Iudicij quædam eſt executio, atque effectus, ipſumque Iudicium ſequitur: impoſsibile igitur longiori tempore exerceatur. Quid porrò hic dubium?

Forſitan à morte negatur animabus, mox ſuam eſſe mercedem. 8.
At cur hoc negatur? An quia fieri non poteſt, vt mox à morte in cęlo ſint, in inferno iudicandæ animæ? At poſſunt ſuam habere mercedem, quãuis nec in cœlo ſint, nec in inferno. Cœlũ habent, quæcunque Dei fruuntur fœlici viſione, quæ ad locum, id eſt, cœlum empyreum, beatorum domicilium ligata non eſt. Infernum habent quorumque cruciatus perpetuos ignis infernalis ſuſtinent, quamuis & extra inferorum carceres illæ exiſtant.

Non ea beatitudinis eſt ratio, vt niſi quis cæleſtia illa vaſtiſsima 9.
quę corpora penetrauerit, atque cœlum empyreum ingreſſus ſit,

beatus eſſe non poſsit. Non in hoc infelicitas conſiſtit miſerorum, vt in corde ſint terræ, vbi Dæmonum creditur eſſe domicilium, & carcer. Ordinaria illa beatorum & damnatorum ſunt loca. Nihilominus, quemadmodum vbique eſt Deus, ita vbique poteſt velle, & eſſe ſuũ hominibus cœlum & fœlicitatem, infernum & extremam miſeriam. Hoc ergò nomine probi ſunt felices, quia Dei fruuntur viſione: hoc nomine improbi infelices, quia igne cruciantur infernali, quem & extra infernum habent Dæmones qui aërem obſident, quemadmodum ſuum cœlum & felicitatem Angeli boni
10. qui hominibus ſæpè adſunt in terris.

Quocirca & illæ animæ; quæ ad infernum vehi obſeruatæ ſunt, antequam ad inferorum loca peruenirent, ignem ſecum ferebant infernalem: & quæ viſæ ſunt rapi ad cœlum, Dei fuerunt viſione felices, antequam etiam ad cœlum empyreum, beatorum domici-
11. lium venirent.

His addo, quod animæ corpora egreſſæ, etiam mox in ſuis poſſint eſſe locis, & ſibi paratis ſedibus: mox in cœlo eſſe animæ beatorũ: mox eſſe in inferno, animæ damnatorum, quamuis non media, vaſtiſsimaque ſpacia conficiant, & metiantur, quæ inter infernum, ſiue cœlum atque locum vbi corpora deponunt, interſunt,
12. quod quemadmodum fiat, docent Doctores Scholaſtici.

Et hoc quidem communiter, & frequentiſsimè accidere exiſtimamus, vt, ſcilicet, & beatæ animæ, mox atque corpus relinquunt ſunt in cœlo: & miſeræ, mox poſt depoſitũ corpus ſunt in inferno iuxta illud Iob. 21. ducũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendũt. Poteſt nihilominus ſuas iuſtiſsimas habere cauſas Deus, cur quorundam cruciatus, antequam ad miſerorum loca perueniãt velit obſeruari à mortalibus: & quorundam ab ijſdem deprehendi felicitatem, antequam ad cœlum perueniant. Vt vt ſit, hoc certum, ſuam mercedem mox omnes habere, poſtquam corpora deponũt.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Quonam loco Particulare Iudicium cum ſingulorum animabus exerceatur.

1. Non exercetur in ſingulis animarum proprijs ſedibus.
Quia poſſeſsio ſeduũ ſequitur Iudiciũ
2. Nec exercetur in cœlo.
Quia multi iudicati & iudicantur, Qui cœlum nunquam intrarunt.
3. Exercetur vbi anima corpora deponunt, quocunque hoc loco contingat.
4. Non neceſſe eſt vt Iudex deſcendat ad loca vbi anima iudicatur.
Solutio contrariorum locorum.

DE tribus locis dubium eſſe poteſt, vbi animæ Particula- 1.
re Iudicium ſubeant, illo, vbi corpora relinquunt: cœlo, vbi creditur eſſe iudex: atque vbi ipſæ habituræ ſunt ſuas perpetuas, vel ad tempus ſedes. Si priora duo loca conſtituantur; omnibus animabus eadem erunt vbi iudicentur, ſi poſteriora, non eadem, ſed alia atque alia.

Loca enim quo animæ migrant, accepturæ ſua domicilia atq; ſe- 2.
des, varia ſunt, & præcipuè quatuor, primus eſt cœlum empyreum beatorum domicilium, alter infernus, carcer damnatorum: tertius purgatorium, ad quem perueniunt, in quibus aliquid eſt purgandum, vnde deinde ad cœlum transferuntur. quartus limbus Patrũ, qui ante Chriſti paſsionem ſeruiuit ſanctis Veteris Teſtamenti Patribus, poſt putatur ſeruire ijs, qui hinc diſcedunt cum peccato Originali hæc loca.

Et pro omnibus locis videntur militare rationes, omnibus vi- 3.
detur Iudicium particulare exerceri. Pro primis illis, vbi animæ deponunt corpora, videtur hæc eſſe; quod mox à morte animabus ſententia ſua conſtet: & præterea; quod ad certas ſedes deduci non poſsint, niſi iam iudicatæ; cum locorum occupatio, præcedentis Iudicij videatur quædam eſſe executio.

Et ſint qui dicunt Chriſtum venire ad ſingulos homines mori 4.
entes, vt de illis Iudicium ferat. Hocque ſibi rectè videntur colligere ex illo Matth 13. & 24. *Vigilate, quia neſcitis, qua hora filius hominis veniet.* Vnde Innocentius 3. lib. 2. cap. 43. de Contemptu mundi dicit *omnem animam, priuſquam de corpore egrediatur, videre Chriſtum in Cruce poſitum.* Pro eodem facit, quod 1. Timoth. 6. dicitur, *vt ſerues mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq; ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*, id eſt, vſque ad diem mortis. Et de iuſtis ſaltem poteſt hoc confirmari, illis Chriſti verbis Ioa. 14. *Si abiero & præparauero vobis locum; iterum venio & recipeam vos ad meipſum.* Etenim præſentis temporis *venio*, mox illud futurum ſignificat, ideoque non ad Vniuerſale Iudicium, longo poſt tempore futurum, videtur pertinere.

Pro cœlo verò nõ leues ſunt Patrũ ſententiæ, qui Iudicẽ in cœlo 5.
conſtituunt, eidemq; animas volunt præſentandas, atq; ibidem iudicandas. *Cum anima ſeparatur à corpore* inquit B. Auguſtinus, lib. de vanit. ſeculi, cap. 1. *Veniunt angeli, & perducunt eam ante tribunal iudicis.* Eodem modo loquitur D. Bernardus, in Meditationibus, cap. 1. & Hugo de S. Victore, lib. 1. de Anima ca. 2. & Chryſoſtomus

homil. 14. in Matth. *Omnes*, inquit, *animæ, cũ hinc emigrauerũt, ad terribile illud deducentur tribunal.* Idem ferè habet homil. 46. ad populũ.

Pro tertijs eſt illud, quod animæ nulla loca habẽt niſi aut in corpore, aut ijs ſedibus quæ pro meritis ſunt à Deo ipſis deſtinatæ, & ob id cum in corpore exiſtentes Iudicium non ſubeant oportet ſubeant in ſedibus, ſibi deſtinatis. Itaque mox à corpore ſingulæ ſuis ſedibus, vt plurimum conſtituerentur, ibidemque & Iudicis ſententiam intelligerent & ſententiæ ſimul reſpondentem mercedẽ acciperent.

7. Omnia hæc probabilitatis ſpeciem habent, ſed tamẽ in re difficili quod veriſimilius exiſtimatur, quatuor Aſſertis proponimus, ſaluo interim ſingulis ſuo iudicio. Neque enim facilè erroris damnaueris, quid quis horum dixerit.

8 Primum ergò Aſſertum eſto. Iudicium Particulare non in ſingulis animarum ſedibus exercebitur: ita, videlicet, vt primum animas ſingulas ad ſuas ſedes deferri oporteat, atque ibidem deinde ſententiam Iudicis accipere. Quamuis enim fieri poſſit, & vt plurimũ quoque fiat, vt mox à morte in ſedibus ſuis ſint animæ, abſque eo quod media ſpacia tranſeant; quia tamen occupatio hęc ſedium, Iudicij quædam eſt executio, ſi non tempore, profectò natura oportet ſequatur Iudicium.

9. Præterea vniuerſalis hæc lex eſſe non poteſt, vt in ſuis ſedibus omnes iudicari dicamus. An fortè illæ iudicabuntur, qui non, niſi poſt multum temporis ad ſua loca perueniunt? Certè aut hos non oportet in deſtinatis ſibi locis iudicari, aut iudicium ipſorum ad longum tempus differri, quod cum ijs aduerſetur, quæ ſuperius rectè ſunt definita, ſi non omnes, has rectè non oportet in ſibi deſtinatis ſedibus iudicari. Quod verò quidam non ſtatim, ſed poſt aliquod tempus ad ſua loca perueniant, quia alias demonſtratum eſt hic probari non debet.

10. Tertiò, quorundam loca temporanea ſunt, vt quæ ad tempus occupanda, deinde relinquenda. Sic Purgatorij eſt locus, & ante Chriſtum Patrum limbus. Quæ ergo ad hæc loca deuenient, quibus quæſo ſententiam Iudicis accipient? Indignum eſt illam differri, donec ad vltimo deſtinata perueniant. Si verò mox intelligetur à morte, non neceſſe dicamus deſtinatis locis Iudicium ſingularum fieri. Hoc primum Aſſertorum.

11. Secundum ſit, Nec in cœlo Particulare omnium iudicium exerceri. Et hoc primum quidem de illis eſt manifeſtum, quæ Chriſtum præceſſerunt. Neque enim horum quiſquam cœlum intrauit, quẽadmodum

admodum non malè quidam ex illo Ioan. 14. *Vado parare vobis locum* colligunt. Sed & cœlum omnibus clauſum fuit, donec aperiret ille, qui profectus eſt, vt locum pararet Si verò omnibus illis temporibus clauſum fuit, quo modo quicunque ex ha c vita diſceſſerunt, cœlum, vt ſententiam acciperent, aſcenderunt.

Præterea quantus ſingulis diebus, imo ſingulis horis, aliquando etiam vno eodemque momento animarum numerus aſcendet. Neque enim rarum multos ex hac vita, nunc vno anno, nunc vno die nunc etiam eodem momento ad aliam tranſire, & tamen hos oportet primum ad cœlos peruenire, ſi omnes in cœlo Iudicium ſubire & ſententiam ſuam oportet accipere. 12.

Rurſus, neceſſe non eſt, vt pro ſententia accipienda cœlum conſcendant animæ, quia quam accepturæ ſunt ſententiam, non minus in quouis loco, quam cœlo poſſunt audire atque intelligere. Quæ igitur neceſsitas, vt in cœlo Iudicis conſtituatur tribunal? ad illud tendant Iudicium ſubituræ?. 13.

Fortaſsis poſt Chriſtum incumbit neceſsitas cœlum aſcendendi, atq; ibidem Iudicis ſententiam audiendi. Cur incumbat nulla eſt cauſa. Etenim quo tempore adhuc Chriſtus in terris nobiſcum conuerſabatur, propter iudicem, (ſi quidem ipſe omnium iudex conſtituatur) aſcendere neceſſe non fuit, quia in terris, non in cœlis inueniebatur Chriſtus: quando verò ipſe cœlos aſcendit, cœlum petere non fuit neceſſarium iudicandis, quod vt in cœlis, ita omnibus locis, extremam ſententiam Dominus poſsit reuelare. 14.

Et ſi in aliquibus animabus concedatur quod in cœlo Iudicium ſubeant, in omnibus fieri quis credet? An aſcenſuræ ſunt, in quibus quædam ſunt expurganda? aſcenſuræ, quæ ad perpetuos inferorũ carceres damnantur? *Nihil immundum & coinquinatum cœlum ingreditur*, Apocalyp 21. peccatum & quidquid ex peccato contractum eſt locus ille non ſuſtinet. 15.

Nec contrarium nobis ſentiunt, vt putamus; qui ſuperius producti ſunt Patres. Animas tantum à Chriſto iudicandas docent. quod, fieri poteſt, quamuis etiam non ad cœlum perueniant, vt poſtea docebimus Ab Angelis verò illæ dicuntur perducendæ ad Iudicis tribunal: quia mox à morte ſine ſocietate Angelorum non ſunt; & ab iiſdem ſingulæ ad deſtinata ſibi loca vel ducuntur, vt bonæ; vel rapiuntur, vt malæ: hæ à malis Angelis; illæ à bonis. Quanquam & dici poſsit ad noſtrum Iudicium alluſiſſe Patres, & ex noſtro nos ad illius voluiſſe notitiam deducere: ſicut & illud, non di- 16.

ci à Patribus animas ad cœlum transferendas, ſed ad Iudicis tribunal, quod iuxta ipſas animas eſſe poteſt.

17. Tertium aſſertum eſt. Iudicium Particulare exercetur, vbi animæ corpora deſerunt, id eſt, iuxta, vel pone ipſa corpora, quæ deponunt. Hoc non malè ex dictis intuleris. Si enim non in ſuis ſedibus iudicantur; nec in cœlo: & tamen neceſſe eſt ad ſuas ſedes tendere à morte; vbi iudicabuntur, niſi vbi ſuum corpus deponunt; & vnde ad ſuas ſedes tendunt. An verò ad animas iudicandas Iudicem deſcendere neceſſe eſt? Pro hoc ſit ſequens Aſſertum.

18. Quartum aſſertum. Non neceſſe eſt Iudex, ad loca, vbi animæ iudicantur, deſcendat. Si enim Deus Iudex conſtituitur, deſcendere ille rectè non dicetur, quod vbique ſit præſens; & quocunque loco animæ exiſtant, ab ipſo ſententiam poſsint accipere. Si verò Chriſtus; vt ſemper deſcendat, nullo modo conuenire videtur. Sed hæc modo ſufficiant. Plura, quando de Iudice agemus.

19. Vnum ſupereſt, argumentis reſpondeamus, quæ Iudicem ad iudicandos docent venire. Profertur illud Matth. 24. *Vigilate, quia neſcitis qua hora filius hominis veniet.* Sed quid ſi de vniuerſali Iudicio Dominus intelligatur locutus? ad quod ipſe de cœlo venturus dicitur, cum poteſtate & maieſtate? quanquam & de Particulari illud accipi poſsit ad quod Dominus venire dici poteſt, non quia autoproſopos ipſe futurus erit præſens; ſed quia efficaci eius voluntate atque imperio ſingulis retribuetur, prout geſſerunt in corpore, ſiue bonum, ſiue malum.

20. Producitur illud, 1. Timoth. 6. vbi Timotheus iubetur *ſeruare mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq; ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*; quod de morte ipſius intelligi neceſſe eſt; cum vt poſt mortem mandatum ſeruet ipſi imperare nemo poſsit. Ita eſt, vſque ad mortem mandatum ſeruare iubetur, in morte quoque exſpectare aduentum Domini, quia in morte, Domini voluntate pro mandato ſeruato mercedem copioſiſsimè eſt reportaturus. Poteſt quoque dici in morte Dominum ad nos venire: quia nos ad Dominum in morte venimus: quemadmodum & in oratione dominica dum Regnum Dei aduenire nobis poſtulamus, petimus nos ad Dei regnum venire poſſe.

21. Producitur demum & illud, Ioan. 14. *Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & recipiam vos ad meipſum.* Verum ſecundus aduentus eſt de quo loquitur Dominus, tunc veniet, & ad paratum electis locum, ſuos, vnà cum corpore, & anima aſſumet. Nec obſtat præſentis temporis verbum *Venio*, quo proximè inſtare aduentus,

de quo

dè quo Dominus loquitur, ſignificatur, quoniam licet aduentus ſecundus ſiue poſtremus, tempori collatus ſerus videatur, tamen æternitati ſi comparetur, citò venturus dicitur in Scripturis. Ita Ioan. 1. cap. 2. *Filioli nouiſſima hora eſt.* 2. Petri. 3. *Mille anni apud Dominum ſicut dies vnus* Apocaly. 1. *quæ oportet fieri à te.* Hanc breuitatem Dominus verbo præſentis temporis, *Venio*, indicat. q. d. iam iam proximè aduentus meus adeſt. Poteſt quoque dici Præſens *Venio*, loco futuri *Veniam* poſitum eſſe. Neque enim hoc nouum eſt in Scripturis.

Finis prioris partis de Iudicio Particulari.

SEQVI-

SEQVITVR ALTERA PARS TRACTATVS DE PARTICVLARI IVDICIO

quod in ſingulorum morte peragitur.

ALtera parte præſentis diſputationis de Iudice, à quo in Particulari Iudicio ſententia exſpectatur, agendum eſt, de quo, ſi non plura, profectò difficiliora ſunt, quæ in quæſtionem veniunt. Et difficilius quoque hîc quid de omnibus ſtatuendum inuenitur, quod Sacrarum Scripturarum atque ſapientum authoritate perſæpè videamur deſtitui; ratione quoque atque experientia parum iuuari. Quæ tamen vndecunque coniectura poſſumus conſequi, proponemus; & propoſita potius volumus, quam temerè concluſa. Diſquirenda autem hæc ſunt.

Sitne aliquis Iudex in Particulari Iudicio conſtituendus

An Iudex ille Deus ſit, an potius Dei loco aliquis Spiritus, ſiue creatura.

An Chriſtus omnium á condito mundo iudicatorum Iudex fuerit,

An Chriſtus in fine ſeculorum, & poſtquam homo factus eſt. cæperit eſſe Iudex.

An in Chriſto conditiones Iudicis fuerint, vel eorum aliquid defuerit, quod ad Iudicem perfectum requiritur.

Vnde acceperit Chriſtus poteſtatem hoc Iudicium exercendi.

An Pater & Spiritus ſanctus ita contulerint Chriſto poteſtatem iudicandi, vt ipſi iam nihil in Iudicio agant.

Quanta hæc fuerit poteſtas iudicandi in Chriſto.

Qua ratione, ſiue quo titulo, Iudiciaria poteſtas Chriſto conueniat.

Quando Chriſtus hanc poteſtatem acceperit, & vti eadem cœperit.

An Particulare Iudicium per ipſum Chriſtum; an per alium, Chriſti nomine fiat, qui Chriſti perſonam agat.

Quomodo Chriſtus Iudicandis ſententiam dicat; an corporali an ſpirituali voce.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab iiſdem videatur.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat, & ab iiſdem videatur.

An cum aliqua maieſtate & poteſtate appareat.

An & quomodo Chriſtum cognoſcant omnes, quibus in Iudicio particulari ipſe appareat.

Sequuntur Capita Secundæ Partis.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

An neceſſario ſit aliquis conſtituendus Iudex, pro Particulari Iudicio.

Melius aliquis conſtituitur quam negatur:

Tum quia Iudiciũ Iudicis eſt actus,

Tum quia Vniuerſale ſuum habet Iudicem.

Tum quia ſpiritus dum in hoc Iudicio ſeruiunt non latet ſententia Iudicis.

Tum quia ita ſentiunt Patres.

Fortè tamen non multum erraret, qui certum Iudicem negaret.

A multis quoq; difficultatibus idem ſe expediret, ad quas, qui Iudicem admittunt, debent reſpondere.

1\. Difficultas, quæ in conſtituendo Iudice hic interuenit, efficit vt quæramus Sitne aliquis Iudex in particulari Iudicio conſtituendus. Et profectò, ſi doctum fuerit cōſtituendum nullum, multo labore in quæſtionibus ſequentibus liberabimur; quem neceſſe eſt ſuperare, ſi Iudex aliquis, certus conſtituatur, qui ſingulis, prout geſſerunt in corpore, mercedem in Iudicio retribuat.

2\. Difficultas verò ex eo oritur potiſsimum, quod quis conſtituendus ſit, difficiliter inueniatur. Nā vt vnus aliquis fuerit à condito mundo qui ad mundi vſque conſummationem omnes iudicet, & iudicarit vix fieri poſſe videtur. Quem enim dixeris? Chriſtum Dominum? At nō ſemper ille fuit. Deum Opt. Maximum? & Chriſtum hominem ſic excluſeris, cui tamen *omne Iudicium* dicitur *contuliſſe Pater*. Ioan. cap. 5. Vt verò plures ſint, non videtur conuenire; quod vnus omnibus poſsit (fortè etiam debeat) ſufficere: & fruſtra debeat tribui pluribus, quod ab vno rectè, perfecteq; perficitur.

3\. Nec (quod aliqui timere poſſunt) ſi Iudex aliquis eſſe negetur, qui mortalium cauſas dijudicet, ob id cogemur dicere mercedem ſingulorum vſque ad extremum Iudicij diem differri, ſuſpenſaque eſſe peruerſorum ſupplicia, bonorum præmia, quoniam poteſt quiſque à morte laborum ſuorum fructus percipere, & vel tunc propria conſcientia dictante, vel poſt, Chriſto in extremo Iudicio iudicante, intelligere iuſtiſsimam eſſe retributionem, quæ confertur. Quid enim horum impoſsibile? aut quid iniuſtū? quid nouū? Sic neque neceſſe erit hac ratione Iudicium Particulare tollere.

4\. quoniam hoc ipſo Iudicium illud peragi, à morte, dicetur; quod vnuſquiſque quæ ſibi debentur, recipiat, iuſtiſsimaque intelliget quàm reportat meritorum retributionem, quamuis etiam nec corā Iudice comparuerit, nec Iudicis vocem & ſententiam acceperit. Quid enim opus Iudicis ſententia? quid opus Iudici ſiſtatur iudicandus? Siſtendus aliquando (in fine ſeculi) atque tunc vna omnibus ſententia poteſt ſatisfacere. Sufficit nunc vnumquemq; pro meritorum ratione accipere mercedem: & intelligere iuſtiſsimam eſſe mercedem, quæ vtraque ſine Iudice poſſunt fieri.

5\. Probabiliter hæc dicuntur, Nec facilè erroris damnabitur à plurimis etiam difficultatibus ſe expediet, qui ita loquetur, aut ſentiet. Sed tamen mallem dicere & in hoc particulari Iudicio ſuum eſſe Iudicem; quemadmodum ſuus eſt, in Generali: & quemadmodum in Generali non ſufficit vnicuique ſua Quemlibet iudicans & damnās vel ſaluans conſcientia ita neque hic illam ſufficere.

Ipſum

Ipſum nomen Iudicij hoc ſuadere videtur. Quod enim verum Iudicium dixeris, vbi nullus Iudex? an non iudicium Iudicis quidam eſt actus? Et cum in eodem vel præmia probis vel ſupplicia improbis decernuntur, hæc quis, niſi Iudex, decernit? Vt veræ reæ & benè ſibi conſciæ conſcientiæ hæc præſtent, non conuenit quod nullus in ſua cauſa bonus ſit Iudex: & quod aliæ ſint partes iudicandorum, aliæ Iudicis.

Præterea cuiuſque conſcientia, quamuis etiam ſine Iudicis ſententia, quæ ſibi debentur probè intelligeret, non tamen hoc ipſo rectè iudicata dicetur. An quicunq; intelligit quæ ſibi meritò debentur præmia, vel ſupplicia, ad hæc dicetur iudicatus? Speculatiui intellectus ille actus eſſe poteſt: Iudicium verò eſt practici: & quo alterius imperio atque ſententia efficaciter homo intelligit, hæc ſibi deberi. 6.

Similiter ex eo, quod Particulare hoc iudicium vocatur, arguit iudicem in ipſo neceſſarium eſſe. Præcipua enim quæ hoc, ab Vniuerſali, diſcriminat differentia eſt, quod hoc priuatim fiat atq; cum ſingulis ſeorſum: illud publicè, atque in communi omnium hominum conuētu alioquin vt in illo eſt certus, præter iudicandos, Iudex, ita quoq; hic præter quemlibet iudicandum, neceſſe eſt certū cōſtitui iudicē, cuius ſententia præmia decernuntur & ſupplicia. 7.

Statim à morte deducuntur, vel rapiuntur ad loca ſua ſinguli, qui ex hac vita diſcedunt: idq; per Angelos, nūc bonos nūc malos prout poſtulat cōditio iudicandorum Dubiū de hac re nullum eſt. An verò propria hoc Angelorum fit authoritate? Non propria, ſed Dei id faciunt voluntate. Rurſus, dum hoc illi faciunt, an ignorare poſſunt quas ob cauſas hos deducunt ad cœlos, illos rapiunt ad inferos? Non poſſunt ignorare. Quid verò prohibet vt quemadmodum Angeli hæc norunt, quorum tamen cauſa non agitur, ita norint illi, quorum cauſa agitur, mortales? Habebunt igitur & hi iudicis ſententiam, adeòque iudicium ſubibunt. 8.

Duobus modis Patres, qui de hoc Iudicio loquuntur hic nobis pro iudice admittendo ſeruiunt. Vnus eſt, quia Tribunal conſtituūt coram quo ex hac vita diſcedentes volunt comparere, ibidemque benè vel malè actæ vitæ rationem reddere. Alter quia iudicis quoque mētionem faciunt. Et hoc quidem expreſſè iudicem concedunt, illo vero priori implicitè, propterea quod Tribunal non niſi iudici iudicaturo conſtituatur. 9.

Et *tribunal* quidem proferunt B. B. Chryſoſtomus atque Auguſtinus. Chryſoſtomus, homil. 14 in Mat. ſic loquitur: *ſicut illi, qui* 10.

de carceribus educuntur, vnà cum ipſis catenis ad Iudicem pertrahuntur ſic omnes animæ, cum hinc emigrauerint, varijs peccatorum catenis implicitæ ad terribile illud ducentur Tribunal Auguſtini ſunt ſequentia verba, lib. de vanitate ſeculi, cap. 1. *Cum anima*, inquit, *ſeparatur à corpore, veniunt Angeli, vt perducant illam ante Tribunal Iudicis.*

11. *Iudicem* verò produnt duobus modis, nunc indefinitè, nunc definitè adeoque ipſum nominãdo. Indefinitè, iam dicto loco B. Auguſtinus definitè autem, eumque nominando, Innocentius 3. qui Chriſtum à iudicandis exiſtimat conſpiciendum. & B. Cyprianus, cuius hæc eſt oratio, Serm. de Mortalitate. *Gratulari*, inquit, *oportet, & temporis munus amplecti: quod dum noſtram fidem firmiter promimus, & labore tolerato ad Chriſtum, per anguſtam Chriſti viam pergimus, præmium vitæ fidei, ipſo iudicante capiamus.*

12. Et quid quæſo prohibet, cur minus Iudex in hoc Iudicio conſtitui debeat? An quia plures & non vnus, admittendi eſſent? Sed quid ſi vnus omnium mortalium conſtituatur? Quid etiam prohibet plures eſſe alijs atque alijs temporibus? ſi vnius eiuſdemque prudentiæ ſint illi, æquitatiſque egregiè amantes? Verum de hoc in ſequentibus.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Deus ne per ſe, an potius aliqua creatura, Angelus v. g. Iudicem agat in Particulari Iudicio.

Potuit Deus alicui Angelorum imponere mortalium hominũ Iudicium.
Non hoc dubium.
Nullus Angelorum potuit Iudex fuiſſe omnium, qui ſunt iudicati
Quia omnes iudicati
Optime dicitur Iudicium Particulare per ipſum Deum immediatè fieri.
Ipſe enim omnes ad Iudicij effectum creauit.

Ipſe Iudicio poteſt effectum dare,
Ipſe valet authoritate apud iudicandos.
Ipſe meritò habet rationem legum ſuarum.
Ipſe poteſt præſtare, quæ in Iudicio neceſſaria
Ipſe Iudex in Iudicio generali,
Ipſi merito omnis creatura ſiſtitur in fine vitæ,
Ipſe ſic miſericordiæ & iuſtitiæ dat argumenta,

1. FOre Iudicem aliquem in Iudicio Particulari conſtitutum eſt, quæramus nunc, Quis ille ſit. Atque vt à generalioribus atque vniuerſalioribus ad particulariora deſcendamus, primum diſquiramus Deus ne ſit, ſiue omnium

omnium creator, an potius aliqua creatura. Nam Deum non futurũ, poſſet quis ex duobus conijcere. Primũ eſt, quod apud mortales in hoc ſeculo fieri obſeruemus, vt apud quos ſumma & poteſtas ipſi pro tribunalibus nõ ſedeãt & per ſe cauſas definiant, atq; diſcutiant; ſed ſuos habeant Vicarios, & Officiales, per quos ius dicunt. Quid vero prohibet, vt ſimiliter diuinũ Iudiciũ exerceri dicamus,

Alterum eſt, quod omnia propemodum per Angelos Deus in hoc inferiori mundo efficiat. Per illos de ſua voluntate nos faciat 2
certos: per illos, ſoletur afflictos: tueatur atque defendat oppreſſos ducat atque reducat: puniat atq; vindicet; quemadmodũ paſſim diuina docent eloquia. Et qui hæc, atq; his ſimilia, exercent Angeli, quid ni Iudicium quoq;, Dei nomine, apud homines exequentur.

Duo hic ſunt certa. Primum eſt, potuiſſe alicui Angelorũ à Deo 3.
officium hoc tributum eſſe, vt ipſius nomine mortales iudicet, atque vel præmia perpetuò duratura, vel ſempiterna ſupplicia denuncient. Quid mirum? Quod per ſe poteſt Deus, quidni poſſet creaturarum miniſterio? ſi quidem illud poteſtatem atque vires non ſuperet creaturarum, vt non ſuperat hoc opus.

An forſitan hoc ipſarum vires ſuperat? Non ſuperat. Quemad- 5.
modum in alijs rebus plurima quæ diuino iudicio conſtituta ſunt atque definita, per Angelos adminiſtros mortalibus denunciantur, ita quoque poteſt, quæ cuique merces debeatur, cum authoritate, atque efficaci imperio, denunciari Deo mox ſingulis ſuam mercedem conferente. Homines poſſunt ſic iudicare homines, pro Dei voluntate, non poterunt Angeli homines? Et qui Angeli in extremo iudicio quidam q. Iudices ſunt futuri, non poterunt eſſe in Particulari? Hoc primum.

Alterum eſt, Angelorum nullum, ſed nec vllam rationalẽ crea 6.
turam, Omnium, qui iudicati ſunt, Iudicem poſſe conſtitui, aut debere. Quid ita? quia nulla omninò fuit, eſt, aut erit creatura rationalis, quæ Iudicium Particulare non ſubiuit aliquando, aut olim ſubibit, & quomodo ergò omniũ vnà aliqua erit & Iudex? an forſitan vna, & Iudex erit, & iudicabitur à ſeipſa.

Atque vt hæc duo certa ſunt, ita non exiſtimamus alienum à ve- 7.
ritate vt Omne Iudicium ab Angelis auferamus, omne ſoli Deo tribuamus: dicamus Deum tantum eſſe, cui & conueniat Particulare Iudicium exercere, & Deum eſſe, qui idem, per ſe, illud exerceat. Certe conuenire vt exerceat, atque adeo exercere intelliget, qui & Dei functiones volet diligentius attendere, & quæ illius Iudicij ſint conditiones expendere.

8. Deus omnes omninò ex nihilo creauit, & creauit ad finem ſupernaturalem, quem obtinendo perpetua frueretur felicitate. Cōtulit quoque præſentiſsima præſidia, quibus ad illum finem pertingerent: nec quidquam ex ſua parte paſſus eſt cuiquam deeſſe, quod ad finem illum eſſet neceſſarium: an non igitur conueniebat, vt horum rationem ipſus exigeret; ipſe ad hunc finem aſſumeret, qui ſuo officio ſatisfeciſſent; ipſe repelleret, qui hac felicitate ſe indignos reddidiſſent? Ad hoc, ſi quid aliud, maximè ad iudicium noſtrum pertinet.

9. Rurſus, ad illum propriè dixeris pertinere Iudicium, qui ſuum Iudicio poteſt dare effectū. At præter Deum, quis poteſt illum qui ſingulorū Particulare Iudiciū ſequitur? Gloria in illo perpetua propoſita eſt iuſtis, & probis: at gloriam dat Dominus; Rom. 6. Supplicia, quæ declinari non poſſunt, in illo manent reprobos: & hæc ſolus afferre poteſt, qui poteſtatem habet mittendi in gehennam. Luc. 12.

11. Sapiens alicubi non vult poteſtatem iudicandi ſuſcipiendam ab eo qui non poſsit contra quoſcunque præualere. *Noli*, inquit, *quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates*; Eccle. 7. cui igitur melius, quam Deo iudicata in omnes poteſtas relinquitur, contra quem præualere poteſt nemo, & ſolus contra omnes præualet?

12. Præterea, præmia atque ſupplicia in hoc iudicio decernuntur, quæ ob leges vel ſeruatas, vel violatas accipiuntur. Per quem verò iuſtius illa & decernuntur, & deferuntur, quàm per ſupremum omnium legiſlatorem, Deum Optimum Maximum, per quem Reges regnant?

13. Sed & in Iudicio hoc quædam, apud quoſdam fieri neceſſe eſt, quorum alium, quam Deum authorem non poſſumus agnoſcere qualia ſunt quod rationes iudicij intelligāt iudicādi intelligant hi, quam iuſtè à regno cœlorum excludantur illi quantò Dei beneficio admittantur: quarum rerum cum ſpecies, quibus id percipiant, ex hac vita ſecum ferre non poſsint qui in prima pueritia hinc diſcedunt oportet ibi id eſt in illo iudicio accipiant. A quo vero eaſdem, niſi à Deo accipient.

14. Vniuerſale ſiue Generale, quod in fine mundi peragetur Iudiciū Deo homini, id eſt, Chriſto tribuunt idcircò, quia ſcilicet, in illo corporibus & animabus digna fit retributio. Particulare igitur, quidni Deo tribuatur, in quo primum ſua animabus merces tribuitur?

15. Omninò conuenit, vt aliquando ſuo Creatori ſiſtatur omnis creatura,

ctura, & quidem tunc, quando extremam ſententiam eſt acceptura, qua vel perpetuis miſerijs deputatur, vel perpetuis delitijs. Cum ergò in Particulari cuiuſque iudicio hoc fiat, tunc certè ſuo creatori ſiſtetur atque ab eodem extremam ſententiam accipiet.

Deo duo actus maximè conueniūt, egregieq; eundem commendant, Miſericordiæ atque iuſtitiæ. Vnde & Propheta, Pſal. 100. *miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Et hos, cum tota mortalium vita multis argumentis per ſe demonſtret, non per ſe ſed alios demonſtrabit, quando illuſtriſsima horum dare poteſt argumenta? in iudicio, inquam Particulari, vbi & *Iuſtitia induat, & miſericordia eius ſuper cælos exaltatur?* 14

Rationibus hiſce vtimur, vt oſtendamus, quam Deo conueniat Iudicium relinqui: & non tribui alicui creaturarum, alioqui ſi authoritatibus hac in re eſſet agendum, poſſent pro noſtra ſententia plerique adduci, qui Particularis huius iudicij meminerunt, qui quod Deo illud concedant vel expreſsis iudicant verbis, vel hoc ipſe inſinuat, quod nullius alius à Deo faciant mentionem. 15

Nec rationes has euertunt contrariæ, quanquam enim Deus plerunque ſua per Angelos agat & perficiat: non tamen perficit & agit omnia, propterea, quod quædam per eoſdem fieri nō poſsint, quædam quamuis poſsint, vt tamen per eoſdem fiant, non ita conuenit. Et vtrumque in Iudicio Particulari (ſi omnium ratio habenda) locum habet, quia nec omnia omninò quæ hic concurrunt, per Angelos poſſunt fieri, & quæ fortaſsis poſſunt fieri, conuenientius per Deum, quam eoſdem perficiuntur, quemadmodum ſequentia docebunt. 16

Et quamuis ſummos Magiſtratus per alios Iudicia exercere videamus, non tamen neceſſe eſt ipſi per alios exerceant. Sed & quos per alios Iudicia exercere videmus, videmus etiam per ſeipſos exercere: quod dum faciunt, quia ſe nihil indignum, faciunt ita dum frequentiſsimè & vt plurimum faciunt, ſuo optimè officio fungi exiſtimantur ab alijs: & tales ſe probant, quales haberi volunt, & eſſe debent. 17

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus omnium à mundo condito iudicatorum fuerit Iudex.

Digitized by Google

Nullum dubium, quin in vniuerſali omnium Iudicio Chriſtus futurus ſit Iudex.	*Quia non ſemper fuit Chriſtus*
Docent hoc Athanaſius,	*Particularia ergo quædam Iudicia per Deum ſunt facta:*
Dominus ipſe,	*Vt omnia, quæ non per Chriſtum facta.*
Petrus & Paulus.	*Quæ tamen merces in illis tributa beneficio Chriſti tributa*
Non omnium fuit Iudex in Particulari.	*Nam per ipſum ſaluati omnes.*

1. CHriſtum Dominum, in Particulari omnium Iudicio præſidere, & iudicem agere, ex illo, fortaſsis, quis ſuſpicabitur, quod *Iudex* dicatur *conſtitutus viuorum & mortuorum* à S. Petro Actuum 10. Alius de hoc dubitauerit, quod iudex dici non poſsit, qui quo tempore Iudicium peractum eſt, non fuerit; vt non omni tempore fuit Chriſtus, quo ad Particulare Iudicium vocati ſunt homines.

2. Certum verò, hic eſt in Vniuerſali illo Iudicio Chriſtum, pro tribunali, cum poteſtate ſeſſurum, & Iudicem totius orbis futurũ Docet hoc, poſt Apoſtolorum ſymbolum, B. Athanaſius his verbis. *Ad cuius aduentum omnes reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem*, ipſi, ſcilicet, Chriſto, *qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos.*

3. Docet idem Dominus, Ioan. 5. *Neq; enim Pater*, inquit *iudicat quenquam, ſed omne Iudicium dedit filio? vt omnes honorificent filium ſicut honorificauit Patrem* & Matth. 24 *filius hominis*, inquit, *venturus eſt in gloria Patris ſui, & reddet vnicuique ſecundum opera ſua.*

4. Docent idem Apoſtolorum Principes, Petrus atque Paulus. Ille Actuum 10 *Præcepit* inquit *nobis Dominus prædicare populo, & teſtificari? quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo, Iudex viuorum & mortuorum* hic in poſteriori ad Corinth. 5. ſic loquitur. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti; Vt referat vnuſquiſq; in propria corporis; prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.*

5. Hoc ergò certum. Dubium autem, An quoque præſideat in Particulari Iudicio ibidemque Iudicem agat: & quidem Chriſtus homo, quemadmodum homo in Generali eſt ſeſſurus. & mundum iudicaturus. Nam qua Deus, non magis ab ipſo, quam Patre, & Spiritu ſancto, Iudicium dempſeris. Quid ergò ad hoc quod ſequitur.

6. Non omnia Particularia Iudicia, quæ ab orbe condita ſunt peracta Chriſtum Iudicem habuerunt, imò nullum habuit, antequam humanam naturam ipſe pro nobis aſſumpſit, ſed nec omnia, poſt huma-

humanam naturã aſſumptam per eundem ſunt peracta. Poſterius hoc in ſequentibus diſquirendum erit; prius docemus ſequenti ratiocinatione.

7. Non potuit quidquam facere Chriſtus, antequam eſſet; ſed antequam humanam naturam aſſumeret, non erat Chriſtus, non igitur quidquam potuit ante facere: per conſequens nec iudicare. Hic quod in Minori propoſitione aſſumitur, non illum habet ſenſum, vt negetur filius Dei, ab omni æternitate fuiſſe: ſed qui ab omni æternitate fuit, filius Dei; negatur ab omni æternitate fuiſſe Chriſtus, id eſt, humanam naturam habuiſſe. Hanc non ab omni æternitate habuit; in tempore accepit: & factus eſt in tempore homo; qui ab æterno erat Deus.

8. Chriſtus ergò non fuit, antequam carnem aſſumeret. Qui verò non fuit, quomodo agere potuit? præſidere in Iudicio? ſententiam dicere? cauſas definire? ſupplicia vel præmia decernere? *actiones*, inquiunt Philoſophi, *ſuppoſitum ſunt rerumq; exiſtentium*. hæc ſi tollas nullus actioni locus relinquitur.

9. Atque hoc non obſcurè inſinuat Dominus ipſe: & Domini diſcipulus, Petrus. Docuimus, Ioan. 5. quando *ſibi datum dicit omne Iudicium à Patre*. Petrus Actuum, 12. quando Chriſtum *dicit conſtitutũ à Deo Iudicem*. Quod enim *datur*; in tempore ſignificatur acceptum: & *quando conſtitutus Iudex dicitur à Patre* inſinuatur nõ ſemper fuiſſe.

10. At iuſtificatos fortaſsis dixeris plures, per Chriſtum; imò omnes omninò, qui à condito orbe fuerunt, antequam etiam eſſet Chriſtus. *Neq; enim præter Chriſti nomen aliud eſt, in quo oporteat nos ſaluari*. Actuum 4. cap. quid igitur prohibet ab eodem Chriſto antequam eſſet, omnes eſſe iudicatos? Reſpondetur, non eandem rationem eſſe Iudicij, & Iuſtificationis, ſiue ſalutis. Salus, & iuſtificatio, merito Chriſti contigit, quod virtutem ſuam habere potuit, atque adeo habuit, quamuis etiam ipſum longè poſt ſequatur, (quemadmodũ mercedẽ hodie cõtingit accipere; & poſt dies aliquot primũ operas ſuas atq; labores, quibus merces debetur, offerre) At Iudiciũ actus efficientẽ cauſam requirit, quę, niſi ſit, operari nulla ratione poteſt.

11. Sed tamen, quod Chriſti merito habuerunt mortales, antequam Chriſtus homo fieret, non ipſis meruit Chriſtus, antequam homo fieret. Meruit hoc, poſtquam homo factus eſt, quoniam vt efficientis cauſæ eſt iudicare; ita mereri: quocirca nec mereri ipſe potuit, niſi poſtquam homo eſſet.

12. Per Chriſtum ergo non iudicati ſunt ad cœleſtia gaudia Angeli, Per Chriſtum non ſunt æternis ſupplicijs addicti Dæmones. Per

ci à Patribus animas ad cœlum transferendas, ſed ad Iudicis tribunal, quod iuxta ipſas animas eſſe poteſt.

17. Tertium aſſertum eſt. Iudicium Particulare exercetur, vbi animæ corpora deſerunt, id eſt, iuxta, vel pone ipſa corpora, quæ deponunt Hoc non malè ex dictis intuleris. Si enim non in ſuis ſedibus iudicantur; nec in cœlo: & tamen neceſſe eſt ad ſuas ſedes tendere à morte; vbi iudicabuntur, niſi vbi ſuum corpus deponunt; & vnde ad ſuas ſedes tendunt. An verò ad animas iudicandas Iudicem deſcendere neceſſe eſt? Pro hoc ſit ſequens Aſſertum.

18. Quartum aſſertum. Non neceſſe eſt Iudex, ad loca, vbi animæ iudicantur, deſcendat. Si enim Deus Iudex conſtituitur, deſcendere ille rectè non dicetur, quod vbique ſit præſens; & quocunque loco animæ exiſtant, ab ipſo ſententiam poſsint accipere. Si verò Chriſtus; vt ſemper deſcendat, nullo modo conuenire videtur. Sed hæc modo ſufficiant. Plura, quando de Iudice agemus.

19. Vnum ſupereſt, argumentis reſpondeamus, quæ Iudicem ad iudicandos docent venire Profertur illud Matth. 24. *Vigilate, quia neſcitis qua hora filius hominis veniet*. Sed quid ſi de vniuerſali Iudicio Dominus intelligatur locutus? ad quod ipſe de cœlo venturus dicitur, cum poteſtate & maieſtate? quanquam & de Particulari illud accipi poſsit ad quod Dominus venire dici poteſt, non quia autoproſopos ipſe futurus erit præſens; ſed quia efficaci eius voluntateatque imperio ſingulis retribuetur, prout geſſerunt in corpore, ſiue bonum, ſiue malum.

20. Producitur illud, 1. Timoth. 6. vbi Timotheus iubetur *ſeruare mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq; ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*; quod de morte ipſius intelligi neceſſe eſt; cum vt poſt mortem mandatum ſeruet ipſi imperare nemo poſsit. Ita eſt. vſque ad mortem mandatum ſeruare iubetur, in morte quoque exſpectare aduentum Domini, quia in morte, Domini voluntate pro mandato ſeruato mercedem copioſiſsimè eſt reportaturus. Poteſt quoque dici in morte Dominum ad nos venire: quia nos ad Dominum in morte venimus: quemadmodum & in oratione dominica dum Regnum Dei aduenire nobis poſtulamus, petimus nos ad Dei regnum venire poſſe.

21. Producitur demum & illud, Ioan. 14. *Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & recipiam vos ad meipſum.* Verum ſecundus aduentus eſt de quo loquitur Dominus, tunc veniet, & ad paratum electis locum, ſuos, vnà cum corpore, & anima aſſumet. Nec obſtat præſentis temporis verbum *Venio*, quo proximè inſtare aduentus, de quo

de quo Dominus loquitur, ſignificatur, quoniam licet aduentus ſecundus ſiue poſtremus, tempori collatus ſerus videatur, tamen æternitati ſi comparetur, citò venturus dicitur in Scripturis. Ita Ioan. 1. cap. 2. *Filioli nouiſſima hora eſt.* 2. Petri. 3. *Mille anni apud Dominum ſicut dies vnus* Apocaly. 1. *quæ oportet fieri à te.* Hanc breuitatem Dominus verbo præſentis temporis, *Venio*, indicat. q. d. iam iam proximè aduentus meus adeſt. Poteſt quoque dici Præſens *Venio*, loco futuri *Veniam* poſitum eſſe. Neque enim hoc nouum eſt in Scripturis.

Finis prioris partis de Iudicio Particulari.

SEQVI-

SEQVITVR ALTERA PARS TRACTATVS DE PARTICVLARI IVDICIO quod in ſingulorum morte peragitur.

ALtera parte præſentis diſputationis de Iudice, à quo in Particulari Iudicio ſententia exſpectatur, agendum eſt, de quo, ſi non plura, profectò difficiliora ſunt, quæ in quæſtionem veniunt. Et difficilius quoque hîc quid de omnibus ſtatuendum inuenitur, quòd Sacrarum Scripturarum atque ſapientum authoritate perſæpè videamur deſtitui; ratione quoque atque experientia parum iuuari. Quæ tamen vndecunque coniectura poſſumus conſequi, proponemus; & propoſita potius volumus, quam temerè concluſa. Diſquirenda autem hæc ſunt.

Sitne aliquis Iudex in Particulari Iudicio conſtituendus

An Iudex ille Deus ſit, an potius Dei loco aliquis Spiritus, ſiue creatura.

An Chriſtus omnium á condito mundo iudicatorum Iudex fuerit,

An Chriſtus in fine ſeculorum, & poſtquam homo factus eſt. cæperit eſſe Iudex.

An in Chriſto conditiones Iudicis fuerint, vel eorum aliquid defuerit, quod ad Iudicem perfectum requiritur.

Vnde acceperit Chriſtus poteſtatem hoc Iudicium exercendi.

An

An Pater & Spiritus ſanctus ita contulerint Chriſto poteſtatem iudicandi, vt ipſi iam nihil in Iudicio agant.

Quanta hæc fuerit poteſtas iudicandi in Chriſto.

Qua ratione, ſiue quo titulo, Iudiciaria poteſtas Chriſto conueniat.

Quando Chriſtus hanc poteſtatem acceperit, & vti eadem cœperit.

An Particulare Iudicium per ipſum Chriſtum; an per alium, Chriſti nomine fiat, qui Chriſti perſonam agat.

Quomodo Chriſtus Iudicandis ſententiam dicat; an corporali an ſpirituali voce.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab iiſdem videatur.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat, & ab iiſdem videatur.

An cum aliqua maieſtate & poteſtate appareat.

An & quomodo Chriſtum cognoſcant omnes, quibus in Iudicio particulari ipſe appareat.

Sequuntur Capita Secundæ Partis.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

An neceſſario ſit aliquis conſtituendus Iudex, pro Particulari Iudicio.

Melius aliquis conſtituitur quam negatur:

Tum quia Iudiciū Iudicis eſt actus,

Tum quia Vniuerſale ſuum habet Iudicem.

Tum quia ſpiritus dum in hoc Iudicio ſeruiunt non latet ſententia Iudicis.

Tum quia ita ſentiunt Patres.

Fortè tamen non multum erraret, qui certum Iudicem negaret.

A multis quoq; difficultatibus idem ſe expediret, ad quas, qui Iudicem admittunt, debent reſpondere.

1 Difficultas, quæ in conſtituendo Iudice hîc interuenit, efficit vt quæramus Sitne aliquis Iudex in particulari Iudicio conſtituendus. Et profectò ſi doctum fuerit cóſtituendum nullum multo labore in quæſtionibus ſequentibus liberabimur; quem neceſſe eſt ſuperare, ſi Iudex aliquis certus conſtituatur, qui ſingulis, prout geſſerunt in corpore, mercedem in Iudicio retribuat.

2 Difficultas verò ex eo oritur potiſsimum, quod quis conſtituendus ſit, difficiliter inueniatur. Ná vt vnus aliquis fuerit à condito mundo qui ad mundi vſque conſummationem omnes iudicet, & iudicarit vix fieri poſſe videtur. Quem enim dixeris? Chriſtum Dominum? At nō ſemper ille fuit. Deum Opt. Maximum? & Chriſtum hominem ſic excluſeris, cui tamen *omne Iudicium* dicitur *conceſſiſſe Pater* Ioan. cap. 5. Vt verò plures ſint, non videtur conuenire; quod vnus omnibus poſsit (fortè etiam debeat) ſufficere: & fruſtra debeat tribui pluribus, quod ab vno rectè, perfecteq; perficitur.

3 Nec (quod aliqui timere poſſunt) ſi Iudex aliquis eſſe negetur, qui mortalium cauſas dijudicet, ob id cogemur dicere mercedem ſingulorum vſque ad extremum Iudicij diem differri, ſuſpenſaque eſſe peruerſorum ſupplicia, bonorum præmia, quoniam poteſt quiſque à morte laborum ſuorum fructus percipere, & vel tunc propria conſcientia dictante, vel poſt, Chriſto in extremo Iudicio iudicante, intelligere iuſtiſsimam eſſe retributionem, quæ confertur. Quid enim horum impoſsibile? aut quid iniuſtū? quid nouū?

Sic neque neceſſe erit hac ratione Iudicium Particulare tollere.

4 quoniam hoc ipſo Iudicium illud peragi, à morte, dicetur; quod vnuſquiſque quæ ſibi debentur, recipiat, iuſtiſsimaque intelliget quàm reportat meritorum retributionem, quamuis etiam nec corá Iudice comparuerit, nec Iudicis vocem & ſententiam acceperit. Quid enim opus Iudicis ſententia? quid opus Iudici ſiſtatur iudicandus? Siſtendus aliquando (in fine ſeculi) atque tunc vna omnibus ſententia poteſt ſatisfacere. Sufficit nunc vnumquemq; pro meritorum ratione accipere mercedem: & intelligere iuſtiſsimam eſſe mercedem, quæ vtraque ſine Iudice poſſunt fieri.

5 Probabiliter hæc dicuntur. Nec facilè erroris damnabitur à plurimis etiam difficultatibus ſe expediet, qui ita loquetur, aut ſentiet. Sed tamen mallem dicere & in hoc particulari Iudicio ſuum eſſe Iudicem; quemadmodum ſuus eſt, in Generali: & quemadmodum in Generali non ſufficit vnicuique ſua Quemlibet iudicans & damnās vel ſaluans conſcientia ita neque hic illam ſufficere.

Ipſum

Ipſum nomen Iudicij hoc ſuadere videtur. Quod enim verum Iudicium dixeris, vbi nullus Iudex? an non iudicium Iudicis quidam eſt actus? Et cum in eodem vel præmia probis vel ſupplicia improbis decernuntur, hæc quis, niſi Iudex, decernit? Vt veræ reæ & benè ſibi conſciæ conſcientiæ hæc præſtent, non conuenit quod nullus in ſua cauſa bonus ſit Iudex: & quod aliæ ſint partes iudicandorum, aliæ Iudicis.

Præterea cuiuſque conſcientia, quamuis etiam ſine Iudicis ſententia, quæ ſibi debentur probè intelligeret, non tamen hoc ipſo rectè iudicata dicetur. An quicunq; intelligit qua ſibi meritò debentur præmia, vel ſupplicia, ad hæc dicetur iudicatus? Speculatiui intellectus ille actus eſſe poteſt: Iudicium verò eſt practici: & quo alterius imperio atque ſententia efficaciter homo intelligit, hæc ſibi deberi. 6.

Similiter ex eo, quod Particulare hoc iudicium vocatur, arguit 7.
iudicem in ipſo neceſſarium eſſe. Præcipua enim quæ hoc, ab Vniuerſali, diſcriminat differentia eſt, quod hoc priuatim fiat atq; cum ſingulis ſeorſum: illud publicè, atque in communi omnium hominum conuētu alioquin vt in illo eſt certus, præter iudicandos, Iudex, ita quoq; hic præter quemlibet iudicandum, neceſſe eſt certū cōſtitui Iudicē, cuius ſententia præmia decernuntur & ſupplicia.

Statim à morte deducuntur, vel rapiuntur ad loca ſua ſinguli, qui ex hac vita diſcedunt: idq; per Angelos, nūc bonos nūc malos 8.
prout poſtulat cōditio iudicandorum Dubiū de hac re nullum eſt. An verò propria hoc Angelorum fit authoritate? Non propria, ſed Dei id faciunt voluntate. Rurſus, dum hoc illi faciunt, an ignorare poſſunt quas ob cauſas hos deducunt ad cœlos, illos rapiunt ad inferos? Non poſſunt ignorare. Quid verò prohibet vt quemadmodum Angeli hæc norunt, quorum tamen cauſa non agitur, ita norint illi, quorum cauſa agitur, mortales? Habebunt igitur & hi iudicis ſententiam, adeòque iudicium ſubibunt.

Duobus modis Patres qui de hoc iudicio loquuntur hic nobis 9.
pro iudice admittendo ſeruiunt. Vnus eſt, quia *Tribunal* conſtituūt coram quo ex hac vita diſcedentes volunt comparere ibidemque benè vel malè actæ vitæ rationem reddere. Alter quia iudicis quoque mētionem faciunt. Et hoc quidem expreſſè iudicem concedunt, illo vero priori implicitè, propterea quod Tribunal non niſi iudici iudicaturo conſtituatur.

Et *tribunal* quidem proferunt B. B. Chryſoſtomus atque Au- 10.
guſtinus Chryſoſtomus, homil. 14 in Mat ſic loquitur: *ſicut illi, qui*

de carceribus educuntur, vnà cum ipſis catenis ad Iudicem pertrahuntur ſic omnes animæ, cum hinc emigrauerint, varijs peccatorum catenis implicitæ ad terribile illud ducentur Tribunal Auguſtini ſunt ſequentia verba, lib. de vanitate ſeculi, cap. I. *Cum anima*, inquit, *ſeparatur à corpore, veniunt Angeli, vt perducant illam ante Tribunal Iudicis.*

11. *Iudicem* verò produnt duobus modis, nunc indefinitè, nunc definitè adeoque ipſum nominãdo. Indefinitè, iam dicto loco B. Auguſtinus definitè autem, eumque nominando, Innocentius 3. qui Chriſtum à iudicandis exiſtimat conſpiciendum. & B. Cyprianus, cuius hæc eſt oratio, Serm. de Mortalitate. *Gratulari*, inquit, *oportet, & temporis minus amplecti: quod dum noſtram fidem firmiter promimus, & labore tolerato ad Chriſtum, per anguſtam Chriſti viam pergimus, præmium vitæ fidei, ipſo iudicante capiamus.*

12. Et quid quæſo prohibet, cur minus Iudex in hoc Iudicio conſtitui debeat? An quia plures & non vnus, admittendi eſſent? Sed quid ſi vnus omnium mortalium conſtituatur? Quid etiam prohibet plures eſſe alijs atque alijs temporibus? ſi vnius eiuſdemque prudentiæ ſint illi, æquitatiſque egregiè amantes? Verum de hoc in ſequentibus.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Deus ne per ſe, an potius aliqua creatura, Angelus v.g. Iudicem agat in Particulari Iudicio.

Potuit Deus alicui Angelorum imponere mortalium hominũ Iudicium.	*Ipſe Iudicio poteſt effectum dare.*
	Ipſe valet authoritate apud iudicandos.
Non hoc dubium.	*Ipſe meritò habet rationem legum ſuarum.*
Nullus Angelorum potuit Iudex fuiſſe omnium, qui ſunt iudicati	*Ipſe poteſt præſtare, quæ in Iudicio neceſſaria*
Quia omnes iudicati	
Optime dicitur Iudicium Particulare per ipſum Deum immediatè fieri.	*Ipſe Iudex in Iudicio generali,*
	Ipſi merito omnis creatura ſiſtitur in fine vitæ.
Ipſe enim omnes ad Iudicij effectum creauit.	*Ipſe ſic miſericordiæ & iuſtitiæ dat argumenta,*

1. FOre Iudicem aliquem in Iudicio Particulari conſtitutum eſt, quæramus nunc, Quis ille ſit. Atque vt à generalioribus atque vniuerſalioribus ad particulariora deſcendamus, primum diſquiramus Deus ne ſit, ſiue omnium

omnium creator,an potius aliqua creatura. Nam Deum non futu-
rũ, poſſet quis ex duobus conijcere. Primũ eſt, quod apud morta-
les in hoc ſeculo fieri obſeruemus,vt apud quos ſumma& poteſtas
ipſi pro tribunalibus nõ ſedeãt & per ſe cauſas definiant,atq; diſcu-
tiant ; ſed ſuos habeant Vicarios,& Officiales,per quos ius dicunt.
Quid vero prohibet, vt ſimiliter diuinũ Iudiciũ exerceri dicamus,

Alterum eſt, quod omnia propemodum per Angelos Deus in
hoc inferiori mundo efficiat. Per illos de ſua voluntate nos faciat 2.
certos: per illos, ſoletur afflictos: tueatur atque defendat oppreſſos
ducat atque reducat: puniat atq; vindicet;quemadmodũ paſſim di-
uina docent eloquia. Et qui hæc, atq; his ſimilia,exercent Angeli,
quid ni Iudicium quoq;, Dei nomine,apud homines exequentur.

Duo hic ſunt certa.Primum eſt,potuiſſe alicui Angelorũ à Deo 3.
officium hoc tributum eſſe,vt ipſius nomine mortales iudicet, at-
que vel præmia perpetuò duratura, vel ſempiterna ſupplicia de-
nuncient. Quid mirum ? Quod per ſe poteſt Deus, quidni poſſet
creaturarum miniſterio ? ſi quidem illud poteſtatem atque vires
non ſuperet creaturarum,vt non ſuperat hoc opus.

An forſitan hoc ipſarum vires ſuperat? Non ſuperat. Quemad- 5.
modum in alijs rebus plurima quæ diuino iudicio conſtituta ſunt
atque definita, per Angelos adminiſtros mortalibus denuncian-
tur,ita quoque poteſt, quæ cuique merces debeatur,cum autho-
ritate,atque efficaci imperio, denunciari Deo mox ſingulis ſuam
mercedem conferente.Homines poſſunt ſic iudicare homines,pro
Dei voluntate, non poterunt Angeli homines? Et qui Angeli in
extremo iudicio quidam q.Iudices ſunt futuri,non poterunt eſſe
in Particulari?Hoc primum.

Alterum eſt, Angelorum nullum, ſed nec vllam rationalẽ crea 6.
turam,Omnium,qui iudicati ſunt,Iudicem poſſe conſtitui,aut de-
bere.Quid ita?quia nulla omninò fuit,eſt,aut erit creatura rationa-
lis,quæ Iudicium Particulare non ſubiuit aliquando,aut olim ſub-
ibit,& quomodo ergò omniũ vnà aliqua erit & Iudex? an forſitan
vna,& Iudex erit,& iudicabitur à ſeipſa.

Atque vt hæc duo certa ſunt,ita non ẽxiſtimamus alienum à ve- 7.
ritate vt Omne Iudicium ab Angelis auferamus, omne ſoli Deo
tribuamus:dicamus Deum tantum eſſe, cui & conueniat Particu-
lare Iudicium exercere, & Deum eſſe, qui idem, per ſe,illud exer-
ceat. Certe conuenire vt exerceat, atque adeo exercere intelliget,
qui & Dei functiones volet diligentius attendere,& quæ illius Iu-
dicij ſint conditi ones expendere.

18. Deus omnes omninò ex nihilo creauit, & creauit ad finem ſupernaturalem, quem obtinendo perpetua frueretur felicitate Cótulit quoque præſentiſsima præſidia, quibus ad illum finem pertingerent: nec quidquam ex ſua parte paſſus eſt cuiquam deeſſe, quod ad finem illum eſſet neceſſarium: an non igitur conueniebat, vt horum rationem ipſus exigeret; ipſe ad hunc finem aſſumeret, qui ſuo officio ſatisfeciſſent; ipſe repelleret, qui hac felicitate ſe indignos reddidiſſent? Ad hoc, ſi quid aliud, maximè ad iudicium noſtrum pertinet.

9. Rurſus, ad illum propriè dixeris pertinere Iudicium, qui ſuum Iudicio poteſt dare effectũ. At præter Deum, quis poteſt illum qui ſingulorũ Particulare Iudiciũ ſequitur? Gloria in illo perpetua propoſita eſt iuſtis, & probis: at gloriam dat Dominus; Rom. 6. Supplicia, quæ declinari non poſſunt, in illo manent reprobos: & hæc ſolus afferre poteſt, qui poteſtatem habet mittendi in gehennam. Luc. 12.

11. Sapiens alicubi non vult poteſtatem iudicandi ſuſcipiendam ab eo qui non poſsit contra quoſcunque præualere. *Noli*, inquit, *quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates*: Eccle. 7. cui igitur melius, quam Deo iudicata in omnes poteſtas relinquitur, contra quem præualere poteſt nemo, & ſolus contra omnes præualet?

12. Præterea, præmia atque ſupplicia in hoc iudicio decernuntur, quæ ob leges vel ſeruatas, vel violatas accipiuntur. Per quem verò iuſtius illa & decernuntur, & deferuntur, quàm per ſupremum omnium legiſlatorem, Deum Optimum Maximum, per quem Reges regnant?

13. Sed & in Iudicio hoc quædam, apud quoſdam fieri neceſſe eſt, quorum alium, quam Deum authorem non poſſumus agnoſcere qualia ſunt quod rationes iudicij intelligãt iudicãdi intelligant hi, quam iuſtè à regno cœlorum excludantur illi quanto Dei beneficio admittantur: quarum rerum cum ſpecies, quibus id percipiant, ex hac vita ſecum ferre non poſsint qui in prima pueritia hinc diſcedunt oportet ibi id eſt in illo iudicio accipiant, A quo vero eaſdem, niſi à Deo accipient.

14. Vniuerſale ſiue Generale, quod in fine mundi peragetur Iudiciũ Deo homini, id eſt, Chriſto tribuunt idcircò quia ſcilicet, in illo corporibus & animabus digna fit retributio Particulare igitur, quidni Deo tribuatur, in quo primum ſua animabus merces tribuitur?

15. Omninò conuenit, vt aliquando ſuo Creatori ſiſtatur omnis creatura,

atura,& quidem tunc, quando extremam ſententiam eſt acceptura, qua vel perpetuis miſerijs deputatur, vel perpetuis delitijs. Cum ergò in Particulari cuiuſque iudicio hoc fiat,tunc certè ſuo creatori ſiſtetur atque ab eodem extremam ſententiam accipiet.

Deo duo actus maximè conueniūt, egregieq; eundem commendant,Miſericordiæ atque iuſtitiæ.Vnde & Propheta,Pſal. 100. *miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Et hos, cum tota mortalium vita multis argumentis per ſe demonſtret, non per ſe ſed alios demonſtrabit quando illuſtriſsima horum dare poteſt argumenta? in iudicio, inquam Particulari, vbi & *Iuſtitia iudicat,& miſericordia eius ſuper cælos exaltatur?* 14

Rationibus hiſce vtimur,vt oſtendamus, quam Deo conueniat Iudicium relinqui: & non tribui alicui creaturarum, alioqui ſi authoritatibus hac in re eſſet agendum, poſſent pro noſtra ſententia plerique adduci, qui Particularis huius iudicij meminerunt, qui quod Deo illud concedant vel expreſsis iudicant verbis,vel hoc ipſe inſinuat,quod nullius alius à Deo faciant mentionem. 15

Nec rationes has euertunt contrariæ,quanquam enim Deus plerunque ſua per Angelos agat & perficiat: non tamen perficit & agit omnia,propterea,quod quædam per eoſdem fieri nō poſsint,quædam quamuis poſsint vt tamen per eoſdem fiant, non ita conuenit. Et vtrumque in Iudicio Particulari; ſi omnium ratio habenda,locum habet, quia nec omnia omninò quæ hic concurrunt per Angelos poſſunt fieri, & quæ fortaſsis poſſunt fieri, conuenientius per Deum, quam eoſdem perficiuntur,quemadmodum ſequentia docebunt. 16

Et quamuis ſummos Magiſtratus per alios Iudicia exercere videamus,non tamen neceſſe eſt ipſi per alios exerceant. Sed & quos per alios Iudicia exercere videmus, videmus etiam per ſeipſos exercere:quod dum faciunt,quia ſe nihil indignum faciunt ita dum frequentiſsimè & vt plurimum faciunt,ſuo optimè officio fungi exiſtimantur ab alijs:& tales ſe probant,quales haberi volunt,& eſſe debent. 17

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus omnium à mundo condito iudicatorum fuerit Iudex.

by Google

humanam naturā aſſumptam per eundem ſunt peracta. Poſterius hoc in ſequentibus diſquirendum erit; prius docemus ſequenti ratiocinatione.

Non potuit quidquam facere Chriſtus, antequam eſſet; ſed antequam humanam naturam aſſumeret, non erat Chriſtus, non igitur quidquam potuit ante facere: per conſequens nec iudicare. Hic quod in Minori propoſitione aſſumitur, non illum habet ſenſum, vt negetur filius Dei, ab omni æternitate fuiſſe: ſed qui ab omni æternitate fuit, filius Dei; negatur ab omni æternitate fuiſſe Chriſtus, id eſt, humanam naturam habuiſſe. Hanc non ab omni æternitate habuit; in tempore accepit: & factus eſt in tempore homo; qui ab æterno erat Deus. 7.

Chriſtus ergò non fuit, antequam carnem aſſumeret. Qui verò non fuit, quomodo agere potuit? præſidere in Iudicio? ſententiam dicere? cauſas definire? ſupplicia vel præmia decernere? *actiones*, inquiunt Philoſophi, *ſuppoſitum ſunt rerumq; exiſtentium*. hæc ſi tollas nullus actioni locus relinquitur. 8.

Atque hoc non obſcurè inſinuat Dominus ipſe: & Domini diſcipulus, Petrus. Docuimus, Ioan. 5. quando *ſibi datum dicit omne Iudicium à Patre*. Petrus Actuum, 12. quando Chriſtum *dicit conſtitutū à Deo Iudicem*. Quod enim *datur*; in tempore ſignificatur acceptum: & *quando conſtitutus Iudex dicitur à Patre* inſinuatur nō ſemper fuiſſe. 9.

At iuſtificatos fortaſsis dixeris plures, per Chriſtum; imò omnes omninò, qui à condito orbe fuerunt, antequam etiam eſſet Chriſtus. *Neq; enim præter Chriſti nomen aliud eſt, in quo oporteat nos ſaluari*. Actuum 4. cap. quid igitur prohibet ab eodem Chriſto antequam eſſet, omnes eſſe iudicatos? Reſpondetur, non eandem rationem eſſe Iudicij, & Iuſtificationis, ſiue ſalutis. Salus, & iuſtificatio, merito Chriſti contigit, quod virtutem ſuam habere potuit, atque adeo habuit, quamuis etiam ipſum longè poſt ſequatur, (quemadmodū mercedē hodie cōtingit accipere; & poſt dies aliquot primū operas ſuas atq; labores, quibus merces debetur, offerre) At Iudiciū actus efficientē cauſam requirit, quę, niſi ſit, operari nulla ratione poteſt. 10.

Sed tamen, quod Chriſti merito habuerunt mortales, antequam Chriſtus homo fieret, non ipſis meruit Chriſtus, antequam homo fieret. Meruit hoc poſtquam homo factus eſt, quoniam vt efficientis cauſæ eſt iudicare; ita mereri: quocirca nec mereri ipſe potuit, niſi poſtquam homo eſſet. 11.

Per Chriſtum ergo non iudicati ſunt ad cœleſtia gaudia Angeli. Per Chriſtum non ſunt æternis ſupplicijs addicti Dæmones. Per 12.

Chriſtum non aſſociati Dęmonibus impij poſt mortem. Per Chriſtum nulli mortalium, aut ad purgatorias pœnas, aut ad Patrũ limbum ſunt tranſmiſsi: quamuis quicunque ſaluati ſunt, aut ſpem certam ſalutis acceperunt ab orbe condito, Chriſti meritis hoc acceptò ferre debeant.

13. Quem igitur præter Chriſtum ante Chriſtum, Iudicem Particularis Iudicij ſtatuemus? Quis ſuam ſingulis mercedem tribuit? hominibus à morte? Angelis malis à lapſu? bonis à peractis meritis? Difficilis hic reſponſio non eſt, ſi quæ, præcedenti Capite, ſunt definita, difficultatem non habent. Præter Deum Opt. Maximum, Iudicem nullum poſſumus conſtituere.

14. Quomodo verò? An vt æqualiter tribus Perſonis Trinitatis hoc Iudicium tribuamus? an vni præ altera? Patri præ filio; aut huic, præ Patre, vel Spiritu ſancto? Nullo modo. Non vna hic perſona plus habet, quam altera. Quemadmodum mundi huius creatio, atque gubernatio, omnium perſonarum ęquale eſt opus; ita de Creaturis rationalibus omnibus, Iudicium. Nam & hoc opus inter illa numeratur, quæ *ad extra* vocant; quæ æqualiter omnibus in Trinitate perſonis conueniunt.

15. Habet tamen in hoc Iudicio, præter Patrem, & Spiritum ſanctũ, Filius aliquid proprium; non quidem in Iudicij actu; ſed in Iudicij effectu, quæ enim merces iudicatis tribuitur probis, Chriſti beneficio accipitur; vt qui ſuis meritis obtinuit, quam & beati Angeli poſt Iudicium obtinuerunt beatitudinem; & eiuſdem certiſsimam ſpem, quam habuerunt, quicunque ad limbum deſcenderunt Sanctorum Patrum, atque Purgatorium. Impij, quod hoc beneficio priuati ſunt, non Chriſto, ſed ſibi debent tribuere.

16. Habet & aliud in hoc Iudicio Chriſtus; ſed qua Deus; & non qua homo; quod quamuis omnibus Perſonis illud fuerit commune, Filio? tamen ſiue Verbo Patris, tributum fuerit per appropriationem: quemadmodum & eidem tribuitur ſapientiæ; quamuis & pater ſit ſapiens; & ſpiritus ſanctus ſapiens. Et Patri potentia quamuis & filius ſit potens, & ſpiritus ſanctus. Et Spiritui ſancto bonitas, quæ & ipſa eſt in Patre & filio æqualis.

17. Huius attributionis & appropriationis ratio ex alia filio appropriata conditione accipitur, quæ eſt ſapientia: Quoniam enim hæc principem quaſi locum in Iudicio obtinet, & Chriſto, prę alijs perſonis tribuitur; fit vt eidem præ reliquis perſonis Iudicium deferatur.

CA-

CAPVT DECIMVM NONVM.

An Chriſto homini commiſſum ſit Particulare Iudicium cum hominibus exercendi.

Multa probant commiſſam poteſtatem exercendi Iudicium Particulare.
B. Cyprianus Martyr,
Loca Scripturæ,
Opera, quæ per filium Deus operatur.
Futuræ felicitatis conditio,
Iudicia per Chriſtum hic facta,
Apparitiones quædam:

Conueniens quoq; eſt, vt quemadmodum in Vniuerſali, ita in Particulari ſit Iudex Chriſtus homo.
Nam & hic humilitas Chriſti valet et hic expedit intelligat ſummam Iudicis æquitatem,
Et hic non paruus honor ad Chriſtũ deriuabitur per Iudicium.

NOn omnium Particulare, Iudicium per Chriſtũ 1.
peractum eſt. Hoc præcedenti Capite concluſimus. An ſaltem aliquorum? Hoc deinceps inueſtigandum. Putant id quidam affirmari poſſe, ex illo Ioan. 5. *Omne Iudicium Pater filio dedit.* quaſi voce *Omne*, non Vniuerſale ſolum ſed Particulare quoque Dominus ſit complexus: Verum firmum hoc ſatis argumentum non eſt; propterea; quod dictio *omne* ad omnes homines in Generali Iudicio iudicandos poſsit referri. In illo ſiquidem nullus à Chriſti iudicio ſe abducet.

Alij ad idem aſſerendũ vtuntur illa Chriſti oratione, qua, Matth. 2.
24. iubemur ſinguli *vigilare; quod ignoremus, qua hora filius hominis ſit venturus:* & illa, qua, apud Ioannem, cap. 14. dixit *vado parare vobis locũ & iterum venio ad vos, & recipiam vos ad meipſum:* Illa quoque, D. Pauli, 1. ad Timoth. 5 exhortatione, qua illum monet *ſeruare mandatum ſine macula, irreprehenſibile, vſq; ad aduentum Domini,* qui vtiq; in morte futurus eſt. Sed & hęc ad Vniuerſale Iudicium à pleriſq; referuntur.

Interim tamen non malè Chriſtum in Particulari Iudicio iam 3.
Iudicem agere, atq; multis annis egiſſe & creditur, & dicitur. Diſerta eſt pro hoc ſanctiſsimi Cypriani Martyris oratio, vt Scholaſticos Doctores taceam. Ille, ſermone de Mortalitate, ſic loquitur, *Gratulari,* inquit, *oportet; & temporis munus amplecti: quod dum noſtram fidem firmiter promimus; & labore tolerato ad Chriſtum per anguſtam viam Chriſti pergimus; præmium vitæ & fidei, ipſo iudicante accipiamus.*

Quid quod & illa ex Scripturis ſacris allata loca, licet de Genera 4.

Digitized by Google

li Iudicio à pleriſque accipiantur; non malè etiam de Particulari, poſsint intelligi? Hoc tum ex eo eſt manifeſtum; quod quædam vis illis afferatur, vel afferri videatur, quando pro Generali accipiuntur; quam non patiuntur, quando intelliguntur de Particulari: tum ex eo quoque, quòd à quibuſdam accipiuntur pro Particulari.

5. Pleraque per filium operari ſolet Deus Optimus Max. poſtquam ille humanam naturam aſſumpſit, quæ alioquin per ſe facere eſt ſolitus. Ita per filium iam peccata remittit; per filium mortuos ad vitam excitat, & excitabit in extrema illa die, &c quidni igitur per filium ex hac vita iudicabit tranſeuntes ad vitam aliam?

6. Beneficio filij habēt omnes, qui ex hac vita diſcedunt, ad futuræ vitæ fœlicitatem: & ingratitudinis ſuæ atque malitiæ admonentur omnes in extrema hora, qui hoc beneficio vſi non ſunt; & ſuæ perpetuæ damnationis ſunt cauſa. An verò non conuenit, hoc in illa hora intelligant, Chriſto Iudice?

7. Forſitan & pro Chriſto Iudice ſunt quædam Iudicia; quæ per Chriſtum exercita leguntur. Inter illa poteſt referri illud de Vdone Magdeburgenſi, quem & Chriſto præſentatum, & apud Chriſtū accuſatum, & à Chriſto condemnatum, ſuperius non ſemel diximus. Refert & Cæſar Baronius (ex Gregorio Turonenſi, de Geſtis Francorum, lib. 2. cap. 23.) Tomo 6 circa annum Domini, 484. Pincernam quendam inſontem vidiſſe Chriſtum, veluti Iudicem inter plurimos dealbatos, in ſplendido ſolio ſedentem, ibidemque Sidonium cum presbytero, qui illi moleſtus fuerat, quaſi litigantem & contendentem: damnato verò presbytero quæſitum eſſe, quis alterum presbyterum, qui & ipſe Sidonio moleſtus fuerat, accerſeret: & vocatum à Iudice pincernam, miſſumque cum mandatis ad presbyterum accerſendum; qui mox auditis his mandatis expirauit. Alia omitto.

8. Forſitan & pro eodem faciunt Apparitiones Chriſti factæ morituris, & ex hac infœlici ad fœlicem vitam tranſeuntibus. Quamuis enim illa argumentum ſummi amoris Chriſti erga morituros; & ipſorum quoque ſanctitatis poſsint eſſe Indicia, credi nihilominus poteſt, per eundem, qui morituris obſeruatus eſt apparere, ipſos quoque ſententiam extremam accipere. Pauci verò non ſunt, quibus Chriſtus apparuit Nos exempla afferimus duo tantum, Alterum Eliſabeth Pannonum Regis filiæ, ad quam animam iam agentem hæc Chriſti vox facta dicitur; *Veni ſponſa, cæleſti thalamo potire.* Ita Iacobus Montanus, in eius Vita. alterum Tranſillæ, quæ Chriſtum ad ſe venire alta voce clamauit, quando hanc vitam cum

alia

alia commutauit. Hiſtoriam pluribus proſecutus eſt B. Gregorius, 4. Dialogorum, cap 16.

Et omninò conuenit, vt qui in vniuerſali Iudicio Iudex poſitus 9. eſt ſingulari quedam priuilegio, ſit quoque Iudex in Particulari, præſertim cum alia ſententia in hoc ferenda non ſit; nec alia retributio futura, quam in Vniuerſali: & quæ rationes probant conueniens eſſe, vt in Vniuerſali pro Tribunali ſedeat Chriſtus, eædem vrgeant, vt Particulare eidem Iudicium relinquatur.

Ibi Iudex conſtituitur, quia ſic ipſius merebatur humilitas, di- 10. gnumque erat, iudicaret cum ſummo honore iuſtè; qui cum ſumma ignominia iudicatus erat iniuſtè. An verò hæc Chriſti humilitas in Particulari iudicio locum non habet? aut fortè maioris dignitatis eſt in Particulari præſidere, quam Generali?

Conſtitutus fuit in Vniuerſali, vt ſummam æquitatem Dei in- 11. telligant damnandi, quando audient ſententiam proferri ab eo, qui ipſorum fuit ſtudioſiſsimus patronus, & ipſos tanquam clientes eſt tutatus: præterea, vt conſolationem accipiant iuſti & probi, quãdo quem habuerunt ſemper aduocatum, videbunt ſuum Iudicem. At hæc non minus in Particulari, quam Vniuerſali Iudicio locum habent, digniſsimum, vt & in illo iuſtam iudicis ſententiam intelligant damnati, & conſolationem accipiant beandi.

Conſtitutus fuit Iudex in Vniuerſali, vt honoraretur ab omni- 12. bus, ſecundum illud Ioannis, 5. *Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.* Iam verò etiam ad honorem poteſt facere filij, quod priuatim ſingulos iudicet, & ſingulis, prout in corpore geſſerunt, retribuat bonum vel malum, prout meruerunt.

CAPVT VIGESIMVM.

An inueniantur in Chriſto homine conditiones abſoluti Iudicis: Iuriſdictio, ſcilicet, ſcientia & Poteſtas.

Pro Iuriſdictione, quam in omnes habet homo Chriſtus, ſunt	*Nec deeſt ipſi neceſſaria poteſtas*
Deus Pater, Chriſtus ipſe, (Ius. Apoſtol: Paulus, Archãgelus Gabriel.	*Docent hoc facta ipſius illuſtria,*
Eſt & ſumma in Chriſto homine ſcientia,	*Propheta & Apoſtoli.*
Beata, ſcilicet, & Infuſa,	*Atque hac poteſt*
Vtraque cognoſcit quæ ad hoc Iudicium neceſſaria.	*Sibi ſiſtere iudicandos, Sententiam in ipſos ferre, Mercedem operum reddere.*

caput noſtrum. Idem docent Baſilius lib. de Spirit. ſancto, cap. 5. Auguſtinus Præfatione in Pſal. 29.

Dedit & Archangelus Chriſto hic teſtimonium, quando Lucæ. 7.
1. filio virginis (vtique homini) dixit *dandam ſedem Patris eius David & regnaturum in domo Iacob in æternum: & regni eius non futurum finem.* Dedit & Propheta Iſaias, cap. 9 quando Chriſtum docet principē pacis & imperium eius multiplicandum: & ſeſſurum ſuper ſolium Dauid Dedit & Ezech. cap. 34. quando aſſerit futurum paſtorem in medio ſui populi ſimul & principem.

8. Sed & Dominus ipſe ſibi teſtimonium dedit, poſt glorioſam reſurrectionem quando dixit ſibi *poteſtatem datam omnem in cœlo & in terra:* ideoque ſe mittere cum poteſtate ſuos, Euangelium prædicādi omni creaturæ. In quos enim hæc poteſtas data credi poteſt, ſi non in mortales? & quid nomine *omnis creaturæ* intelligitur niſi homo? *Omnis creaturæ nomine*, inquit B. Gregorius Homil. 29. in Euāg. *ſignatur homo. Omnis enim creaturæ aliquid habet homo. Habet namq; commune eſſe cum lapidibus, vigere cum arboribus: ſentire cum animalibus: intelligere cum Angelis.*

De Iuriſdictione ergò Chriſti in omnes dubium non eſt, ipſum 9.
in Symbolo confitemur dominum noſtrum. An fortè dubium de ſcientia? Nec de hac dubium, etiam ſecundum humanam naturam tanta ſcientia inſtructus eſt, quanta ad iudicium Particulare cum dignitate exercendum eſt neceſſaria, & duplex quidem illa eſt; Altera, qua hæc in Verbo cognoſcit, quam *Beatam* dicimus: altera, qua extra Verbum, quæ *ipſi diuinitus dicitur infuſa.* Vtraque, quæcunque ad Iudicium Particulare exercendum cum dignitate ſunt neceſſaria, cognoſcit, Manifeſtum hoc eſt ex amplitudine materiæ, quæ ſub ſcientiam vtramque cadunt.

Quid enim in Deo, priori illa ſcientia, *beata*, ſcilicet, non cognoſcit? cōmunis Theologorum eſt ſententia Chriſtū hominē in verbo videre ſimul, *& in actu ſecundo*, vt loquuntur quæcunq; videt Deus Opt. Max. *ſcientia viſionis*, id eſt, res omnes quæ ſunt, fuerunt vel erunt. Ita S. Thomas in 3. parte. quæſt. 10. & in Magiſtrum Doctores, diſt. 13. in 3. Nec fundamento caret de Chriſto communis hæc ſententia quoniam omnis beatus in verbo omnia videt, quæ ad ſtatū ſuum pertinent (quid enim poteſt minus deſiderare cognoſcere?) iam verò ad ſtatum & dignitatem animæ Chriſti pertinent omnia quæcunque Deus *ſcientia* videt *viſionis*, idque multas ob cauſas: primò, propter dignitatem perſonæ ſuæ, ſecundò, quia eſt omnium hominum, & Angelorum præſertim iuſtorum & prædeſtinatorum 10.

Digitized by Google

Damaſceni lib. 3 cap. 22.) *profitere ipſum dicunt ſapientia & gratia; & horum acceſsionem, additionemque ſubinde ſuſcipientem; non ſecundum hypoſtaſim adorant vnionem*, &c. Et Athanaſius, ſerm. 4. contra Arianos ſimpliciter *negat, Chriſtum in ſapientia profeciſſe. Eſtne, inquit, ille homo, vt vulgus hominum, an Deus humanitate & carne indutus? Quod ſi vulgaris eſt homo, eſto vt pro conditione aliorum hominum profectus capiat, at iſt uſmodi eſt Samoſatenſis ſententia, quam vos tanto animo & ope fouetis*, &c. Et Sophronius, in Epiſt. ad Sergium, quæ legitur in 6. Synodo, Actione 11. damnat Themiſtium authorem Agnotarum *qui Chriſtum dicebant ignoraſſe diem Iudicij.*

Et profectò omnium ad Iudicium requiſitorum, imò omnium omnino ſcientia instructum, eſſe debuiſſe, non obſcurè ratio demonſtrat. Quid enim? An conueniebat, vt in anima quam Dei Patris æterna ſapientia (filius) inhabitaret deeſſet ſapiẽtia? &, vt caput minus ornatum ſit, minuſque ſapientia præſtet, quàm membra? At Chriſti animam Dei patris ſapientia inhabitabat: Chriſtus quâ homo, caput eſt omnium hominum atque Angelorum, qui plurimum ſcientia excelluerunt. 17.

Cæpit Chriſtus in incarnatione ſua eſſe filius Dei, debuit igitur tunc omnibus bonis repleri, quoniam filius omnium paternorum bonorum eſt hæres. Fortè neceſſe fuit exſpectare ſucceſsionem à morte Patris, at Pater non moritur. Fortè oportuit illum ad tempus eſſe ſub tutoribus? at quos Chriſto dederis tutores? itaque veriſsimè dixit Petrus, Ioan. 21. *Domine tu omnia ſcis.* 18.

Potentiam quoque debet habere iudex Et Chriſtus habet. Potens eſt etenim quâ homo; non tantum quâ Deus, qua ratione Patre inferior non eſt quem Omnipotentem in capite Symboli Apoſtolorum confitemur, & qui à potentia nomen habet, vt Omnipotens dicatur: & apud quem non eſt impoſsibile omne verbum. 19.

Potens autem eſt Chriſtus multis modis. Potens patrocinio & interceſsione, apud Patrem. Vnde non minus verè, quà prudenter dicebat Martha, Ioan. 11. *Scio quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus.* Et Dominus Matth. 26 *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo, pluſquã duodecim legiones Angelorum?* & alibi Ioann. 11. *Gratias ago tibi Domine; quia audiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis.* 20.

Potens quoque Dominus merito? quid mirum? Eius *vna gutta ſaluum facere poteſt totum mundum omni ſcelere.* Ipſe nos in ſanguine ſuo reconciliauit Patri: vt iam non ſimus hoſpites & aduenæ; ſed domeſtici Dei, filij Dei, hæredes omnium bonorum paternorum, quæ in cœlis exſpectantur. 21.

22. Sed tamen neutram hanc poteſtatem hîc in Iudicio poſtulamus. Neque enim venturus eſt ad Iudicium Chriſtus, vt ſupplex Patri pro nobis fiat; ſed vt actus noſtros diſcutiat: nec vt merita offerat; ſed vt meritorum ſuorum rationes exigat; videatque an quibus bonis & meritis bene vti potuerunt mortales, quoque ſint vſi.

23. Potentia ergo quam habere debet Chriſtus Iudex, virtutis eſt, atque imperij qua effectum dare debet Iudicio; ne improbitas relinquatur nō vindicata, nec virtuti ſua defuerit merces & præmiū. Hac vult excellere Iudicem Sapiens, quando ſic loquitur Eccleſ. 11. *Noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* An vero & hæc in Chriſto? Non dubitaueris credo ſi quę olim communem nobiſcum vitam agens, præſtiterit, expenderis.

24. Quam enim in corpore mortali mirabilia fecit? Teſtātur hoc cæci videntes, claudi ambulantes, leproſi mundati, ſurdi audientes, mortui reſurgentes, peccatores & impij iuſtificati; quæ pluribus vno Euangeliorum libro proſecuti ſunt quatuor Euangeliſtæ. *Virtutes exibant ab illo*, inquit B. Lucas, cap. 6. *& ſanabat omnes.*

25. Talia opera perpetrauit Chriſtus homo, qualia ſufficere poterant, ad diuinitatis ſuæ fidem omnibus mortalibus perſuadendam. Hinc ipſe Ioan. 5. *Opera, quæ dedit mihi Pater, vt faciam; ipſa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* & cap. 10. *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* & cap. 15. *Si opera non feciſſem in ijs, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.*

26. Et hanc poteſtatem agnoſcebant plerique in Domino. Si enim non agnoſcebant, ad quid, vt à Domino auxilium obtinerent, Dominum conueniebant? cur poſt acceptum beneficium fuerunt Domino grati? Optimè dixit (Matth. 8.) leproſus, *Domine ſi vis, potes me mundare.*

27. De hac poteſtate locutus eſt Euangeliſta, Ioan. 13. *Sciens quia omnia dedit illi pater in manus*, & dominus Matth. 28. inquiens, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra* & Ioannis 17. *Dediſti ei poteſtatem omnis carnis.* & Daniel cap. 7. *dedit illi* (filio hominis) *poteſtatem & honorem & regnum.* Ratione huius Chriſtus *Dei brachium* dicitur, propter hanc ſcriptum eſt in fœmore eius, Rex Regum & Dominus dominantium.

28. Ergo, quemadmodum Chriſti in creaturas Iuriſdictio magna: & de ijſdem ſcientia magna; ita & in eaſdem poteſtas magna. An tanta, vt ad omnia quæ ad Iudicium concurrunt, ſit ſufficiens? Conſtituamus primò, quæ ad Iudicium requiruntur: tum deinde quid in ſingulis Chriſtus poſſit definiamus?

Tri

Digitized by Google

Tria vero ſunt, quæ hîc requiruntur; primum eſt, vt Iudici ſiſtatur reus, ipſique ſit præſens. Alterum, vt ſententiam cum poteſtate Iudex dicat, Tertium vt quæ merentur iudicandi, tribuat, vt ſunt vel ſupplicia inferorum, vel gaudia beatorum, quæ ex Dei fœlici viſione percipiuntur. Omnia porro hæc intelligi poſſunt, vel immediatè fieri per Iudicem; vel per alios aliquos, pro Iudicis tamen imperio & voluntate.

Quando tamen pro Iudicis fiunt voluntate & imperio, quamuis etiam per alios fiant, optimè dicuntur fieri per Iudicem; propterea, quod alijs iſtis, veluti miniſtris Iudex vtatur: & ipſi propria authoritate faciant nihil; ſed omnia authoritate Iudicis, vt ob id hi, quaſi *manus dextra Iudicis* dici poſsint. 29.

Sed an hæc omnia per Chriſtum hominem fieri poſſunt? Et 30. omnia per ipſum ſolum? vel eorum quædam per alios; ipſius tamé imperio? Omnia ipſius poteſtate fieri poſſe atque adeo fieri credimus; quamuis quædam non per ſolum ipſum, ſed per alios; pro ipſius tamen voluntate atque imperio, fiant.

Præſens eſt ipſi iudicandus; quomodocunque verò; vires Chri- 31. ſti hæc res non ſuperat, ſiue ipſius ad iudicandum hominem deſcenſu hoc fieri dicatur; ſiue iudicandi ad Iudicem raptu, ibi vires per ſe habet ſufficientes, hîc Angelorum cum poteſtate vtetur miniſterio quamuis neutro modo futurus præſens credatur; ſed alio quodam, de quo in ſequentibus.

Præſens verò iam iudicando, loquetur, ſententiamque dicet. Et 32. hoc quo modo poſtea explicabitur. Certum eſt locutionem hanc internam eſſe quæ ſono externo non indigeat, cum ad ſpiritualem animam dirigatur. Quis autem hanc Chriſto detraxerat? Nihil ita ad Iudicem pertinet, vt ſententiæ probatio.

In mercede, quæ iudicandis conferetur, difficultas quædam eſſe 33. videtur. Nam ſanctis hominibus debita beatitudo, non Chriſto, ſed ſoli Deo tribuenda videtur, ſolus Deus eſt, qui hominem beare poteſt. Impijs verò infligenda ſupplicia tribueris igni infernali potius, atque apoſtolis Angelis; quàm Chriſti humanitati: Quid verò? Nullæ ergò hîc Chriſti partes? ad hæc virtus Chriſti non ſe extendet? Etiamſi & hîc nullæ Chriſti agentis partes, Iudicium tamen non malè Chriſto tribueris quoniam neceſſarium non eſt ad Iudicem, vt per ipſum Iudicij fiat executio.

Sed tamen hîc Chriſtus quoque ſuas partes habet. In impiorum 34. ſupplicijs: quia pro Chriſti voluntate infliguntur; voluntate inquam, non diuina tantum, ſed etiam humana: Nam & hac ignis infernal-

Digitized by Google

fernalis habet, vt agat in ſpiritus: & hac dæmonibus imperat, vt de hominibus ſupplicia ſumant: & hac damnatis neceſsitatem affert, vt pœnas ſuſtineant.

52. Fœlicitas autem & beatitudo quamuis præcipuam cauſam à qua affertur habet Deum, Chriſti tamē humanitatem nec hic rectè excluſeris, tum quia Chriſti hominis voluntas diuinæ conformis eſt eademque vult homines beari, tum quia non minus rectè Chriſto beatitudinem tribueris, quam iuſtificationem, ad quam eiuſdem humanitatem operari docent Theologi.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Vnde, & à quo Chriſtus homo acceperit poteſtatem exercendi Iudicium Particulare.

Non à ſe illam habet
Quia non neceſſario coniuncta cum natura humana.
Habet eandem à Deo,
Vt à quo omne bonum eſt.
Et à Deo patre eandem habet atq; à Spiritu ſancto; imo à ſe ipſo Deo.
Quia à Deo trino omne bonum eſt.
Pater tamen potius dicitur dare filio Iudicandi poteſtatem quam ſpiritus ſanctus:
Tum quod præcipuè in Patre omnis poteſtas reſideat.
Tum quod fortè Patris nomen non tam perſonæ ſit, quam naturæ.
Tum quod nomen Patris multarum vtilium rerum nos admoneat.

1. CHriſtum hanc poteſtatem Iudicandi habere docuimus, à quo illam acceperit, & vnde profecta, iam eſt inquirendum: inquirendum an à ſe habuerit, an potius ab alio: & ſi hoc; à quonam. De ea verò quæſtio eſt, quam vt homo habuit, non quam vt Deus. Hanc enim à Patre eſſe profectam facilè inde colligitur, quod quæcunq; Chriſtus Deus habet, habeat à Patre.

2. A ſe verò Chriſtus homo poteſtatem iudicandi non habet, quoniam cum humanitate illa neceſſario coniuncta non eſt. Si enim eſt, cur non omnibus ineſt? cur præ cæteris Chriſto illa tribuitur? cum non minus alij, quàm Chriſtus, humanā naturam habeant? Sed nec illa in humana natura poſſunt inueniri, quæ ad hanc poteſtatem, cum authoritate adminiſtrandam, ſunt neceſſaria. Hoc ergò principio ſit conſtitutum.

3. Huic addimus ſecundum; quid eandem à Deo habeat. Quid mi-

rum

Digitized by Google

rum? Ab illo debuit accipere, qui eandem in ſua poteſtate, cum iure habet; & cui vult poteſt conferre. At habuit ſolus Deus: à ſolo igitur Deo eandem habuit Chriſtus. Et hoc quidem ex duobus illis rectè concluditur, quod verò in poſteriori aſſumitur, probari non debet cum id ſuperius ſit dectum. Verum quod altero, priori illo, aſſeritur ratio ipſa, atque adeo natura ſuadet. Neque enim quiſquam à quocunque poteſt accipere, quod alter non habet; quemadmodum nec quiſquam dare, quod non habet. Quocirca benè D. Petrus docet, Chriſtum *à Deo viuorum atque mortuorum Iudicem eſſe conſtitutum*. Actuum 10. Hoc ſecundo ſit aſſertum.

Sed quoniam & Pater Deus eſt, & filius Deus, & Spiritus ſanctus Deus; à quo accepiſſe dicetur? An ab vna perſonarum aliqua, an ab omnibus æqualiter? Hoc difficultatem aliquam habet. Etenim Chriſtus Patri attribuit, *Pater*, inquiens Ioan. 5. *omne Iudicium dedit Filio*. Et tamen difficulter Spiritum ſanctum excluſeris; quoniam quam habet poteſtatem iudicandi Pater; eandem habet & ſpiritus ſanctus, vna eademq; vtriſque eſt, vna ſi data Chriſto poteſtas hæc, non minus à Spiritu ſancto data eſſe credi debet, quàm à Patre. 4.

Adde, quod & filius à ſe illam accepiſſe credi poſsit. Nam & ipſe verus Deus, cum Patre, & Spiritu ſancto: & eadem illi communis eſt cum Patre & Spiritu ſancto: nec quidquam Pater dat & Spiritus ſanctus; quod non filio quoque accepto tribui debeat. *Indiuiſa ſunt opera Trinitatis ad extra*. Itaque quemadmodum ipſi commune fuit cum Patre & Spiritu ſancto opus incarnationis, ita collatio poteſtatis Chriſto homini facta. 5.

Non ſine ratione hæc dici videntur. Nec à ratione ſunt aliena, aut etiam veritate. Verum eſt à Patre filium habere iudicandi poteſtatem? Chriſti nos ad credendum hic vrget oratio. Verum quoq; eſt, eandem habere à Spiritu ſancto. Quoniam quæcunq; vlli creaturarum impertit Pater, impertit Spiritus ſanctus, Verum & illud, habere Chriſtum illam ipſam à ſe, eandem ob cauſam, quod Pater atque Spiritus nihil vlli conferant, quod non & filius conferat; vtpote vnus idemque cum Patre & Spiritu ſancto atque indiuiſus Deus. 6.

Quid igitur eſt quod *Pater* dicatur *Iudicium dediſſe filio*, non Spiritus ſanctus. Reſpondeo, quod dum *Pater* dicitur *dediſſe filio*, non negatur dediſſe Spiritus ſanctus: quemadmodum & alios ſæpè Patri multa tribuuntur; quæ Spiritui ſancto non rectè detraxeris, quamuis Spiritus ſancti nulla fiat mentio, Talia ſunt, quod dicatur *vſque modo operari* (Ioan. 5.) Pater: & in ſymbolo Apoſtolorum pater, cre- 7.

P 3 aſſe

taſſe cœlum & terram, &c. Itaque ſicut Spiritus ſanctus operatur, quamuis dicatur operari Pater: & Spiritus ſanctus creditur creaſſe cœlum & terram, quamuis Pater dicatur creaſſe ita credi debet eundem Spiritum Chriſto poteſtatem iudicandi contuliſſe, quamuis ſolius Patris mentionem fecerit Dominus.

8. Sed cur Spiritus ſancti nulla mentio? cur tantum eius ſilentium? Ad hoc in promptu facilis eſſet reſponſio, ſi de poteſtate iudicandi locutus eſſet Chriſtus quam ipſe tanquam filius Dei, commune habet cum Patre, & Spiritu ſancto Etenim hanc à ſolo Patre habet filius, quemadmodum à ſolo patre eſt genitus filius, & quam quantamque habet poteſtatem, habet à patre, & de hac locutum Chriſtū Ioan. 5. credunt Hilarius, lib. 7. de Trinitate, Ambroſ. lib. 2. de fide, cap. 2. Chryſoſtomus, homil. 38. Verum quoniam de poteſtate Chriſti hominis videtur eſſe ſermo, alia ratio, cur ſolius patris mentio facta ſit, aſsignari debet.

9. Quid verò ſi illa eſſe dicatur, quod præcipuè in Patre poteſtas, quæ Chriſto collata eſt, reſederit, & ab eodem, tãquam primo fonte non in filium ſolum, ſed etiam Spiritum ſanctum deſcenderit? Etenim ſolus Pater principium eſt, ſiue principio, filius autem & Spiritus principia quidem ſunt, ſed de principio, filius, videlicet, Spiritus ſancti & creaturarum; Spiritus ſanctus creaturarum tantū. Itaque quemadmodum à patre in filium per generationem æternam poteſtas iudicandi deriuata eſt, ita ab eodem patre & filio, per communem ſpirationem peruenit in Spiritum ſanctum, vt idcircò optimè fiat ſolius patris mentio quod omnis in filio & Spiritu ſancto poteſtas à patre ſit, & patris à nullo ſit.

10. Forſitan quoque dici poterit *Patris* nomine non perſonam tantum primam, ſed Deum vnum in tribus perſonis intelligi quemadmodum enim non rarò nomen naturæ conueniens, pro perſona ponitur, ita non rarò nomen perſonæ naturæ tribuitur Vtriuſque exempla paſsim in Scripturis ſunt obuia.

Et profectò Chriſto Domino admodum fuit familiare, vt quan-
11. do de Deo abſolutè loquitur, nomen perſonæ *Patris* vſurpet. Hoc demonſtrant ſequentes eius orationes. *An non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorū.* Matth. 26. *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis*, Ioan. 2. *Nam & pater tales quærit, qui adorent eum in veritate*, Ioan 4. *Pater meus vſque modo operatur*, Ioan. 5. *Non accuſaturus ſum vos apud patrem*, Ioan. 5. *Non quia patrem videt quiſquam*, Ioan 6. *Honorificabit eum pater meus, qui in cœlis eſt*, Ioan. 12. *Pater meus diliget eum*, Ioan. 14. &c.

Et

Et hoc Dominus non leuibus ex cauſis feciſſe videtur, in quarũ 12.
numero non malè qui recenſuerit, quod cũ filius Dei eſſet, patris,
tãquam ſibi conuenientius, nomen præalijs elegerit: rurſus quod
hoc *patris* nomine voluerit nos Dei erga mortales promptum affe-
ctum & benefaciendi ſtudium intelligere: noſtram etiam erga Deũ
fiduciam excitare, ſtudium ipſi ſeruiendi promouere: intelligere
denique longè eſſe aliam rationem veteris legis, vbi pro *patris*, *Dei*
atque *Domini* nomen in vſu erat; quam nouæ, vbi gloriari licet in
ſpe filiorum Dei & ad Deum clamare, Abba Pater.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

An Pater & Spiritus ſanctus ita filio poteſtatem iudicandi contulerit, vt ipſi iam nihil in Iudicio agant.

In omni Iudicio cum filio etiam pater & Spiritus ſanctus habent ſuas partes,
Opera enim Trinitatis ſunt indiuiſa.
Et quidem principem locum habent, Pater et Spiritus ſanctus cum verbo Chriſtus q. vt inſtrumentum.
Quia Dei beneficio habet.
Duplicis inſtrumenti Chriſtus vices gerit in Iudicio coniuncti, & ſeparati:
ſed diuerſo reſpectu.

Iudicium tamen dicitur tranſlatum in filium, & non eſſe apud Patrem aut Spiritum ſanctum.
Quia nullus, vt filius iudicat
Non ſunt diſtincta Iudicia Chriſti & Trinitatis.
Ad plures ſe extẽdit Dei quam Chriſti, Iudicium
Chriſti Iudicia poſſunt diſtingui duplicia.
Quædam in carne, quædam extra carnem peracta.

A Patre & Spiritu ſancto, quin imò à verbo. 1.
ipſo Chriſtum hominem accepiſſe pote-
ſtatem Iudicium faciendi demonſtratum
eſt, verum, vtrum ita Chriſto hanc pote-
ſtatem contulerint, vt nullum ipſi iã am-
plius Iudicium ſubeant, totumque Chri-
ſto relinquant, fortè quis interrogauerit. 2.
Et contuliſſe hoc modo vt credat facilè
inducetur illa Chriſti oratione, Ioan. 5.
Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium filio dedit. Sed tamen ani-
mo hærebit ſi ſecum repetat ſine Deo fieri nihil & illud, *Opera Trini-
tatis ad extra* (inter quæ eſt hoc iudicium) *eſſe communia perſonis omni-*

Digitized by Google

bus, ideoque credi poſſet priuilegium quidem homini Chriſto factum eſſe, quod iudicet; ſed tamen Patrem & Spiritum ſanctum quoque in Iudicio partes ſuas habere. Quid ergò?

2. Ita omninò credendum eſt; Nullum Iudicium exerceri, in quo non etiam Pater & Spiritus ſanctus, præter Chriſtum Dominum, ſit Iudex Id ſuadent iam dictæ rationes, ſed & pro patre eſt S. Petrus 1. cap. 1. *Pater*, inquit, *ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſq; opus*. Veruntamen Iudices non dicuntur, plerunq; nec iudicare Pater & Spiritus ſanctus, ſed filius; quoniam non vt filius iudicant, ſecundum humanitatem ſcilicet. Neque enim humanam naturam vt filius, ita Pater atque Spiritus ſanctus aſſumpſerunt. Et hoc modo negauit Dominus *Patrem iudicare quemquam*.

3. Et quidem principem locum in Iudicio obtinent Pater, & Spiritus ſanctus cum verbo ſecundariũ quaſi Chriſtus qua homo, quoniam hic Dei beneficio, Deus ex ſe propriaque virtute illud exercet, hinc qui duplicem poteſtatem iudiciariam hìc diſtinguunt, *primariam*, atque *ſecundariam*. illam Deo vni trinoque, hanc Chriſto homini tribuunt certè non malè quemadmodum poſterius explicabitur.

Sed & *inſtrumentalis* quaſi, eſt, quam homo Chriſtus habet. & in-
4. ſtrumentalis ad illam, quæ eſt in patre, atque Spiritu ſancto: & inſtrumentalis quoque ad illam, quam tanquam verbum patris, vt verè eſt habet, ſed tamen diuerſimode.

Duplicis etenim generis inſtrumenta diſtinguuntur, quædam
5. ſeparata ſunt à principalibus agentibus, quædam ſunt cum iiſdem coniuncta. Vtrorumque rationem Chriſti humanitas in Iudicio vnoquoque ſuſtinet, vt inſtrumentum ſeparatum concurrit in Iudicio, cum patre & Spiritu ſancto: vt inſtrumentum coniunctum cum Verbo, quod in vnitatem ſuppoſiti eandem aſſumpſit.

Ex dictis patet, non diſtincta eſſe hæc iudicia, Trinitatis, & Chri-
6. ſti hominis; ſed vnum idemque; quod reſpectu humanitatis Chriſti eſt eius proprium; reſpectu poteſtatis diuinæ, eſt commune cum patre & Spiritu ſancto, quantum ſcilicet, ad ſubſtantiam actus ipſius; licet quantum ad modum, quia per carnem coniunctam ſibi iudicat, etiam eſt proprium Chriſti. Vide Toletum in 5. Ioannis Annot. 19. ſuper illud, *Pater non iudicat quemquam*.

Colligitur & illud ex dictis, ad plures ſe extendere Iudiciũ Dei, ſiue Trinitatis, quam Chriſti hominis, quoniam quod Chriſtus homo exercet, per humanitatem exercet, quam non ſemper habuit, quando tamen multi homines Iudicium hoc ſubierunt, Iudiciiq; ſenten-

Google

ſententia, aut miſeri, aut beati ſunt pronunciati.

Sed tamen nec in his Iudicijs Dei filius deſideratus fuit, quoniam, qui in tempore factus eſt homo, ab æterno fuit Deus: & ob id, qui in tempore factus eſt Iudex ſecundum humanam naturam, ab æterno fuit Iudex ſecundum diuinam, cuius tamen Iudicij effectus in tempore dare cœpit. 8.

Iudicia ergò duplicia exercuit Filius Dei, Chriſtus Dominus. Quædam ſcilicet, in carne, quædam extra carnem. In carne exercuit, quæ incarnationem ſecuta ſunt, ipſo Iudice. Extra carnem, quæ incarnationem præceſſerunt. Hæc cum Spiritu ſancto & Patre, vt Deus, exercuit; illa cum Patre & Spiritu ſancto vt homo Deus. 9.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Quanta ſit poteſtas Iudicandi in Chriſto, an æqualis cum Dei.

Ad plures iudicãdos ſe Dei extendit.
Quia ad omnes omninò rationales creaturas.
A tempore, quo Iudicium Chriſto commiſſum eſt.
Sine Chriſto nullus iudicatur.
Cur enim vnus præ alio:
Differt quoque Dei à Chriſti poteſtate.
Dei enim independens, non Chriſti,
Dei, retributio decernitur; non Chriſti,
Dei, ipſi conuenit ab intrinſeco, non Chriſti,
Dei primaria, non Chriſti.

DE poteſtate Iudicandi, quam, vt homo, habet, eſt quæſtio. Nam de ea, quam habet, vt filius Dei & Verbum Patris, certa res: eandem videlicet eſſe diuinam, nec minorem quam Patris ſit & Spiritus ſancti: vt qui vnus idemque eſt cum Patre & Spiritu ſancto perfectus Deus. 1.

Quantitas verò hæc ratione duorum accipi poteſt: vel iudicandorum, vel ipſiuſmet poteſtatis iudiciariæ. Ibi quæritur, An omnes, quicunque Dei Iudicium ſubeunt, ſubeant & Chriſti hominis; hîc, An illa Chriſti poteſtas differat à diuina & tanta ſit tamque excellens, quanta, & quàm excellens diuina. 2.

Prius illud facilius abſoluitur, quoniam aliquoties dictum coram Chriſti tribunali, non comparuiſſe, qui Chriſtum tempore præceſſerunt. Non potuit Chriſtus quenquam in carne iudicare; quando carnem ipſe nondum fuit indutus. Quocirca plurimi in vitæ termino coram diuino tribunali comparuerunt, qui Chriſti 3.

tribunal ignorarunt, ideoque ex hac parte non tanta Chriſti, quanta Dei vnius & trini in Iudicando poteſtas.

4. Sed tamen, poſtquam Iudiciariam poteſtatem hanc, ſibi homini datam, exercere cœpit, exercere non deſijt, nec deſinet, quamdiu erunt iudicandi. Nullus ipſius Iudicium declinabit. Ita Pater voluit, poſtquam filius homo factus eſt; quoniam *dedit ipſi poteſtatem Iudicium facere, quia filius hominis eſt*: quod quia non minus in omnibus, quam aliquibus locum habet, non minus credendum eſt omnium, quàm aliquorum, Iudicium ad ipſum deinceps pertinere, ideoque in poſterum (quod ad iudicandos attinet) tantam Chriſti eſſe quantam Dei poteſtatem.

5. Eſt nihilominus etiam ex alia ratione longè inferior hæc Chriſti hominis in iudicando poteſtas, quàm Dei. Quoniam illa Dei, independens eſt ab omni poteſtate ſuperiori; quemadmodũ & Deus nullum habet ſe ſuperiorem: at Chriſti pendet à diuinitate, quemadmodum & humanitas eius à diuinitate.

6. Rurſus, Deus ſupremam habet authoritatem in decernẽdis præmijs & pœnis ſingulorum iudicandorum; illiuſque voluntate & ſapientia conſtitutæ ſunt ſingulis operibus iuſtæ retributiones. At hîc Chriſtus qua homo nihil habuit: quoniam vt diuina, ita ſola diuina voluntate & ſapientia (non verò humana aut Chriſti hominis) retributiones ſunt conſtitutæ. Deus eſt ſupremus legiſlator & gubernator hominum: ad ipſius prouidentiam pertinet debita ſingulorum meritis præmia conſtituere. Atque hinc eſt, vt etiam ante Chriſti incarnationem, ſingulis operibus tam hominum, quam Angelorum, certa fuerint conſtituta præmia.

7. Tertiò, Deo hæc poteſtas conuenit *ab intrinſecis & eſſentialibus*, vt in ſcholis loquimur *principijs naturæ*, at quidquid poteſtatis Chriſtus homo in hoc Iudicio habet, non ipſi ratione humanitatis conuenit, ſiue ex principijs illius, ſed hoc habet propter vnionem ad diuinam perſonam, vel certè propter infinitum meritum.

8. Atque hinc illa diſtinctio poteſtatis *primariæ & ſecundariæ* in Iudicio. Et Deo quidem illa *primaria* relinquitur; homini Chriſto illa *ſecundaria*, & illa huic ſuperior eſt, hæc illi diuinæ quaſi ſubordinata atque ab eadem manans, quo ſenſu & *delegata* quandoque dicitur & ex *commiſſione*: quamuis alia quadam ratione *ordinaria* dici poſſit, quatenus Chriſto conuenit, ratione proprij muneris & officij, vt qui ſummus eſt ſacerdos & ſpiritualis Rex.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Quo titulo, ſiue qua ratione Chriſto conueniat poteſtas Iudiciaria.

Conuenit primò ratione naturæ:	*Conuenit deinde ratione operationum meritoriarum.*
Non quidem diuinæ,	*Teſtibus Iob, Paulo, Auguſtino (bet.*
Nec puræ humanæ,	*Duplici ergo titulo hãc poteſtatẽ ha-*
Sed humanæ in tali hypoſtaſi.	

DVplici titulo aliquibus quædam poſſunt tribui, eademque illis conuenire. Alia enim habere poſſunt ratione naturæ, qua præditi ſunt, alia ratione operationũ, quas exercent. Ratione naturæ quidam habent, quod dociles ſint alij quod ad ſtudia minus apti. Ratione operationum, quod ad Magiſtratus atque honores aſſumpti, vtpote ſi v. g. egregiam operam in patriæ libertate vindicanda nauarunt. Quæ naturam ſequuntur proprietates ferè ſunt atque effectiones: quæ operationes, præmia ferè virtutum. 1.

Chriſtum habere poteſtatem Iudicandi dictum eſt: quo verò titulo illam habet? An naturam illa ſequitur? an tribuitur ratione operationum, quas exercuit? Hoc inquirendum eſt, præſenti capite, & demonſtrandum vtroque titulo eandem haberè à Chriſto: id eſt, & naturam ſequi, & eiuſdem operationibus tribui. 2.

Porrò quæ naturam in Chriſto ſequuntur triplicis ſunt generis, 3. Quædam enim diuinam tantum ſequuntur: quædam humanam abſolutè, nulla habita ratione ad diuinam hypoſtaſim: quædam humanam quatenus in diuina hypoſtaſi ſubſiſtit. Quemadmodum enim duplex in Chriſto natura, diuina & humana: & duplicem conditionem humana induit, ita tribus modis Chriſto quædam ratione naturæ poſſunt conuenire.

Conuenit verbi gratia, ipſi ratione diuinæ naturæ, quod omnipotens ſit, quod ſcientia inſtructus diuina, &c. Conuenit eidem ratione humanæ nudæ, quod intellectu polleat atque voluntate, qualem Deus atque natura omnibus mortalibus conceſſerunt: conuenit ratione humanæ naturæ, ſed in diuina hypoſtaſi ſubſiſtente, quod ſacerdos ſit, & hominum apud Deũ patrem potens mediator 4.

Sic operationes in Chriſto poſſunt duplices diſtingui Quædam 5. enim poſſunt habere rationem meriti: à quibuſdam poteſt illa abeſſe, quales vtrum eiuſdem aliquę in hac vita fuerint diſputant qui-

dem certè dari in ipſo, poſtquam vitam mortalem cum immortali commutauit nemo negauerit.

6. Hæc cum ita ſint, cum poteſtatem Iudiciariam in Chriſto, & naturā diximus ſequi, & operationibus tribui, de qua natura quod diximus intelligi debet? diuina an humana? de quibus item operationibus? Hoc ſequentibus definimus.

7. Ergò non ratione diuinæ naturę Chriſto hæc Iudiciaria poteſtas tribuitur. Ab æterno hanc non habuit; accepit in tempore. At ſi ratione diuinæ naturæ haberet, ab æterno, & non in tempore illam accepiſſet, quoniam non in tempore incepit eſſe, ſed ab omni æternitate natura diuina fuit. Quocirca nec probat S Thomas ſententiā Chryſoſtomi, qui Chriſto, tanquam Deo hanc poteſtatem tribuit. Verba Chryſoſtomi hæc ſunt homil. 38. in Ioannem. *Nolite hoc mirari*, inquit *Non enim propterea ſuſcepit iudicium filius, quoniam homo eſt: ſed quia ineffabilis Dei filius eſt.* Vide Thomam. 3. p. q. 59. ar. 2.

8. Nec tribuitur Chriſto, ratione naturæ puræ humanæ. Cur enim ipſi præ cæteris tribueretur? Quæ naturam *per ſe* ſequuntur, illa omnes in quibus natura eſt, ſequuntur. An verò in omnibus poteſtas eſt iudicandi? In Deo eſt: & in ſolo Chriſto, *quem Deus conſtituit iudicem viuorum atque mortuorum.* Actuum. 10.

9. Naturam ergò humanam ſequitur in tali hypoſtaſi Chriſto, quatenus homo Deus eſt conuenit, vt Iudex ſit mortalium omnium. Atque hoc eſt, quod ratione vnionis hypoſtaticæ dicunt eandem ipſi tribui: quod illam Chriſto ſoli velint competere, vt qui ſolus ſit homo Deus, Hæc prior ratio, qua ipſi conuenit iudicandi poteſtas.

10. Eadem etiam conceſſa eſt ratione operationum, quas exercuit, & quidem illarum quæ meritorum habent conditionem. hæc enim cum fuerint in Chriſto maxima, & gloriam animæ gratiamque mereri iiſdem non potuerit, quod potuit, meruit; nominis, ſcilicet, excellentiam, & hanc iudicandi poteſtatem. Ita S. Thomas, ar. 3. quæſt. 59. affertque pro hoc illud Iob cap. 34. *Cauſa tua tanquam impij iudicata eſt; cauſam iudiciumque recipiens*, quod quamuis in omnes iuſtos, qui iniuſtè iudicantur, quadret, Chriſto tamen præcipuè conuenit, & q. per antonomaſiam. Adfert & illud B. Auguſtini, lib. de verbis Domini, ſermo. vltimo. *Sedebit ille*, inquit, *Iudex, qui ſedit ſub Iudice; damnabit verò reos qui falſo factus eſt reus.*

11. Ergò duplici nomine Chriſto poteſtas iudicandi conuenit, naturæ atque operationum, naturæ, quia Dei eſt filius, operationum, quia illæ ſua hac mercede priuari non debuerunt. Priorem rationē

insinuat

inſinuat Dominus, quando dicit ſibi datam poteſtatem iudicandi, quia filius hominis eſt, poſteriorem D. Paulus, quando ob humilitatem ſuam docet accepiſſe nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. Philip. 2.

Sed tamen quæ duplici ratione ipſi conuenit, non duplex eſt poteſtas. Vna eademque duplici titulo habetur: illo priori, quaſi hereditario, hoc poſteriori, quaſi meriti, & illo eandem habuiſſet cum honore, etiamſi nihil operatus fuiſſet: hoc habuit; quia operatus, ideoque cum laude & gloria. 11.

Abſurdum verò non eſt; quod duplici titulo eandem habuit; & quod quã habuit, quaſi hereditariò etiam habuerit ex merito quoniam nec abſurdum eſt, vt quod Regnum filius alicuius Regis accipit iure hereditario, (vtpote cui naturæ iure debetur) idem accipiat tanquam præmium rerum præclarè pro patris honore, atque regni emolumento geſtarum. 12.

Adde & hoc, meritis operationibuſque Chriſti potius tribui actualem huius poteſtatis poſſeſsionem atq; eiuſdem vſum, & perpetuitatem, quam poteſtatem ipſam, quoad eiuſdem ſubſtantiam hoc enim modo potius naturam ſequitur, quam operationibus atque meritis tribuitur. Vide Scariz. Tom. 2. diſp. 72. ſect. 1. 13.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Quando Chriſtus acceperit Iudiciariam poteſtatem, & quando ea vti cœperit.

Ab ipſo incarnationis momẽto Chriſtus Iudicandi poteſtatem habuit.
Et ratione naturæ.
Et ratione operum meritoriorum.
Sed tamen mox poteſtate vſus non eſt: quia nec neceſſarium.
Non vſus illa vnquam ante mortem, quia ſtatui glorioſo conuenit.
Vſus eſt ſtatim à morte:
Quia tunc glorioſus ſtatus habuit initium.
Varia fuerunt Chriſti iudicia.

Quædã exercuit in anima ſeparata:
Quædam in anima corpori coniũcta.
Rurſus.
Quædam exercuit in carne, ſed non per carnem:
Quædam in carne & per carnem.
Rurſus.
Quædam exercuit nec in carne, nec per carnem
Quædam in carne, ſed non per carnem.
Quædam in carne, & per carnem.

1. Ex dictis facilè colligitur, quid ad pręſentem quęſtionem (qua de tempore , qua hanc poteſtatem Chriſtus habere cœpit; quæritur) reſpondendum ſit. Ab ipſo enim ſuæ conceptionis inſtanti illam accepit Quo modo hoc? Quoniam, vt dictũ, vnionem hypoſtaticam illa ſequitur. quocirca cũ hæc inſtanti conceptionis pleniſsimè perfecta ſit, dubitare non poſſumus, quin illo eodem momento Iudiciaria poteſtas Chriſto collata fuerit.

2. Verum quoniam duplici titulo eandem Chriſto tributam diximus, videlicet , & vnionis hypoſtaticæ, & præterea, quia illam meruit, an fortè vtroque, ab inſtanti conceptionis, ipſa collata dici debet? omninò dici debet. Nec hoc mirũ Quia nullo momento Chriſtus homo fuit, quo non meruit, & cum omni opere omnia, quæ conſequi potuit meruerit, etiam meruerit hanc Iudiciariam poteſtatem.

3. Quid enim hîc dubium? An quod primo ſuæ conceptionis momento meruerit? an non hoc, ſed quod meruerit hanc Iudiciariam poteſtatem? Non illud prius: quia nihil eorum hic deſiderabis, quod ad meritum eſt neceſſarium. Non poſterius , quia tantum meritum , in quacunque Chriſti operatione ; quantum ad quamcunque dignitatem aut honorem obtinendum iuſtè quis requiſiuerit.

4. Non verò ita primò inſtanti hanc dignitatem Chriſtum meruiſſe credi debet, vt non ſequentibus illam meruerit Etiam ſequentibus meruit , ideoque eandem pluribus modis meruit, quemadmodum etiam, *vt copioſa eſſet redemptio noſtra apud Deum patrem* , eandem ipſe pluribus modis meruit, quamuis vno quodam opere (*paſſione*) excellentiſsimè.

5. Sed quæ ab inſtanti conceptionis Chriſto Iudiciaria poteſtas debebatur ratione naturæ ; & quam operationibus meritus erat, illam non ſtatim , vt debebatur, & vt meritus erat, atque adeo , vt habebat , exercuit. Sed nec vt exerceret , erat neceſſarium : quoniam ſicut ab ipſius voluntate pendebat, vt & homo fieret; & homo factus operaretur ita , vt quod homo factus , & operationibus obtinuerat exerceret ab ipſius pendebat voluntate. Etiam apud homines fieri obſeruamus , vt non ſemper vtantur , quam habent, poteſtate.

Quan-

Quando igitur Iudiciaria poteſtate vti cœpit? Certè ea vſus non 6.
eſt, quando in carne mortali adhuc nobiſcum conuerſabatur. Omninò ad gloriosum Chriſti ſtatum poteſtas hæc pertinet, non miſerum, & infirmum. Hinc & in hoc conſtitutus negabat ſe miſſum, *vt iudicet mundum, ſed vt mundus per ipſum ſalutem habeat.* Ioan. 3. & Lucæ 12. rogatus à quodam vt fratrem cogeret ad diuidendam hæreditatem *Homo*, inquit, *quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem inter vos.*

Ante mortem igitur poteſtate hac vſus non eſt dominus. An v- 7.
ſus, poſtquam à morte reſurrexit? Non video, cur vſum eſſe negari debeat. Cum enim ad glorioſum ipſius ſtatum poteſtatis huius vſus pertineat, veriſimile eſt vſum eadem fuiſſe, quando in glorioſo ſtatu ipſe fuit, vt fuit quando à morte reſurrexit. Fortè hoc ipſius indicat oratio, quando dixit *datam ſibi omnem poteſtatem in cœlo & in terra.* Matth. 28.

Sed & fortè ante Reſurrectionem eſt vſus. Quia & ante reſurre- 8.
ctionem glorioſus eius ſtatus (cum quo vſus huius poteſtatis initium habuiſſe dicitur) fuit mox á morte ſcilicet antequam etiam reſurgeret. A morte ab infelici fragilique huius vitæ conditione, ad felicem, & omnis mali expertem tranſijt Dominus. Itaque quemadmodum & ante reſurrectionem, Chriſti beneficio felices, vera Dei viſione cæperunt eſſe patres, quos limbus continebat: ita & ante reſurrectionem hac ſua poteſtate cæperit vti Chriſtus.

Hinc tria infero. Primum eſt Chriſtum hanc poteſtatem exercu- 9.
iſſe & in anima ſeparata, & in anima corpore coniuncta. In ſeparata, illo triduo, quo corpus ipſa non informabat. In anima corpori coniuncta, reliquo tempore à ſua morte, ad mundi vſque conſummationem.

Alterum eſt, Chriſtum Dominum, quo tempore in corpore fuit, 10.
dupliciter ſe ad Iudicium particulare habuiſſe: quoddam ſcilicet exercuiſſe in carne, ſed non per carnem, quoddam in carne, & per carnem. In carne, ſed non per carnem exercuit omnia, quæ perfecta ſunt à tempore incarnationis vſque ad mortem; per carnem; & in carne, omnia quæ à morte peracta.

Tertium eſt Chriſtum Dei filium, quædam Iudicia exercuiſſe; 11.
nec in carne, nec per carnem: quædam in carne, ſed non per carnem quædam in carne, & per carnem. Nec in carne, nec per carnem exercuit, quæcumq; ante incarnationem peracta ſunt, in quibus cõmunis fuit cũ patre & Spiritu ſancto Iudex. In carne ſed non per carnẽ

ſint præſentes,& eorundem miniſterio ſinguli à morte,ad ſua loca ſedes deducantur, tertiò, idcircò, quod videatur fieri non poſſe; vt omnia Iudicia per ipſum Chriſtum exerceātur,& per eundem in omnes ſententia proferatur, niſi vel concedatur ad terram ipſum deſcendere dum homines exſpirant, vel admittatur, omnes qui hinc diſcedunt, transferri ad tribunal Chriſti Iudicis: vt taceam tantam iudicandorum multitudinem plurimum negotij vni faceſſere.

Verum enim verò, quamuis fieri poſsit, non tamen crederem fieri vt Vicarios Chriſti in hoc Iudicio agant Angeli. Quemadmodum per ipſum Generale, in fine ſeculorum, ita per ipſum, & non per Angelos, in fine vitæ cuiuſque iudicium Particulare fiet, vtrobique ipſe ſententiam dicet, vtrobique ex ipſo ſententiam intelligent iudicandi. 4.

Atque hoc ijs rationibus facilè perſuadebitur, quibus ſuperius aſtructum eſt, in hoc Iudicio Chriſtum Iudicem agere. Ad eaſdem verò illæ accedunt, ob quas præcedenti capite, 24. diximus Chriſto conuenire atque deberi hanc Iudiciariam poteſtatem, quarum altera ex hypoſtaſi diuina, altera ex ipſius meritis petebatur. Quemadmodum enim vnio in propria perſona eſt facta & dignitatem atque poteſtatem iudicandi ſibi non Angelis meruit Chriſtus, ita conuenit, vt in propria perſona ipſe iudicet, non verò iudicet aliquis alius, Chriſti perſonam ſuſtinens. 5.

Et quid poteſt obſtare ne ipſe iudicet? An fortè, vt per ſe faciat, non conuenit? At conuenit, vt in propria perſona,& per ſe Iudiciū Vniuerſale exequatur, vt igitur illud, ita hoc per ſe exercebit, vel ratio danda cur non conueniat ipſum Iudicium Particulare, & tamen conueniat Vniuerſale. 6.

Multa quidem per Angelos Chriſtus facit, quæ tamen quia Chriſti Vicarij illi ſunt, Chriſto rectè tribuuntur; at non neceſſe eſt ob id omnia Angelis tribui; quemadmodum neque omnia tribuuntur Angelis in vetere lege, aut omnia per ipſos facta dicuntur, quia quædam per ipſos facta ſunt. 7.

Et ſint mox à morte præſentes iudicandis Angeli; & probi, per bonos deducantur ad fœlices ſedes: improbi & damnati per malos, rapiantur ad tormentorum loca: non tamen ob id neceſſe eſt ipſorum ore ſententia feratur, imò hoc ipſum miniſterium quod hîc iudicandis præſtant Iudicium ſententiæque prolationem ipſis adimit; quoniam non vt Iudices ſunt præſentes ſed vt Iudicis Iudicijque miniſtri, parati ad Iudicij executionem faciendam.

Et quinam Angeli eſſe poſſunt, per quos hoc Iudicium exer-

tis, quocirca & voce ſpirituali, quæ reuelatione atque locutione fit intellectuali, hæc vero cum præſentiam corporalem non requirat loquentis non poſtulat præſentem in ſuo corpore Chriſtum. Quocirca Chriſtus in cœlo reſidens, ad aurem mentis, voce mentis atque intellectus iudicandis loquetur, quando ſinguli ab illo ſuam in Iudicio ſententiam accipient. Sed de hoc ſequenti capite.

Fortaſsis fieri poſſe non creditur, vt præſens in perſona non ſit Chriſtus & tamen Chriſtum loquentem audiant animæ. Sed non hoc eſt ex illorum genere, quæ fieri nequeunt. Spiritualis Chriſti locutio, quemadmodum & auditio, qualis in hoc animarum Iudicio interuenit, loci diſtantia non impeditur. 17.

Atque hoc eſt quod doctiſsimus Toſtatus Abulēſis indicat, quæſtione 23. in 24. Matth. quando dicit *Chriſtum venire in morte vniuſcuiuſq; non ſecundum præſentiam localem; ſed ſecundum efficaciam, per quam fit, vt vnuſquiſque ſuum ſtatum agnoſcat; & imperium atque ſententiam iudicis audiat, & ex vi illius ſtatim tendat in locum ſuis meritis debitum.* 18.

Hæc cum ita ſint, credi non debet Chriſtum ex cœlis ad terram deſcendere, quando hoc Iudicium in terra exercendum eſt, quoniā vt propter ſententiam iudicandis iudicandam deſcendat prorſus neceſſarium non eſt. Sed quot etiam ipſius eſſent deſcenſus, quot occupationes? quot motus? Quoties etiam ex vno ad alium locum erit migrandum? quoties & in eodem inſtanti in diuerſis, maximeque diſtantibus locis eſſe oportebit? Neque enim nouum eſt multos quotidie animam agere, & eodem quandoque inſtanti, plurimos diuerſiſsimis maximeque diſtantibus locis conſtitutos. 19.

Duplex eſt modus exiſtēdi Chriſti perſonaliter; vnus eſt ille, quo ſub ea forma in cœlo exiſtit, qua Viſus eſt cœlos aſcendere, alter, quo in ſacramento nobiſcum eſt ſub ſpeciebus panis & vini vtro ergò adeſt; iudicandis, ſi adeſt; Poſteriori nullus dixerit; quod vi conſecrationis tantum ſit hoc modo præſens, quę nulla obſeruatur ijs locis, vbi mortales animam agunt. Priori quamuis in pluribus eſſe poſsit, eſſe, ſcilicet ſimul in cœlo & in terra; quis tamen toties eſſe dixerit quoties eſſe neceſſe eſt, ſi præſens perſonaliter iudicandis eſſe debet? 20.

Quocirca anteproſopos & in proprio corpore credendum non eſt Chriſtum affuiſſe in quibuſdam Iudicijs, quæ ipſo Iudice peracta videntur, vt verbi gratia illo, quo Magdeburgenſis Vdo damnatus dicitur, Viſio illa omnis Angelorum opus fuit, vel præcipuū; & Chriſtus non ſuam in illa; ſed Angeli Chriſti perſonam egerūt; quemadmodum, vt plurimum, Dei egerunt in veteri Teſtamento. 21.

22. Quid quod nec Iudicium propriè Particulare fuit, quo ſacrilegum Vdonem damnauit Chriſtus: quemadmodum nec Particulare Iudicium dixeris, quando à vita hac ad mortem aliquis damnatur. Externa quædam viſio fuit, qua Deus grauitatem ſceleris ad poſteros voluit venire: & vnius exemplo plures ad ſuauiora conſilia reuocare.

23. Particulare Iudicium, quod Vdo ſubijt: hanc viſionem ſecutum eſt illudque ſuſtinuit quando miſer animam efflauit. Tum primū poſtremam Chriſti Iudicis ſententiam, quæ reuocari non potuit, audiuit quamuis de eadem non potuit dubitare, quando ad Chriſti tribunal viuus raptus eſt, ſua ipſum condemnante conſcientia.

24. Idem dixero de alijs quibuſdam viſionibus, in quibus Chriſtus circa mortem quibuſdam apparuiſſe dicitur. Neque enim in proprio corpore ijs Chriſtus adfuit: neque vt iudicaret adfuit; neque Iudicium ſub ea forma, qua apparuit exercuit.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Quomodo ipſis iudicandis Chriſtus dicat ſententiam, corporali an ſpirituali voce.

Non dicit voce corporali
Quomodo enim in cælo formata vox hic in terris audietur?
Quid etiam Chriſti vocibus opus?
Dicit voce Spirituali.

Hac conueniens animabus iudicandis.
Spirituali voce Iudicis.
Sententia in omni Particulari Iudicio innotuit.

1. IVdicis Chriſti, in Generali Iudicio, ſententententia externis auribus percipietur *Omnes ſiquidem audient vocem filij hominis*: & quidam quidem hac intelligent ſibi eundum ad ſupplicia æterna: alij ſe hęredes fieri regni cœlorum. In Particulari Iudicio eadem ſententia percipietur, an quoque eodem modo? Hoc nunc inquiramus.

Certum eſt, quod externis corporeiſque auribus illa audienda

non.

non ſit: quoniam quæ hoc Iudicium ſubituræ ſunt animæ quomodo auribus corporeis ſententiam Iudicis poterunt audire, cum corporeis externiſque auribus careant.

Sed tamen, quæ carent externis corporeis, non carent internis, vt ità dicam Spiritualibus auribus: id eſt facultate, qua Chriſti iudicantes ſententiam vocemque percipiant: quemadmodum & eandem in extremo illo generalique Iudicio percipiant Angeli quamuis corporeis auribus ac poteſtate audiendi ſint deſtituti. Habent ſuas corporeas aures res corporeæ, quibus audiunt: habent & ſuas ſpirituales Spiritus & animæ, quibus audiunt. 2.

Differunt verò hoc ſpirituales hæ animorum & Spirituum aures à corporeis rerum corporearum. Quod corporales corporalium & externarum vocum tantum ſunt capaces Spirituales (vt ſunt ipſorum Spirituum) & externarum vocum, & internarum ſiue ſpiritualium Spiritus v. g. percipere poſſunt & quæ externa voce loquimur, & quæ ſine externa voce ſocij Spiritus, ſola mente atque cogitatione ijſdem volunt innoteſcere. 3.

Atq; hoc non de ijs tantũ ſpiritibus intelligẽdũm eſt qui prorſus omnis concretionis ſunt expertes, & ad corpora affectionem non habent; ſed etiam de ipſis Spiritibus humanis. Docent hoc exempla eorum, qui ad ſuperſtites aliquando redierunt, & cum hominibus, de varijs rebus egiſſe depræhenſi ſunt, interrogaſſe varia, varia reſpondiſſe. 4.

Hinc iam quæſtio eſt; Quonam modò ſententia Iudicis Chriſti (Chriſt.) inquam quia alia ratio eius Iudicis, qui ante Chriſtum in hoc Particulari Iudicio præſedit) ipſis iudicandis hic innoteſcat: an externa aliqua Chriſti loquentis voce, an potius reuelatione interna, quali ſuas ſententias atque conſilia ſibi inuicem communicant Spiritus Quamuis enim certum ſit quod externis auribus illam percipere nequeant, dubium tamen eſſe poteſt vtrum Chriſti externa voce interueniente eandem ſint intellecturi an potius interiori locutione, qua mentes iudicandorum conuenit, & ſingulos prout meruerunt iudicat. 5.

Poſteriori verò hoc modo non priori, illã innoteſcere omninò credendum eſt Qua enim ratione fieri dicemus, vt externa Chriſti vox, ad omnes perueniat, quicunque hoc Particulare Iudicium ſubeunt cum dictum ſit ipſum ſomaticos cælum non relinquere? & coram, antoproſopos iudicandis non adeſſe? An in cœlo reſidens vocem format, quę inde ad eos qui iudicantur in teris, defertur. Quis hoc dixerit? 6.

8. Sed & cum iudicandorum ſit infinita multitudo, quot Chriſti erunt voces? Neque enim vna pro omnibus ſufficit: quia neque vna omnibus ſententia ſeruit pro ratione meritorum, quæ diuerſiſsima ſunt in diuerſis, ſententia ferenda alia atque alia.

9. Ergò quemadmodum corpore præſens iudicandis non eſt Chriſtus in hoc Particulari Iudicio; ita neque corporalis vox eſt, qua Iudicis ſententia iudicandis innoteſcit. interna locutione Iudicium perficietur: locutione conuenienti admodum hominum ſpiritibus, in quorum gratiam Iudicium hoc maximè inſtitutum eſt.

10. Locutio igitur hæc non Chriſti fit corporali lingua, quemadmodum illa, qua in extremo Iudicio ſentētiam proferet, fit operatione intellectus & voluntatis, qua & ſententia animabus indicatur; & ipſæ vel ſupplicijs deputantur æternis, vel ciuibus aſſcribuntur cœleſtibus.

11. Quocirca (quod ſuperius quoque diximus) neceſſe non eſt, vt animæ vel ad cœlum, pro ſententia intelligenda, deferantur, & Chriſto Iudici ſiſtantur, vel Chriſtus cœlum relinquat, atque iudicandas animas, in terra conueniat, exiſtentes in terra, Chriſti in cœlo loquentis hanc vocem, ſententiamque proferentis percipient, propterea quod locutio hæc locorum diſtantia non impeditur.

12. Hac ratione Iudicis Chriſti ſententia iudicandis, in Particulari Iudicio innoteſcit. An eodem omnibus, quicunque tandem; quocunque tempore iudicati ſunt, etiam illo, quando Iudicem Chriſtus homo non egit; innotuit? Eodem omninò innotuiſſe crediderim, quoniam ſicuti animorum illud tantum Iudiciū eſt poſt Chriſtum: ita Spirituum illud atque animorum tantum fuit ante Chriſtum: ideoque vt iam Spiritualis locutio ſufficit, ita temporibus omnibus ſuffecit.

13. Diſcrimen tamen aliquod eſt, quoniam quando per Chriſtum Iudicium hoc exerceri cæptum eſt, non diuina ſolum voluntate atque in ellectu vt olim, ſed humana quoque, locutio perfecta eſt & perficitur. Et Chriſtus qui ante cum patre & Spiritu ſancto, Deus tantum iudicabat, & meritorum præmia conferebat: iam homo factus, Deus iudicat & homo: Deus eadem cum patre & Spiritu ſancto voluntate & intellectu: homo propria atque à patris & Spiritus S. diſtincta voluntate atque intellectu.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab iiſdem videatur.

Oculis incorporeis à nullis in hoc Iudicio Iudex eſt viſus.
Quia hi oculis deſtituti ſunt iudicandi oculis incorporeis Chriſtum Iudicem vident quicunque ab eodem iudicantur etiã mali.
Nihil enim prohibet cur minus videatur: & vt videatur omninò conuenit.
Apparitio Chriſti in hoc Iudicio eſt intellectualis.
Non viſibilis,
Non vocalis,
Non imaginaria,

Ante Chriſti peractam paßionem Deus Iudex à nullo iudicando homine eſt viſus.
Quia nullus ante illam fœlix fuit.
Poſt Chriſti paßionem, quicunque mox à iudicio ſunt ſaluati, viderunt Deum Iudicem.
Quia fuerunt fœlices.
Præter hos fœlices, nulli Deum ſuum Iudicem viderunt.
Ergò
Aliquando nullus Iudex
Aliquando Vnus
Aliquando plures } *à iudicandis viſi,*

1\. SI loquentem audire nõ contingeret, niſi idem quoq; videretur, facilis eſſet reſponſio ad Quæſtionem, qua quæritur, vtrum Chriſtum ſuũ Iudicem in particulari Iudicio animæ videant. Omninò enim ipſas eundem videre confitendum eſſet, ſi modo vera ſunt quæ hactenus diximus; videlicet, Iudicandas Iudicis ſententiam audire. Nunc verò, quoniam non ſemper hoc neceſſe eſt acccidere; & contingat audire quoſdam, quos videre facultas non datur nõ temerè quæritur, An qui auditur Iudex Chriſtus in Particulari Iudicio, idem quoque videatur. 2.

Et de Chriſto quidem quæritur, reſpondendum verò, non de Chriſto ſolo, verum etiam de Iudice, per quem aliquando hoc Particulare Iudiciũ adminiſtratum eſt antequã homini Chriſto illud eſſet commiſſum; qualem ſuperius diximus Deum Opt. Maximũ.

Difficultas autem ex eò oritur, quod iudicis conſpectu, quamuis nõ omnes plures tamen ſint indignæ, illæ ſcilicet, quæ ob peccata, quę ſecum ad tribunal hoc deferunt, à diuino conſpectu in æternum ſunt repellendæ. Accedit quod quibus oculis Chriſtus ſecundum humanitatem videri poſsit, dubium eſſe poſsit Quid ergò? Quod ingenio & ratione aſſequi poſſumus, ſubiungimus.

4. Primum ergò hoc certum eſt, viſionem hanc, ſi ſit, non oculo corporeo fieri, atque eodem nec Chriſtum Iudicem, nec qui Chriſtum in iudicandi munere præceſsit, videri. Animæ ſiquidem ſunt, quæ hoc Iudicium ſubeunt: at hæ, quemadmodum nec carnem habent nec oſſa, ita nec corporeos oculos: Si verò oculos corporeos non habent, oculis corporeis Iudicem poterunt videre?

5. Sed tamen quæ corporeis carent oculis, habēt incorporeos; qui in vi intelligendi conſiſtūt; qua v. g. in hac mortali vita, hoc ipſo quædam videre dicuntur, quatenus per rerum ſpecies atque ſimulachra, res ipſas percipiunt: vt ob id idem ſit hic videre, quod intelligere An verò his oculis, id eſt, facultate intelligendi Iudiciū ſuum vident? Aliud hîc de Chriſto aliud de Deo trino vnoque dicendum.

6. De Chriſto ergò omninò exiſtimamus probabile; quod quæ iſque ab ipſo iudicantur animæ ipſum etiam hiſce oculis videant; & non tantum loquentis ſententiam audiant, pro hac ſententia illi Patres ſunt, qui Chriſto certam formam, ſub qua appareat, in hoc Iudice tribuunt; de quibus in ſequentibus. Sed ratio haud obſcurè illam probat. Quibus enim animabus hîc aſpectus negabitur?

7. An ijs quæ mox vbi corpora deſerunt, ſunt fœlices; Nequaquā Conditio ſtatus in quem mox à morte conſtituuntur poſtulat vt Iudicem Chriſtum videant. Siquidem mox fœlices ſunt, quam primum hanc vitam cum alia commutarunt, ideòque Deum, in cuius viſione fœlicitas conſiſtit vident. Qui verò Deum vident. Chriſtum hominem non vident?

8. An negabitur animabus, vel damnatorum hominum, vel eorum quos prius expurgare oportet, antequam ad cęleſtem curiam, Deique beatam viſionem admittantur. Et hæ Iudicem Chriſtum vidēt quando Iudicis ſententiam accipiunt. Neque enim cur minus videant; quidquam obſtat Quid enim.

9. An quia corporeis oculis ſunt deſtitutæ? Ad hos non requirimus in hac Iudicis viſione. An fortè priuatæ ſunt facultate intelligendi? at vt animæ perpetuæ; ita perpetuę, quæ in ijſdem ſedes ſuas habent facultates nec animas deſerunt aliquando. Fortè nequeunt vti, quam habent facultatē intelligendi? at ſic oportebit eaſdem quaſi perpetuum ſomniare ſomnium. Fortè ſub hunc Spiritualem viſum non cadit homo Chriſtus? at eundem iam in cœlo intuentur animæ beatæ, & in terris ſæpiſsimè intuentur non beatæ.

10. Fortè, non vident, quia, vt videāt, ſunt indignæ Et hæc cur quæſo? an quia indignę vt voluptatem aliquam ex felici Chriſti conſpe-

Digitized by Google

Fortè loci diſtantia impedit, vt videri non poſsit Chriſtus exi 11.
ſtens in cœlo ab animabus, corpora in terra relinquentibus. Verum
Quemadmodum auditio ſpiritualis præſentem non requirit lo-
quentem; ita neque ſpiritualis (quemadmodum hic eſt) viſio præ-
ſentem requirit qui illum, debet videri. Etiam nos terra conſtitu-
ti, oculis mentis contemplamur, & quæ ſub terra ſunt, & quæ in
ſupremis geruntur cœlis.

Nihil ergò impedit, cur minus Iudicem Chriſtum animæ quæ ab 12.
ipſo iudicantur, videant. Addo, quod omninò conueniat, vt vide-
ant, quod quia iiſdem rationibus doceri poteſt, quibus alias docui-
mus conuenire, vt Chriſtum Iudicem in extremo illo generalique
Iudicio videant omnes, hic probari pluribus non debet.

Ex dictis colligitur, ad quod genus Apparitionum hæc Chriſti 13.
in Particulari Iudicio, referri debeat. Ad nullum aut poteſt, aut de-
bet niſi ad Intellectualem referri. Non ad viſibilem aut vocalē: quo-
niam hæ externorum ſenſuum poſtulant ſubſidium. Non ad Imagi-
nariam, quia hæc non ſine Imaginatione perficitur, Animæ verò &
hac carent, & illis. Ad ſolam igitur pertinet Intellectualem, quia ſo-
lius Intellectus operatione peragitur. Atque hactenus de Chriſto
Iudice, quid de Deo trino & vno? Hoc tribus Aſſertis docemus.

Primum ſit Deum trinum & vnum ante Chriſti peractam paſsio- 14
nem in nullo Particulari Animarū (animarum dico) Iudicio viſum
eſſe. Si enim viſus eſt, ſub ſui aliqua ſpecie viſus eſt, an per ſe, ſine a-
liqua ſpecie? Primum dici non poteſt, quia quæ Deum repræſentet,
ſpeciem nullam dederis. Secundū ſi cōceſſeris, iam fœlices aliquos
ante Chriſti paſsionem dixeris, cuius contrariū docent Catholici.

Alterum eſt. Poſt peractam Chriſti paſsionem. Deum vnum tri-
numque Iudicē viſum cum Chriſti humanitate, ſiue homine Chri-
ſto ab animabus iis, quæ corporis vinculis ſolutæ, mox aptæ inuē- 15.
tæ fuerunt cœleſtibus gaudiis. Cum enim eo ipſo momento, quo
iudicabantur, eſſent fœlices: & fœlices ſine Dei viſione eſſe neque-
ant, quo modo non Deum ſuum Iudicem viderunt. Fortè non cō-
ceditur eo ipſo momento, quo iudicātur, eſſe fœlices, at eo momē-
to, ſi in ſtatu merendi non ſunt, quemadmodum non ſunt, oportet
meritorum habeant mercedem, quæ eſt Dei viſio beata.

Tertium eſt præter has felices mox à corpore animas nullæ ſunt
quæ Deum vnum trinumque, ſuum Iudicem videant. Atque hoc
ex dictis quilibet concluſerit. Etenim viſio illa beatis tantum con- 16.
tingit, quæcunque ergo beata non ſunt, Iudicem ſuum, Deum v-
num trinumque non videbunt.

17. Hinc colligitur primò; Iudicium Particulare aliquando peractũ fuiſſe, quando nullus viſus eſt aut apparuit Iudex. Hoc apud eos omnes accidiſſe credimus, quicunque ante Chriſti peractam paſsionem ex hac vita diſceſſerunt. Quem enim hi iudicem videre potuerunt? Non Deum vnum trinumque, quia ſine felicitate, quæ ante Chriſti paſsionem nulli mortalium contigit, hic videri non potuit. Non Chriſtum hominem, quia ante paſsionem in nullo ille iudicio præſedit nullam ſententiam tulit.

18. Colligitur ſecundo. In Particulari animarum Iudicio quandoq; vnum tantum iudicem obſeruatum eſſe & viſũ. In omni videlicet eo, quo poſt Chriſtum paſſum, mortales à regno cœlorum: aut ad tempus, aut perpetuò excluſi fuerunt. Siquidem mortalium creditur ab illo tempore iudicatus nullus, qui non Chriſtum ſuum Iudicem viderit.

19. Colligitur tertio in quorundam Paticulari Iudicio, non vnum ſed plures eſſe iudices viſos. In illorum ſcilicet, qui poſt Chriſtum paſſum, mox ab huius vitæ miſerijs ad futuræ gaudia ſunt tranſlati. Nam & hi Chriſtum hominem viderunt, quod commune habēt cum omnibus, qui poſt Chriſtũm ſunt mortui; & præterea viderunt Patrem & Spiritum; quod ijs tanquam beatis, proprium fuit.

20. Colligitur quarto paucis admodum eſſe, quibus viſio Chriſti Trinitatiſq; in Iudicio illo contingit: plures quibus altera Chriſti tãtum adhuc plures, quibus nec Chriſti, nec Dei. Quoniam in tertio hoc genere ſunt, quicunque ab orbe condito, per quatuor millia pluresque annos fuerunt ad Chriſti vſque paſsionem. In illo ſecundo quicunque fuerunt à Chriſti paſsione: in primo ſoli mox à morte beati quorum minimus eſt numerus, ſecundum illud Matt. 7. *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam*, & illud Matth 22. *multi vocati, pauci electi*.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat.

Non apparet ſub forma Agni,
Quia reuera Agnus non eſt Chriſtus
Nec ſub forma infantis,
Quia infirmitatis illa forma eſt

Nec ſub forma Crucifixi,
Quia & hæc infirmitatis eſt.
Apparet ea [illegible] gloriosus cœlos aſcendit, & quã iam in cœlis habet.

Titu-

Titulus capiti præfixus, de Chriſto Iudice tantum, indicat eſſe quæſtionem: non de Deo vno trinoque: Et merito. In Deo enim vno trinoque forma fruſtra quæritur; quoniam ſicuti ipſius nulla datur ſpecies, ita nulla forma. In Chriſto non temerè petitur? quia cum & apud homines olim degens varia apparuerit, viſus etiam ſit ſub varia in apparitionibus Imperſonalibus; quanam conſpiciatur in hoc Iudicio dubiũ eſſe poteſt. 1.

Eſt autem de ea ſummum ſilentium apud Authores. Suſpicor propterea; quod hanc curioſius quidam noluerint inueſtigare: vel, quod difficulter hic quidquam certi conſtitueris: vel, quod parum ad Iudicandos pertinere crediderint, quanam forma Iudex appariturus ſit; multum vt clementem inueniant Iudicem. 2.

Vnum propemodum inuenio Innocentiũ 3. qui de forma Chriſti, pro Particulari Iudicio præſidentis aliquid aſſeruerit. Quoniã in eo, quem de mũdi contemptu, Opuſculo, ſcripſit, lib. 2. cap. vltimo, docet Chriſtum *in forma Crucifixi* apparere omnibus iudicandis tam bonis, quã malis Verba ipſius aſſcribimus. *Videt etiam*, inquit, *tam bonus quam malus, antequam egrediatur anima de corpore Chriſtum in Cruce poſitum. Malus videt ſibi ad cõfuſionem, vt erubeſcat ſe non eſſe redemptum ſanguine Chriſti, ſua culpa exigente. vnde de malis dicitur in Euangelio; Viderunt in quem pupugerunt: quod intelligitur de aduentu Chriſti ad iudiciũ & de aduentu eius ad diem mortis cuiuſlibet hominis. Bonus verò videt ad exultationem. Et hoc habemus ex verbis Apoſtoli, qui ait, vſque in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt ad diem mortis, quãdo apparet tam bonis, quam malis Chriſtus in cruce poſitus. & ipſe Chriſtus de Ioanne Euangeliſta ait, Sic eum volo manere donec veniam, ſcilicet veniam ad obitum eius.* Ita Innocentius. 3.

Sed tamẽ quamuis curioſius Chriſti forma inquiritur, quia tamẽ ſub aliqua conſpicitur. illique ſpectatoribus vel extremam miſeriã vel perpetuam afferet felicitatem. non fruſtra inquiritur: & curioſitas ſi non laudem meretur certè caret reprehenſione. 4.

Difficilis verò multas ob cauſas hic eſt definitio: tum quia ſcripturis nullis iuuamur: tum quia difficulter aliquã ex varijs ſub quibus Chriſtus aliquando viſus eſt, aſsignaueris. Nec aliorum hic ſententia niti licebit, quia ſummum omnium propemodum eſt ſilentium. 5.

Producit quidem Crucifixi ſpeciem Innocentius P. ſed vnus ille inter tam multos ſilentes. Dubitare etiam quis poſſet, cur ſub Cru- 6.

 cifixi

cifixi forma Dominum velit apparere Pontifex omnibus etiam bonis? imò cur ſub Crucifixi forma velit apparere vllis? Nos in re dubia, quid conuenienter hactenus aſſertis ſubiungi poſsit, paucis dicemus. Si id primò conſtituerimus, de quatruplici forma quæſtionem eſſe poſſe, Agni ſub qua Dominum Ioannes in Apocalypſi exhibet, infantis, crucifixi, atque ea, quam iam in cœlo reſidens habet.

7. De agni forma forſitan idcircò quis dubitabit, quod ab Apoſtolo, iam dicto, cap.5. dicatur *Agnus* (Chriſtus) *qui occiſus eſt, accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriã & benedictionem*. Sed agnus verus Chriſtus non eſt, quemadmodum nec verus, quamuis dicatur, *leo* Per metaphoram hæc Chriſto tribuuntur. Itaq; nec ſub forma Agni Iudicium exercebit, Quid quod ſub forma Agni antoproſopos ipſe ſit viſus.

8. Infantis formam quandoque habuit. Sic enim de eodem Fortunatus Poeta Chriſtianus.

Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce Patris,
Natus orbis conditor:
Atque ventre virginali
Caro factus prodijt.
Vagit infans intra arcta
Conditus præſepia
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat:
Et manus pedeſque curras
Stricta cingit faſcia.

Et Sedulius de Chriſti natiuitate

Feno iacere pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoque Lacte paſſus eſt,
Per quem nec alius eſurit.

Sed nec ſic creditur apparere Iudex: quod veriſimile ſit hanc formam infirmitati eius, quam noſtri aſſumpſit, inſeruiuiſſe, non cauſa ſtatui glorioſo, ad quem Iudicij hic actus pertinet.

9. Sub Crucifixi forma omnibus apparere tam bonis quam malis docet Innocentius. Nolo damnare viri auctoritatem: Verum cum hæc non Chriſti glorioſo ſtatui conueniat, ſed illi, quo in infirmitate carnis hominum ſalutem operatus eſt, mallem ſtatui glorioſo

Digitized by Google

magis conueniẽtem tribuere Chriſto: ad cuius gloriam facit, quod Iudex viuorum atque mortuorum ſit conſtitutus.

Et vix rectè dici poſſe videntur, quod bonis, iiſque, qui poſtquã corpora depoſuerunt, Domini mox gaudia ingrediuntur; in Crucifixi forma ſit conſpiciendus. Cum enim hi illo ipſo momento, quo iudicantur, fœlici Dei viſione futuri ſint beati, & Chriſtum hominem quoque ſint intuituri; an alia forma intuebuntur, quàm qua ſe in cœlis omnibus exhibebit? 10.

Quocirca de beatis illis primum dixerim, viſuros quidem ipſos Chriſtum; ſed forma ſe Chriſtum ipſis offerre tali, qualem viſus eſt habere, quando cœlos glorioſè aſcendit, & quali venturus eſt in extremo die Iudex viuorum atque mortuorum. 11.

Addidero, eadem forma omnibus apariturum, etiam malis. Quid enim opus eſt aliam aſſumat? Præterea cum Iudicium hoc per ſe exhibeat Chriſtus, & per ſe ipſe iudicandis ſententiam dicat, non verò per Angelos, in propria quoque quam habet in cœlis ſeſe forma offeret, commodius; quam alia aliqua, quam aliquando in hoc mundo eſt viſus. Atque hoc de forma. 12.

CAPVT TRIGESIMVM.

Cum qua maieſtate & poteſtate in Particulari Iudicio Chriſtus appareat.

Beata anima ſuum Iudicem vident in maieſtate & cum poteſtate,
Quia hæc cum beatitudine ſunt coniuncta.
Veriſimile & non beatos videre ſuũ Iudicem in maieſtate & poteſtate.
Id & conditio Iudicii.
Et iudicandorum videtur poſtulare.
Nullam tamen voluptatem ex hac viſione capient damnatorum animæ.
Summam capient animæ beatorum.
Aliquam etiam capient illorum, qui ad tempus expiantur igne purgatorio.

MAieſtatem, de quo hîc quærimus, ponimus in corporis gloria, Poteſtatem in comitatu cœleſtium Spirituum. Itaque quando quæritur, Vtrum cum poteſtate aliqua atque gloria, Chriſtus in hoc Iudicio appareat; quæritur, Vtrum glorioſum ipſius corpus videbitur, atque vna cum ipſo cœleſtium Spirituum ſocietas.

Et hic, quid in Iudicio mox beatarum animarum dicendum ſit, facilius

quæ exercuit homo factus; ſed nondum poſt mortem glorificatus. In carne, & per carnem, quæ poſt mortem ſunt peracta, quæ partim perfecta ſunt per diuinitatem & ſeparatam animam, partim per diuinitatem & animatum corpus.

Capvt vigesimvm sextvm.

An Particulare Iudicium per ipſummet Chriſtum exerceatur, an per alium aliquem, qui Chriſti perſonam ſuſtineat.

Quemadmodum Generale, ita Particulare Iudicium per ipſummet. Chriſtum exercetur.
Ipſi natura illud debetur,
Ipſius opera illud merentur,
Nec quicquam his inconueniens.
Non exercetur per Angelos.
Quia nec per vnum aliquem.
Nec per alios atq; alios, vt v. g. ſinguli à ſuis Tutelaribus iudicentur.
Optime per Chriſtum fiunt, quæ in hoc iudicio concurrunt.
Chriſtus dum iudicat, non ex cælo ad terram deſcendit.
Veriſimile Chriſtum nunquam in propria perſona affuiſſe quando viſus eſt aliqua Iudicia exercere apud mortales.

1. Qvemadmodum Deus in Veteri Teſtamento, quædam per ſe; quædam per Angelos, ſuo tamen nomine, quique ipſius perſonam ſuſtinerent, operatus eſt: ita Chriſtum per ſe quædam feciſſe & facere quædam per Angelos, qui ipſius perſonam ſuſtineant, nemo facilè negauerit. Et de Deo multis exemplis id docet Liber datus de Diuinis Veteris Teſtamenti Apparitionibus: dè Chriſto, quem mox dabimus, de Apparitionibus Chriſti Imperſonalibus.

2. Hæc cum ita ſint; non temerè quæritur Quomodo Chriſtus iudicium Particulare exerceat, An per ſeipſum, vt ipſe ſententiam iudicandis dicant; & hos ad ſupplicia damnet, illos vocet ad præmia; an non ipſe per ſe; ſed Angelus aliquis eius nomine exequatur; & iudicandi non immediatè à Chriſto, ſed ab Angelo, Chriſti q vicario, atque legato, ſententiam accipiant.

3. Veriſimiliter hoc poſterius dici videtur: primũ propterea quòd pleraque, vt olim in veteri Teſtamento Deus, ita in nouo Chriſtus exequatur per Angelos; vnde & nomen habent, quod *Adminiſtratorij* dicantur Spiritus. Heb. 2. tum deinde, quod iudicandis Angeli ſint

ſint præſentes,& eorundem miniſterio ſinguli à morte,ad ſua loca ſedes deducantur,tertiò,idcircò, quod videatur fieri non poſſe;vt omnia Iudicia per ipſum Chriſtum exerceâtur,& per eundem in omnes ſententia proferatur,niſi vel concedatur ad terram ipſum deſcendere dum homines exſpirant, vel admittatur,omnes qui hinc diſcedunt, transferri ad tribunal Chriſti Iudicis:vt taceam tantam iudicandorum multitudinem plurimum negotij vni faceſſere.

Verum enim verò, quamuis fieri poſsit, non tamen crederem fieri vt Vicarios Chriſti in hoc Iudicio agant Angeli. Quemadmodum per ipſum Generale,in fine ſeculorum,ita per ipſum, & non per Angelos,in fine vitæ cuiuſque iudicium Particulare fiet, vtrobique ipſe ſententiam dicet, vtrobique ex ipſo ſententiam intelligent iudicandi. 4.

Atque hoc ijs rationibus facilè perſuadebitur, quibus ſuperius aſtructum eſt, in hoc Iudicio Chriſtum Iudicem agere. Ad eaſdem verò illæ accedunt, ob quas præcedenti capite, 24. diximus Chriſto conuenire atque deberi hanc Iudiciariam poteſtatem,quarum altera ex hypoſtaſi diuina, altera ex ipſius meritis petebatur. Quemadmodum enim vnio in propria perſona eſt facta & dignitatem atque poteſtatem iudicandi ſibi non Angelis meruit Chriſtus, ita conuenit,vt in propria perſona ipſe iudicet, non verò iudicet aliquis alius, Chriſti perſonam ſuſtinens. 5.

Et quid poteſt obſtare ne ipſe iudicet? An fortè, vt per ſe faciat, non conuenit? At conuenit, vt in propria perſona,& per ſe Iudiciũ Vniuerſale exequatur, vt igitur illud, ita hoc per ſe exercebit,vel ratio danda cur non conueniat ipſum Iudicium Particulare,& tamen conueniat Vniuerſale. 6.

Multa quidem per Angelos Chriſtus facit, quæ tamen quia Chriſti Vicarij illi ſunt, Chriſto rectè tribuuntur; at non neceſſe eſt ob id omnia Angelis tribui; quemadmodum neque omnia tribuuntur Angelis in vetere lege, aut omnia per ipſos facta dicuntur, quia quædam per ipſos facta ſunt. 7.

Et ſint mox à morte præſentes iudicandis Angeli; & probi, per bonos deducantur ad fœlices ſedes: improbi & damnati per malos, rapiantur ad tormentorum loca: non tamen ob id neceſſe eſt ipſorum ore ſententia feratur, imò hoc ipſum miniſterium quod hîc iudicandis præſtant Iudicium ſententiæque prolationem ipſis adimit; quoniam non vt Iudices ſunt præſentes ſed vt Iudicis Iudicijque miniſtri, parati ad Iudicij executionem faciendam.

Et quinam Angeli eſſe poſſunt, per quos hoc Iudicium exerceat

tis, quocirca & voce ſpirituali, quæ reuelatione atque locutione fit intellectuali, hæc verò cum præſentiam corporalem non requirat loquentis non poſtulat præſentem in ſuo corpore Chriſtum Quocirca Chriſtus in cœlo reſidens, ad aurem mentis, voce mentis atque intellectus iudicandis loquetur, quando ſinguli ab illo ſuam in Iudicio ſententiam accipient Sed de hoc ſequenti capite.

Fortaſsis fieri poſſe non creditur, vt præſens in perſona non ſit Chriſtus & tamen Chriſtum loquentem audiant animæ. Sed non hoc eſt ex illorum genere, quæ fieri nequeunt. Spiritualis Chriſti locutio, quemadmodum & auditio, qualis in hoc animarum Iudicio interuenit, loci diſtantia non impeditur. 17.

Atque hoc eſt quod doctiſsimus Toſtatus Abulēſis indicat, quæſtione 23. in 24. Matth. quando dicit *Chriſtum venire in morte vniuſcuiuſq., non ſecundum præſentiam vocalem; ſed ſecundum efficaciam, per quam ſit, vt vnuſquiſque ſuum ſtatum agnoſcat; & imperium atque ſententiam Iudicis audiat, & ex vi illius ſtatim tendat in locum ſuis meritis debitum.* 18.

Hæc cum ita ſint, credi non debet Chriſtum ex cœlis ad terram deſcendere, quando hoc Iudicium in terra exercendum eſt. quoniā vt propter ſententiam iudicandis iudicandam deſcendat prorſus neceſſarium non eſt. Sed quot etiam ipſius eſſent deſcenſus, quot occupationes? quot motus? Quoties etiam ex vno ad alium locum erit migrandum? quoties & in eodem inſtanti in diuerſis, maximeque diſtantibus locis eſſe oportebit? Neque enim nouum eſt multos quotidie animam agere, & eodem quandoque inſtanti, plurimos diuerſiſsimis maximeque diſtantibus locis conſtitutos. 19.

Duplex eſt modus exiſtēdi Chriſti perſonaliter; vnus eſt ille, quo ſub ea forma in cœlo exiſtit, qua Viſus eſt cœlos aſcendere, alter, quo in ſacramento nobiſcum eſt ſub ſpeciebus panis & vini vtro ergò adeſt; iudicandis, ſi adeſt; Poſteriori nullus dixerit; quod vi conſecrationis tantum ſit hoc modo præſens, quę nulla obſeruatur iis locis, vbi mortales animam agunt. Priori quamuis in pluribus eſſe poſsit, eſſe, ſcilicet ſimul in cœlo & in terra; quis tamen toties eſſe dixerit quoties eſſe neceſſe eſt, ſi præſens perſonaliter iudicandis eſſe debet? 20.

Quocirca anteproſopos & in proprio corpore credendum non eſt Chriſtum affuiſſe in quibuſdam Iudiciis, quæ ipſo Iudice peracta videntur, vt verbi gratia illo, quo Magdeburgenſis Vdo damnatus dicitur, Viſio illa omnis Angelorum opus fuit, vel præcipuū; & Chriſtus non ſuam in illa; ſed Angeli Chriſti perſonam egerūt; quemadmodum, vt plurimum, Dei egerunt in veteri Teſtamento. 21.

22. Quid quod nec Iudicium propriè Particulare fuit, quo ſacrilegum Vdonem damnauit Chriſtus: quemadmodum nec Particulare Iudicium dixeris, quando à vita hac ad mortem aliquis damnatur. Externa quædam viſio fuit, qua Deus grauitatem ſceleris ad poſteros voluit venire:& vnius exemplo plures ad ſuauiora conſilia reuocare.

23. Particulare Iudicium, quod Vdo ſubijt: hanc viſionem ſecutum eſt illudque ſuſtinuit quando miſer animam efflauit. Tum primũ poſtremam Chriſti Iudicis ſententiam, quæ reuocari non potuit, audiuit quamuis de eadem non potuit dubitare, quando ad Chriſti tribunal viuus raptus eſt, ſua ipſum condemnante conſcientia.

24. Idem dixero de alijs quibuſdam viſionibus, in quibus Chriſtus circa mortem quibuſdam apparuiſſe dicitur. Neque enim in proprio corpore ijs Chriſtus adfuit:neque vt iudicaret adfuit; neque Iudicium ſub ea forma, qua apparuit exercuit.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Quomodo ipſis iudicandis Chriſtus dicat ſententiam, corporali an ſpirituali voce.

Non dicit voce corporali
Quomodo enim in cœlo formata vox, hic in terris audietur?
Quid etiam Chriſti vocibus opus?
Dicit voce Spirituali.
Hæc conueniens animabus iudicandis.
Spirituali voce Iudicio.
Sententia in omni Particulari Iudicio innotuit.

1. IVdicis Chriſti, in Generali Iudicio, ſentententia externis auribus percipietur *Omnes ſiquidem audient vocem filij hominis*: & quidam quidem hac intelligent ſibi eundum ad ſupplicia æterna:alij ſe hęredes fieri regni cœlorum. In Particulari Iudicio eadem ſententia percipietur, an quoque eodem modo? Hoc nunc inquiramus.

Certum eſt, quod externis corporeiſque auribus illa audienda non.

non ſit: quoniam quæ hoc Iudicium ſubituræ ſunt animæ, quomodo auribus corporeis ſententiam Iudicis poterunt audire, cum corporeis externiſque auribus careant.

Sed tamen, quæ carent externis corporeis, non carent internis, 2.
vt ità dicam Spiritualibus auribus: id eſt facultate, qua Chriſti iudicantes ſententiam vocemque percipiant: quemadmodum & eandem in extremo illo generalique Iudicio percipiant Angeli quamuis corporeis auribus ac poteſtate audiendi ſint deſtituti. Habent ſuas corporeas aures res corporeæ, quibus audiunt: habent & ſuas ſpirituales Spiritus & animæ, quibus audiunt.

Differunt verò hoc ſpirituales hæ animorum & Spirituum au- 3.
res à corporeis rerum corporearum. Quod corporales corporalium & externarum vocum tantum ſunt capaces Spirituales (vt ſunt ipſorum Spirituum) & externarum vocum, & internarum ſiue ſpiritualium Spiritus v. g. percipere poſſunt & quæ externa voce loquimur, & quæ ſine externa voce ſocij Spiritus, ſola mente atque cogitatione ijſdem volunt innoteſcere.

Atq; hoc non de ijs tantũ ſpiritibus intelligẽdum eſt qui pror 4.
ſus omnis concretionis ſunt expertes, & ad corpora affectionem non habent; ſed etiam de ipſis Spiritibus humanis. Docent hoc exempla eorum, qui ad ſuperſtites aliquando redierunt, & cum hominibus, de variis rebus egiſſe deprehenſi ſunt, interrogaſſe varia, varia reſpondiſſe.

Hinc iam quæſtio eſt; Quonam modò ſententia Iudicis Chriſti 5.
(Chriſt.) inquam quia alia ratio eius Iudicis, qui ante Chriſtum in hoc Particulari Iudicio præſedit) ipſis iudicandis hic innoteſcat: an externa aliqua Chriſti loquentis voce, an potius reuelatione interna, quali ſuas ſententias atque conſilia ſibi inuicem communicant Spiritus. Quamuis enim certum ſit quod externis auribus illam percipere nequeant, dubium tamen eſſe poteſt, vtrum Chriſti externa voce interueniente, eandem ſint intellecturi, an potius interiori locutione, qua mentes iudicandorum conuenit, & ſingulos, prout meruerunt iudicat.

Poſteriori verò hoc modo non priori illã innoteſcere omnino 6.
credendum eſt. Qua enim ratione fieri dicemus, vt externa Chriſti vox, ad omnes perueniat, quicunque hoc Particulare Iudicium ſubeunt cum dictum ſit ipſum ſomaticos cælum non relinquere? & coram, antoproſopos iudicandis non adeſſe? An in cœlo reſidens vocem format, quę inde ad eos qui iudicantur in teris, defertur. Quis hoc dixerit?

8. Sed & cum iudicandorum ſit infinita multitudo, quot Chriſti erunt voces? Neque enim vna pro omnibus ſufficit: quia neque vna omnibus ſententia ſeruit pro ratione meritorum, quæ diuerſiſsima ſunt in diuerſis, ſententia ferenda alia atque alia.

9. Ergò quemadmodum corpore præſens iudicandis non eſt Chriſtus in hoc Particulari Iudicio; ita neque corporalis vox eſt, qua Iudicis ſententia iudicandis innoteſcit interna locutione Iudicium perficietur: locutione conuenienti admodum hominum ſpiritibus, in quorum gratiam Iudicium hoc maximè inſtitutum eſt.

10. Locutio igitur hæc non Chriſti fit corporali lingua, quemadmodum illa, qua in extremo Iudicio ſententiam proferet, fit operatione intellectus & voluntatis, qua & ſententia animabus indicatur; & ipſæ vel ſupplicijs deputantur æternis, vel ciuibus aſſcribuntur cœleſtibus.

11. Quocirca (quod ſuperius quoque diximus) neceſſe non eſt, vt animæ vel ad cœlum, pro ſententia intelligenda, deferantur, & Chriſto Iudici ſiſtantur, vel Chriſtus cœlum relinquat, atque iudicandas animas, in terra conueniat; exiſtentes in terra, Chriſti in cœlo loquentis hanc vocem, ſententiamque proferentis percipient, propterea quod locutio hæc locorum diſtantia non impeditur.

12. Hac ratione Iudicis Chriſti ſententia iudicandis, in Particulari Iudicio innoteſcit. An eodem omnibus, quicunque tandem; quocunque tempore iudicati ſunt, etiam illo, quando Iudicem Chriſtus homo non egit; innotuit? Eodem omninò innotuiſſe crediderim, quoniam ſicuti animorum illud tantum Iudiciū eſt poſt Chriſtum: ita Spirituum illud atque animorum tantum fuit ante Chriſtum: ideoque vt iam Spiritualis locutio ſufficit, ita temporibus omnibus ſuffecit.

13. Diſcrimen tamen aliquod eſt, quoniam quando per Chriſtum Iudicium hoc exerceri cæptum eſt, non diuina ſolum voluntate atque in ellectu vt olim, ſed humana quoque, locutio perfecta eſt, & perficitur. Et Chriſtus qui ante cum patre & Spiritu ſancto, Deus tantum iudicabat, & meritorum præmia conferebat: iam homo factus, Deus iudicat & homo: Deus eadem cum patre & Spiritu ſancto voluntate & intellectu: homo propria atque à patris & Spiritus S. diſtincta voluntate atque intellectu.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

An Chriſtus Iudex appareat iudicandis, & ab ijſdem videatur.

Oculis incorporeis à nullis in hoc Iudicio Iudex eſt viſus.
Quia hi oculis deſtituti ſunt iudicandi oculis incorporeis Chriſtum Iudicem vident quicunque ab eodem iudicantur etiã mali.
Nihil enim prohibet cur minus videatur: & vt videatur omninò conuenit.
Apparitio Chriſti in hoc Iudicio eſt intellectualis.
Non viſibilis,
Non vocalis,
Non imaginaria,

Ante Chriſti peractam paſsionem Deus Iudex à nullo iudicando homine eſt viſus.
Quia nullus ante illam fœlix fuit.
Poſt Chriſti paſsionem, quicunque mox à iudicio ſunt ſaluati, viderunt Deum Iudicem.
Quia fuerunt ſœlices.
Præter hos fœlices, nulli Deum ſuum Iudicem viderunt.
Ergò
Aliquando nullus Iudex }
Aliquando Vnus } *à iudicandis viſi,*
Aliquando plures }

SI loquentem audire nõ contingeret, niſi idem quoq; videretur, facilis eſſet reſponſio ad Quæſtionem, qua quæritur, vtrum Chriſtum ſuũ Iudicem in particulari Iudicio animæ videant. Omninò enim ipſas eundem videre confitendum eſſet, ſi modo vera ſunt quæ hactenus diximus; videlicet, Iudicandas Iudicis ſententiam audire. Nunc verò, quoniam non ſemper hoc neceſſe eſt accidere; & contingat audire quoſdam, quos videre facultas non datur nõ temerè quæritur, An qui auditur Iudex Chriſtus in Particulari Iudicio, idem quoque videatur. 1.

2. Et de Chriſto quidem quæritur, reſpondendum verò, non de Chriſto ſolo, verum etiam de Iudice, per quem aliquando hoc Particulare Iudiciũ adminiſtratum eſt antequã homini Chriſto illud eſſet commiſſum; qualem ſuperius diximus Deum Opt. Maximũ.

Difficultas autem ex eò oritur, quod iudicis conſpectu, quamuis nõ omnes plures tamen ſint indignæ, illæ ſcilicet, quæ ob peccata, quę ſecum ad tribunal hoc deſerunt, à diuino conſpectu in æternum ſunt repellendæ. Accedit quod quibus oculis Chriſtus ſecundum humanitatem videri poſsit, dubium eſſe poſsit. Quid ergò? Quod ingenio & ratione aſſequi poſſumus, ſubiungimus. 3

4. Primum ergò hoc certum eſt, viſionem hanc, ſi ſit, non oculo corporeo fieri, atque eodem nec Chriſtum Iudicem, nec qui Chriſtum in iudicandi munere præceſsit, videri. Animæ ſiquidem ſunt, quæ hoc Iudicium ſubeunt: at hæ, quemadmodum nec carnem habent nec oſſa, ita nec corporeos oculos: Si verò oculos corporeos non habent, oculis corporeis Iudicem poterunt videre?

5. Sed tamen quæ corporeis carent oculis, habēt incorporeos; qui in vi intelligendi conſiſtunt; qua v. g. in hac mortali vita, hoc ipſo quædam videre dicuntur, quatenus per rerum ſpecies atque ſimulachra, res ipſas percipiunt: vt ob id idem ſit hic videre, quod intelligere. An verò his oculis, id eſt, facultate intelligendi Iudiciū ſuum vident? Aliud hîc de Chriſto aliud de Deo trino vnoque dicendum.

6. De Chriſto ergò omninò exiſtimamus probabile; quod quæ iuque ab ipſo iudicantur animæ ipſum etiam hiſce oculis videant; & non tantum loquentis ſententiam audiant, pro hac ſententia illi Patres ſunt, qui Chriſto certam formam, ſub qua appareat, in hoc Iudice tribuunt; de quibus in ſequentibus. Sed ratio haud obſcurè illam probat. Quibus enim animabus hîc aſpectus negabitur?

7. An ijs quæ mox vbi corpora deſerunt, ſunt fœlices; Nequaquā Conditio ſtatus in quem mox à morte conſtituuntur poſtulat vt Iudicem Chriſtum videant. Siquidem mox fœlices ſunt, quam primum hanc vitam cum alia commutarunt, ideòque Deum, in cuius viſione fœlicitas conſiſtit vident. Qui verò Deum vident, Chriſtum hominem non vident?

8. An negabitur animabus, vel damnatorum hominum, vel eorum quos prius expurgare oportet, antequam ad cęleſtem curiam, Deique beatam viſionem admittantur. Et hæ Iudicem Chriſtum vidēt quando Iudicis ſententiam accipiunt. Neque enim cur minus videant; quidquam obſtat Quid enim.

9. An quia corporeis oculis ſunt deſtitutæ? Ad hos non requirimus in hac Iudicis viſione. An fortè priuatæ ſunt facultate intelligendi? at vt animæ perpetuæ; ita perpetuę, quæ in ijſdem ſedes ſuas habent facultates nec animas deſerunt aliquando. Fortè nequeunt vti, quam habent facultatē intelligendi? at ſic oporteb it eaſdem quaſi perpetuum ſomniare ſomnium. Fortè ſub hunc Spiritualem viſum non cadit homo Chriſtus? at eundem iam in cœlo intuentur animæ beatæ, & in terris ſæpiſsimè intuentur non beatæ.

10. Forte, non vident, quia, vt videāt, ſunt indignæ Et hæc cur quæſo? an quia indignę vt voluptatem aliquam ex ſelici Chriſti conſpe-

Fortè loci diſtantia impedit, vt videri non poſsit Chriſtus exi 11.
ſtens in cœlo ab animabus,corpora in terra relinquentibus. Verum
Quemadmodum auditio ſpiritualis præſentem non requirit lo-
quentem; ita neque ſpiritualis (quemadmodum hic eſt) viſio præ-
ſentem requirit qui illum, debet videri. Etiam nos terra conſtitu-
ti, oculis mentis contemplamur, & quæ ſub terra ſunt, & quæ in
ſupremis geruntur cœlis.

Nihil ergò impedit, cur minus Iudicem Chriſtum animæ quæ ab 12.
ipſo iudicantur, videant. Addo, quod omninò conueniat, vt vide-
ant, quod quia iiſdem rationibus doceri poteſt, quibus alias docui-
mus conuenire, vt Chriſtum Iudicem in extremo illo generalique
Iudicio videant omnes, hic probari pluribus non debet.

Ex dictis colligitur, ad quod genus Apparitionum hæc Chriſti 13.
in Particulari Iudicio, referri debeat. Ad nullum aut poteſt, aut de-
bet niſi ad Intellectualem referri. Non ad viſibilem aut vocalẽ: quo-
niam hæ externorum ſenſuum poſtulant ſubſidium. Non ad Imagi-
nariam, quia hæc non ſine Imaginatione perficitur, Animæ verò &
hac carent, & illis. Ad ſolam igitur pertinet Intellectualem, quia ſo-
lius Intellectus operatione peragitur. Atque hactenus de Chriſto
Iudice, quid de Deo trino & vno? Hoc tribus Aſſertis docemus.

Primum ſit Deũm trinum & vnum ante Chriſti peractam paſsio- 14
nem in nullo Particulari Animarũ (animarum dico) Iudicio viſum
eſſe. Si enim viſus eſt, ſub ſui aliqua ſpecie viſus eſt, an per ſe, ſine a-
liqua ſpecie? Primum dici non poteſt, quia quæ Deum repræſentet,
ſpeciem nullam dederis. Secundũ ſi cõceſſeris, iam fœlices aliquos
ante Chriſti paſsionem dixeris, cuius contrariũ docent Catholici.

Alterum eſt. Poſt peractam Chriſti paſsionem, Deum vnum tri-
numque Iudicẽ viſum cum Chriſti humanitate, ſiue homine Chri- 15.
ſto ab animabus iis, quæ corporis vinculis ſolutæ, mox aptæ inuẽ-
tæ fuerunt cœleſtibus gaudiis. Cum enim eo ipſo momento, quo
iudicabantur, eſſent fœlices: & fœlices ſine Dei viſione eſſe neque-
ant, quo modo non Deum ſuum Iudicem viderunt. Fortè non cõ-
ceditur eo ipſo momento, quo iudicatur, eſſe fœlices, at eo momẽ-
to, ſi in ſtatu merendi non ſunt, quemadmodum non ſunt, oportet
meritorum habeant mercedem, quæ eſt Dei viſio beata.

Tertium eſt præter has felices mox à corpore animas nullæ ſunt
quæ Deum vnum trinumque ſuum Iudicem videant. Atque hoc
ex dictis quilibet concluſerit. Etenim viſio illa beatis tantum con- 16.
tingit, quæcunque ergo beatæ non ſunt, Iudicem ſuum, Deum v-
num trinumque non videbunt.

Digitized by Google

17. Hinc colligitur primò; Iudicium Particulare aliquando peractū fuiſſe, quando nullus viſus eſt aut apparuit Iudex. Hoc apud eos omnes accidiſſe credimus, quicunque ante Chriſti peractam paſſionem ex hac vita diſceſſerunt. Quem enim hi iudicem videre potuerunt? Non Deum vnum trinumque, quia ſine felicitate, quæ ante Chriſti paſsionem nulli mortalium contigit, hic videri non potuit. Non Chriſtum hominem, quia ante paſsionem in nullo illo iudicio præſedit nullam ſententiam tulit.

18. Colligitur ſecundo. In Particulari animarum Iudicio quandoq; vnum tantum iudicem obſeruatum eſſe & viſū. In omni videlicet eo, quo poſt Chriſtum paſſum, mortales à regno cœlorum: aut ad tempus, aut perpetuò excluſi fuerunt. Siquidem mortalium creditur ab illo tempore iudicatus nullus, qui non Chriſtum ſuum Iudicem viderit.

19. Colligitur tertio in quorundam Paticulari Iudicio, non vnum ſed plures eſſe iudices viſos. In illorum ſcilicet, qui poſt Chriſtum paſſum, mox ab huius vitæ miſerijs ad futuræ gaudia ſunt tranſlati. Nam & hi Chriſtum hominem viderunt, quod commune habēt cum omnibus, qui poſt Chriſtūm ſunt mortui; & præterea viderunt Patrem & Spiritum; quod ijs tanquam beatis, proprium fuit.

20. Colligitur quarto paucis admodum eſſe quibus viſio Chriſti Trinitatiſq; in Iudicio illo contingit: plures quibus altera Chriſti tātum adhuc plures, quibus nec Chriſti, nec Dei. Quoniam in tertio hoc genere ſunt, quicunque ab orbe condito, per quatuor millia pluresque annos fuerunt ad Chriſti vſque paſsionem. In illo ſecundo quicunque fuerunt à Chriſti paſsione: in primo ſoli mox à morte beati quorum minimus eſt numerus, ſecundum illud Matt. 7. *arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam*, & illud Matth 22. *multi vocati, pauci electi*.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Qua forma & ſpecie Chriſtus iudicandis appareat.

Non apparet ſub forma Agni,	*Nec ſub forma Crucifixi,*
Quia reuera Agnus non eſt Chriſtus	*Quia & hæc infirmitatis eſt.*
Nec ſub forma infantis,	*Apparet ea [illegible]a glorioſus cœlos a-*
Quia infirmitatis illa forma eſt	*ſcendit, & quā iam in cœlis habet.*

Titu-

Titulus capiti præfixus, de Chriſto Iudice tantum, in- 1.
dicat eſſe quæſtionem: non de Deo vno trinoque: Et
merito. In Deo enim vno trinoque forma fruſtra quæ-
ritur; quoniam ſicuti ipſius nulla datur ſpecies, ita nulla
forma. In Chriſto non temerè petitur? quia cum & apud homines
olim degens varia appaŕuerit, viſus etiam ſit ſub varia in apparitio-
nibus Imperſonalibus; quanam conſpiciatur in hoc Iudicio dubiũ
eſſe poteſt. 2.

Eſt autem de ea ſummum ſilentium apud Authores. Suſpicor
propterea; quod hanc curioſius quidam noluerint inueſtigare: vel,
quod difficulter hîc quidquam certi conſtitueris: vel, quod parum
ad Iudicandos pertinere crediderint, quanam forma Iudex appa-
riturus ſit; multum vt clementem inueniant Iudicem. 3.

Vnum propemodum inuenio Innocentiũ 3. qui de forma Chri-
ſti, pro Particulari Iudicio præſidentis aliquid aſſeruerit. Quoniã
in eo, quem de mũdi contemptu, Opuſculo, ſcripſit, lib. 2. cap. vlti
mo, docet Chriſtum *in forma Crucifixi* apparere omnibus iudicandis
tam bonis, quã malis Verba ipſius aſcribimus. *Videt etiam*, inquit,
*tam bonus quam malus, antequam egrediatur anima de corpore Chriſtum in
Cruce poſitum. Malus videt ſibi ad cõfuſionem, vt erubeſcat ſe non eſſe redemp-
tum ſanguine Chriſti, ſua culpa exigente vnde de malis dicitur in Euangelio;
Videbunt in quem pupugerunt: quod intelligitur de aduentu Chriſti ad iudiciũ
& de aduentu eius ad diem mortis cuiuſlibet hominis. Bonus verò videt ad exul-
tationem. Et hoc habemus ex verbis Apoſtoli, qui ait, vſque in aduentum Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt ad diem mortis, quãdo apparet tam bonis, quam
malis Chriſtus in cruce poſitus. & ipſe Chriſtus de Ioanne Euangeliſta ait, Sic
eum volo manere donec veniam, ſcilicet veniam ad obitum eius.* Ita Inno-
centius. 4.

Sed tamẽ quamuis curioſius Chriſti forma inquiritur, quia tamẽ
ſub aliqua conſpicitur, illiquæ ſpectatoribus vel extremam miſeriã
vel perpetuam afferet felicitatem, non fruſtra inquiritur: & curio-
ſitas ſi non laudem meretur certè caret reprehenſione.

Difficilis verò multas ob cauſas hic eſt definitio: tum quia ſcrip- 5.
turis nullis iuuamur: tum quia difficulter aliquã ex varijs ſub qui-
bus Chriſtus aliquando viſus eſt, aſsignaueris. Nec aliorum hic ſen-
tentia niti licebit, quia ſummum omnium propemodum eſt ſilen-
tium.

Producit quidem Crucifixi ſpeciem Innocentius P. ſed vnus ille 6.
inter tam multos ſilentes. Dubitare etiam quis poſſet, cur ſub Cru-

Digitized by Google

magis conueniẽtem tribuere Chriſto: ad cuius gloriam facit, quod Iudex viuorum atque mortuorum ſit conſtitutus.

Et vix rectè dici poſſe videntur, quod bonis, iiſque, qui poſtquã corpora depoſuerunt, Domini mox gaudia ingrediuntur; in Crucifixi forma ſit conſpiciendus. Cum enim hi illo ipſo momento, quo iudicantur, fœlici Dei viſione futuri ſint beati, & Chriſtum hominem quoque ſint intuituri; an alia forma intuebuntur, quàm qua ſe in cœlis omnibus exhibebit? 10.

Quocirca de beatis illis primum dixerim, viſuros quidem ipſos Chriſtum; ſed forma ſe Chriſtum ipſis offerre tali, qualem viſus eſt habere, quando cœlos glorioſè aſcendit, & quali venturus eſt in extremo die Iudex viuorum atque mortuorum. 11.

Addidero, eadem forma omnibus appariturum, etiam malis. Quid enim opus eſt aliam aſſumat? Præterea cum Iudicium hoc per ſe exhibeat Chriſtus, & per ſe ipſe iudicandis ſententiam dicat, non verò per Angelos, in propria quoque quam habet in cœlis ſeſe forma offeret, commodius; quam alia aliqua, quam aliquando in hoc mundo eſt viſus. Atque hoc de forma. 12.

CAPVT TRIGESIMVM.

Cum qua maieſtate & poteſtate in Particulari Iudicio Chriſtus appareat.

Beata anima ſuum Iudicem vident in maieſtate & cum poteſtate,
Quia hæc cum beatitudine ſunt coniuncta.
Veriſimile & non beatos videre ſuũ Iudicem in maieſtate & poteſtate.
Id & conditio Iudicii.
Et iudicandorum videtur poſtulare.
Nullam tamen voluptatem ex hac viſione capient damnatorum animæ.
Summam capient animæ beatorum.
Aliquam etiam capient illorum, qui ad tempus expiantur igne purgatorio.

MAieſtatem, de quo hic quærimus, ponimus in corporis gloria, Poteſtatem in comitatu cœleſtium Spirituum. Itaque quando quæritur, Vtrum cum poteſtate aliqua atque gloria, Chriſtus in hoc Iudicio appareat; quæritur, Vtrum glorioſum ipſius corpus videbitur, atque vna cum ipſo cœleſtium Spirituum ſocietas.

Et hic, quid in Iudicio mox beatarum animarum dicendum ſit, facilius

Digitized by Google

facilius habetur: difficilius forſitan, quid in aliarum, quarum vel fœlicitas ad tempus differtur, donec plenè ſint expurgatæ; vel nulla ſperatur, quod peccatis ſuis exigentibus, à regno cœlorum ſint excludendæ.

3. Etenim priores illæ, quoniam in Iudicio ipſo ſuorum laborum mercedem referunt cœleſtem beatitudinem; non poſſunt non ſuũ Iudicem in maieſtate & cum poteſtate conſpicere: vt cuius maieſtatem atque poteſtatem à cœleſti beatitudine non facilè ſeparaueris. Aut enim neceſſe eſt dicas Chriſtum in cœlis non conſpicuum eſſe ſanctis in ſua maieſtate & poteſtate: aut quoque conſpicuum eſſe in eadem maieſtate & poteſtate in Particulari beatarum animarum Iudicio.

4 Porrò quæ à morte non ſtatim beatæ ſunt animæ, nec ad cœleſtem curiam mox transferuntur, iis non *eo nomine*, quo beatis, glorioſus Chriſti conſpectus concedetur. An tamen concedetur? Sic probabiliter crediderís. vt ob id ſicut in extremo illo generalique Iudicio maieſtas Iudicis corporalibus; ita ſpiritualibus oculis, in hoc Particulari animarum Iudicio, ſit obſeruanda.

5. Docuimus ſuperius eadem, qua in cœlo exiſtit, forma conſpiciendum Chriſtum Iudicem; propterea, quòd ille antopróſopos, qui in cœlis eſt Chriſtus, ſit iudicaturus: quidni igitur credamus, videri quoque in hoc animarum Iudicio, ea, qua in cœlo conſpicuus eſt, gloria?

6. Iudicium hoc ad Chriſti dignitatem plurimum facit, quoniam profundæ humilitatis eius quædam eſt remuneratio. omninò igitur conuenit, vt non ſine Chriſti Iudicis aliqua maieſtate atque gloria, in qua appareat exerceatur.

7. Quando de Generali illo, quod in fine ſæculorum peragetur, Iudicio, vel Dominus loquitur, vel Prophetæ; dignitatem atque maieſtatem apparentis Chriſti prædicant. quidem igitur licebit ſuſpicari, non ſine maieſtate, quamuis non tanta, vt illud, peragendum etiam Particulare, in quo non minus quam in Generali Idem Iudex iiſdem iudicandis ſuam retributurus eſt mercedem?

8. Sic prorſus conuenire videtur; vt qualem, quamque potentem Iudicem habeant iudicandæ animæ cognoſcant: qualeſcunque etiã illæ ſint. Atqui ad hoc plurimum facit, ſi cum maieſtate atque poteſtate earum ipſe obtutibus offerat.

9. Si quidem res hæc de eorum eſſet genere, quæ vel niſi cum difficultate fieret; aut non niſi diuina interueniente potentia hærere quis animo poſſet. At non minus facilè eſt, vt cum maieſtate atque pote-

poteſtate Chriſtus appareat, quam quod appareat, ea, qua in cœlo conſpicitur forma.

Forſitan pro hac Chriſti in Iudicio maieſtate atque poteſtate eſt Iudicium quoddam, quod ex Gregorio Turonenſi de Geſtis Francorum, lib. 2. cap. 23. ad ſextum ſuorum Annalium Eccleſiaſticorũ Tomum tranſtulit Cæſar Baronius, circa annum 484. in qua pincerna quidam inſons Chriſtum vidit veluti *Iudicem inter plurimos dealbatos, in ſolio ſplendido ſedentem*, quid enim vetat, vt hîc ſplendor credatur Iudicium illius, in Iudicio? 10.

Nec in maieſtatis huius atque poteſtatis viſione, pars quædam felicitatis eſt conſtituenda, qua indigni cenſentur, quicunque ob peccata ſua à cœlorum regno, Deiq; conſpectu, in perpetuum ſunt reijciendi. Quoniam ſicut ex glorioſa Chriſti apparitione in extremo generalique Iudicio non voluptatem ſed dolorem, ita nec ex hac Chriſti viſa gloria capient damnatæ. 11.

Voluptatem tamen quandam hinc capient, purgandæ primum, & poſt beandæ animæ, quando, ſcilicet, Iudicis ſententia intelligent ad felicem illam ſeruatoris ſui viſionem, ſocietatemque ſpirituum beatorum ſe admittendas, perpetuamque vitam ibidem victuros, poſtquam dignis, quas contraxerunt peccatorum maculas, pœnitentiæ operibus eluerint. 12.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

An & quomodo Chriſtum cognoſcant, omnes, quibus ipſe in Particulari Iudicio apparet.

Cognoſcent omnes, alij per ſpecies quas hinc ſecũ deferũt, alij per ſpecies quæ ibidẽ ipſis cõmunicãtur.	*Duobus ergò modis contingit Chriſtum Iudicem in Particulari Iudicio cognoſci.*

SI quicunque audiuntur & videntur, cognoſcerentur præſenti quæſtione opus non eſſet: nunc quoniam quoſdam contingit videre & audire, qui tamen non agnoſcuntur non fruſtra quæritur, An quicunque Chriſtum in Particulari Iudicio vident & audiunt eundem agnoſcant. 1.

Et omninò videntur quidam iudicandorum eundem nõ agnoſcere: illi, videlicet, qui de Chriſto nihil vnquam audierũt, in quorum numero non infideles tantum ſunt, quibus de Chriſto annunciatum non eſt, verum etiam fidelium Chriſtianorum pueri, ſiue 2.

illi cũ ſacramento regenerationis,ſiue ſine illo,ex hac vita diſcedũt.

3. Fortè & de noſtri temporis quibuſdam hæreticis quæſtio eſſe poſſet,ijs qui nullas Christi, ſanctorumque Imagines patiuntur. Quemamodum enim illi, quoniam cruces tollunt ſcire paulatim non poterunt, quid ſit Chriſtum eſſe crucifixum, ita quia tollunt Chriſti imagines, etiamſi videant Chriſtum, viſum tamen fortè non agnoſcent.

4. Qua enim ratione,vel hi,vel illi agnoſcent?Hi poſſent ex auditu ſi quidem,qua forma Chriſtus, vel nobiſcum conuerſatus eſt, vel cœlum aſcendit explicaretur, ſed vt Imagines Chriſti tollunt, ita de Chriſti forma ſummũ apud ipſos ſilentiũ Omnis eorũ de Chriſto oratio, in Chriſti meritis & ſatisfactionibus propemodũ cõſumitur. Illi verò, quia nec Chriſti imagines videre potuerunt nec quidquã de Chriſto audire nõ agnoſcent eundẽ,ſi verũ eſt Philoſophorũ axioma,quo dicitur,*nihil eſſe in intellectu,quod nõ fuerit in ſenſu.*

5. Sed tamen quemadmodum Chriſtum Iudicem,mentis oculis videbunt iudicandi,ita veriſimile eſt,quòd ipſum agnoſcent Quid enim,cur minus cognoſcant,prohibet?An quia Chriſti ſpecies atque ideò in ſenſu ipſorum non fuit, ideoque fieri nequit,vt mente eũdem concipiat? At ſi in futura vita in mente mortaliumque cogitatione erit nihil,quod non per ſenſus eò deuenerit, quantum erit plurimorum ſpirituum otium?illorum, videlicet,qui mortem ſubierunt,antequam vſuram huius lucis potuerunt capere nõne perpetuum ſomnum neceſſe erit ſomniare,quis uerò hoc credat?

6. Alia illius vitæ, alia huius ratio Hic ad intellectum nihil tranſit, quod non quodam modo fuerit in ſenſu:ibi intellectus informari poteſt rerum ſimulachris ſine vllo ſenſuum,quibus deſtitutus eſt, miniſterio quemadmodum informari neceſſe eſt eorum, qui hinc ſine vlla, vt ita loquar rerũ intelligendarum ſuppellectile diſcedũt.

7. Quocirca & ſui ſpeciem atque Ideam communicare poterit Dominus ijs,qui dominicam formam, nec aliqua relatione, nec in picta imagine, nec in viua ſpecie nouerunt.qua tamen ſpecie opus nõ habebunt qui eundem in hac vita cognouerunt aut aliorum relatione, aut in picta imagine aut in viua quam circumtulit, ſpecie.

8. Duobus ergò modis Iudicem Chriſtũ in Particulari Iudicio cognoſcent animæ.Vnus eſt per ſpeciem Chriſti,quã hinc ſecum deferunt alter, per eiuſdem ſpeciem quã in illa vita acquirunt hic opus noua ſpecie;quia ſecum nullã deferunt qua cognoſcent, vbi nulla noua opus;quoniam quã in hac vita habent,cũ morte non interit Hæc hoc loco breuiter. Reliqua quæ dici poſſunt, magis ad ſcholas pertinent.

LIB. 2

DE
APPARITIONE
CHRISTI FILII DEI SACRAMENTALI.
VSITATA ET PEREGRINA.

LIBER.

AVTHORE PETRO THYRAEO, &c.

Digitized by Google

INTRODVCTIO
In Diſputationem.

DE
APPARITIONE CHRISTI
FILII DEI
SACRAMENTALI.

PRæter varias Chriſti, ſiue Diuinas Noui Teſtamenti Apparitiones, quas partim proſecuti ſumus; partim, Deo propitio perſequemur; vna eſt, quam Sacramentalem *dicere poſſumus, quæ ratione Sacramenti, in quo Chriſtus verè, realiter & ſubſtantialiter eſt præſens, accidit, quam hoc libello explicamus: & quidem duplici Tractatu; prout duplex illa diſtingui poteſt: quædam enim Sacramentalis eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quam priori Tractatu abſoluemus; quædam ſub ſpeciebus peregrinis & inſolitis, quam complectemur poſteriori. Multa de vtraque dici poſſent; verum nos propria, & quæ Argumentum poſtulat, hoc loco tantum. A Sacramentali ſub ſpecie Sacramentali, initium facimus.*

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS.

De Apparitionibus Sacramentalibus Chriſti, in quo quæ propriè Sacramentales ſunt, & Sacramentales ſpecies permanent, explicantur.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit Sacramentalis filij Dei, ſiue Chriſti, Apparitio.

Multis Sacramentis adeſt Chriſtus, in quibus tamen non dicitur apparere.	*In ſolo Euchariſtiæ Sacramento, & huius ſolum ratione accidit Apparitio ſacramentalis.*

SAcramentalem Chriſti Apparitionem dicimus; qua 1.
Chriſtus, Dei filius, in, vel cum, Euchariſtiæ Sacramento, mortalium ſe oculis, ſupra omnem naturæ ordinem, quodam modo offerre creditur.

Habet hæc illud commune cum omnibus Appa- 2.
ritionibus; quod in ea Chriſtus appareat: ſed hoc proprium, quod in, vel cum, ſacramento appareat, & præſens ſit.

Non tamen omnis modus, quo Chriſtus, in vel cum aliquo ſa- 3.
cramento, præſens eſt, facit; vt *apparere* dicatur. Quis dixerit Chriſtum apparere in Baptiſmo, Confirmatione, Pœnitentia, Ordine, Matrimonio, Extrema vnctione? & tamen quodam modo ibi præſens Chriſtus: eo ſcilicet quo cauſæ dicuntur adeſſe atque præſentes eſſe ſuis effectis. Neque enim latet Theologos, non Deum ſolum; verum etiam Chriſtum, Chriſtique humanitatem operari in Sacramentis.

Et operari non *meritoriè* tantum, per hoc; quòd merita atque 4.
paſsionis ſuæ virtus effectus ſuos obtineant & conſequantur: verum etiam *efficienter*; per modum, ſcilicet, cauſæ inſtrumentalis cóiunctæ: Qualis eſt in omni effectu diuino Chriſti humanitas, inſeperabili iam cum diuinitate vinculo copulata.

Et hoc modo omnibus Sacramentis præſens eſt Chriſtus: ſed 5.
tamen vt diximus, non dicitur *apparere*: quemadmodum nec in

omnibus rebus apparere dicitur Deus; quamuis omnibus rebus ſit præſentiſsimus. Apparere in illo Sacramento Chriſtus dicitur; vbi non virtute tantum eſt præſens, aut etiam operatur; ſed in quo ipſius perſonaliter continetur.

6. Sic, ſcilicet, in ſolo Euchariſtiæ eſt Sacramento de quo poſt omnium Chriſtianorum qui vnquam fuerunt, ſenſum atque conſenſum, definiuit Sancta Tridentina Synodus, *quod verè, realiter, atque ſubſtantialiter contineat Chriſtum: hoc eſt corpus eius, animam eius, diuinitatem eius.* Itaque hoc intuens dici poteſt *videre Chriſtum*: & Chriſtus in hoc apparere: quæ in alijs Sacramentis locum non habent.

7. Apparet tamen Chriſtus hîc non ſub propria ſpecie? quemadmodum apparuit olim, quando communem cum hominibus vitam egit. Quid quis eius in Sacramento ſenſu aliquo depræhendit? Apparet ſub ſpecie aliena: & magis creditur; quã videtur, eſſe præſens.

8. Vires naturæ hæc Apparitio excedit: non hoc quidem ſenſu, quaſi nullius naturæ viribus hîc Chriſtum videre dici debeat, gratiaque diuina opus habeat vt videat: ſed quia ſupra vires naturæ eſt; quod vel in, vel cum, Sacramento exiſtat, quod qua ratione intelligamus, ſequens Caput docebit.

CAPVT SECVNDVM.

Quotuplex, ſit Chriſti Apparitio Sacramentalis.

Alia eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus, panis vel vini:	*Alia eſt ſub ſpeciebus peregrinis, carnis, ſanguinis, pueri, &c.*
In qua Chriſtus ſemper eſt præſens perſonaliter.	*In qua non ſemper eſt perſonaliter Chriſtus præſens.*

1. DVplex poteſt diſtingui Apparitio Chriſti Sacramentalis. Vna eſt ſub ſpecie Sacramentali; altera ſub ſpecie peregrina, & non ſacramentali. Ibi eſt ſub ſpecie, qua ex inſtitutione ſua, & quaſi ex pacto, in vltima cœna inito, adeſſe voluit: hîc ſub alia aliqua.

2. In priori illa ſacramẽtali, duplex ipſi ſeruit ſpecies; panis, & vini: & tantum panis & vini: in poſteriori varia & incerta; nunc hæc, nũc illa; nunc pueri nunc carnis, nunc ſanguinis, nunc alterius alicuius, quod præſentiæ Chriſti vt plurimum ſymbolũ ſit & argumentũ.

Et in priori nunquam ipſius præſentia deeſt, quamdiu ſpecies
3. ſunt & ſuperſunt: in poſteriori, ſi quandoque dum ſpecies pueri,

carnis,

Digitized by Google

carnis, ſanguinis, &c. apparet, eſt præſens, nõ tamẽ eſt præſens ſemper: queadmodum ſuo loco in ſequentibus erit demonſtrandum.

Quapropter nõ omnis Apparitio, qua ſub ſpecie peregrina exhibetur, quodã modo Chriſtus, ad hoc genus Apparitionum *Perſonalium* pertinet. Ea ſolummodo pertinet, quæ præſentem Chriſtum antoprolos pos habet: quod ſi quædam non habet, propriè huc non pertinet alterius erit loci. 4.

Sed nec omnis hæc, ſi propriè loquaris; *Sacramentalis* eſt Quid enim ſi panis & vini ſpecies deficerentur? Non cẽſemus propriè ſacramentalem vbi nullum eſt ſacramentum quemadmodum nullum eſt, vbi nec ſpecies eſt panis, nec ſpecies vini. 5.

Interim tamen hoc libello omnes, quæcunque ratione Sacramẽti accidunt, ſiue verum Sacramentum perſeueret, quod ſaluis ſacramentalibus ſpeciebus vſu venit: ſiue non perſeueret, quod perſæpè accidit quando in ſacramentalium ſpecierum locum peregrinæ ſuccedunt, omnes, inquam, nobis ſunt diſcutiendæ. 6.

CAPVT TERTIVM.

Quibus modis & rationibus doceri poſsit Chriſtum verè realiter atque ſubſtantialiter in Euchariſtiæ ſacramento ſub panis vinique ſpeciebus adeſſe doceri poteſt.

Sacrarum ſcripturarũ authoritate;
Decretis ſummorum Pontificum,
ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ;
Sententia omnium Patrum;
Miraculis pro hac re factis:
Confutatione & oppreßione hæreticorum contrarium aſſerentium.
Varia Eccleſiæ praxi erga hoc Sacramentum.

APparitio Sacramentalis, ſub ſpecie Sacramentali, illa eſt; qua vt diximus, ſub ſpecie panis, & vini Chriſtus præſens eſt, exhibetur & apparet. In hac vnum certum; alterũ dubium. Certum, quod ſub his ſpeciebus verè realiter & ſubſtantialiter ſit Chriſtus: dubium, An dici poſsit Chriſtus hic apparere Hoc capite ſequenti explicandum: illud quibus modis certũ ſit, potius præſenti Capite indicandum, quam probandum. Res enim alterius loci eſt. 1.

2\. Certum igitur illud eſt, recteque creditur, primò authoritate ſacrarum ſcripturarum, quod huiuſmodi Ratiocinatione docemus.

> Recte illud á Chriſtianis creditur, quod diſertis Sacrarum Scripturarum verbis credendum proponitur.
> Sed diſertis Sacrarum Scripturarum verbis proponitur credendum, Chriſtum verè realiterque in Euchariſtiæ eſſe & contineri Sacramento.
> Rectè ergo à Chriſtianis creditur Chriſtum verè realiterque in Euchariſtiæ eſſe, & contineri Sacramento.

3\. Hîc in priori propoſitione, quam *Maiorem* vocant, nulla difficultas, quoniam ſi alicui, certè Sacris Scripturis, quæ Dei ſunt ſcriptum verbum, Chriſtianus populus fidem accommodare poteſt, & debet. Et quidem ſufficit, ad extorquendam fidem, ſemel aliquid expreſsiſſe quod ſi idem in diuerſis locis doceant, firmitudinis in credendo augetur ratio. Si idem per diuerſa inſtrumenta & organa, per diuerſos, inquam diuinorum librorum authores, planè ad credendum cunctabunda confunditur humana ſuperbia. Si illi omnes idem omninò vno ore; nullus per adulterinas interpretationes effugiendi locus. Sunt enim ſibi mutuo teſtes, proprietatem, non tropum verborum ſe eſſe ſecutos, &c.

Minor verò, ſiue altera Propoſitio (*Aſſumptionem* vocant alij) non
4\. minus eſt certa, quoniam diſertis verbis Scripturæ docent Chriſtum promiſiſſe, quod *ſeipſum* daturus eſſet, ſub ſacramento Euchariſtiæ: & præterea quod dederit, & quod ſequentibus temporibus daturus eſſet. Promiſit Ioannis 6. *Panis*, inquiens *quem ego dabo caro mea eſt*. Dedit, Matth. 26. Marci 14. Lucæ. 22. *Accepit Ieſus panẽ* &c. & quod ſequentibus temporibus daturus, ibidẽ dicens *Hoc facite* &c.

Magnum igitur teſtimonium pro veritate Chriſti in Euchariſtiæ
5\. Sacramento præbent Scripturæ. Quia omnes Euangeliſtæ vno ore, ijſdem verbis (hoc vno excepto, quod Ioannes *carnem* pro *corpore* ſubſtituit) idem omninò abſque vlla, vel minima tropi ſignificatione, de Euchariſtia ſcripſerunt. Ab his ne latum quidem vnguem Doctor Gentium diſcedit, in 1. Corinth. 11. ſed ijſdem verbis, eodemque ordine, quo Euangeliſtæ, quæ in vltima cœna geſta ſunt repetit. Sed & eo facit fidem ampliorẽ, quod cum Apoſtolica ſcripta ad Euangelica tanquam explanationes quædam acceſſerint, nihil tamen de verbis Euangelij mutarit, nec alterius ſenſus, quam quem verba præ ſe ferunt, vel tenuiter mentionem fecerit, vt non malè dixeris omnes in vnum quaſi coiſſe, & conſpiraſſe, vt veritatem ſimplicem nudamque in apertum producerent.

Digitized by Google

Duo verò ſunt, quę hoc ex ſcriptura petitum argumentum egre- 6.
giè confirmant, quæ & ipſa ex Scriptura deprompta ſunt. Primò. ſunt prædictiones & magnæ, & variæ, quæ à Sanctis Patribus non malè de hoc Sacramento accipiuntur: quibus quid opus, ſi cõmunis hîc panis, communis potus porrigitur, & non alia ratione, quàm alijs rebus, præſens eſt Dominus? Prædictiones ſunt hæ. *Non eſt alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Dominus Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris*, Deut. 4. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri. Ambulabo inter vos & ero veſter Deus*. Leuit. 26. *Dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius vt ſaturemur*. Iob. 31. *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me*, Pſal 22. *Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt*, Pſal. 22. *Cibauit eos ex adipe frumenti*, Pſal. 80. *Educas panem de terra*. Pſal. 103. *Panis cor hominis confirmet*, Ibidem. *Vinum lætificet cor hominis*, Ibidem: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*, Pſal. 110. *Venite comedite Panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*. Prou. 9. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum*, Sap 16: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguiũ, medullatorum, vindemiæ defecatæ*, Iſaiæ 25. *Quid enim bonum eſt eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*. Zach. 9. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo hoſtia munda*, Malach. 1. *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ*, Pſal. 21. *Adorate ſcabellum pedum eius*, Pſal 98. *Non poſſum deſerere vinum, quod lætificat Deum & homines*, Iudic. 9. *Erit firmamentum in terra in ſummis montium*, Pſal. 71. Hæ prædictiones, plures omitto.

Sunt deinde imagines & Figurę huius Sacramẽti variæ, v. g. panis 7.
à celebrariſsimo Dei altiſsimi Sacerdote Melchiſedech offerri ſolitus: Panis, quo filij Iſrael in deſerto, quadraginta annis continuò paſti ſunt. Panes propoſitionis. Panis hordeaceus qui in caſtra Madianitarum per ſomnium deuoluì viſus eſt. Panis ſubcinericius, ad caput Eliæ à facie Ieſabelis fugientis repertus. Et hæ oſtendunt nõ communẽ cibum aut potum hic porrigi. Quomodo verò? quia oportet imagines & figuras ab eo diſtare, cuius ſunt figuræ, & quidẽ diſtare in exceſſu & præſtantia eius, quod typus exprimit: & hîc diſtare quantum vmbra & corpus. Niſi enim hæc diſtantia inter Euchariſtiam & figuras illius conſtituatur, panis Euchariſticus multis modis ſuperabitur à quocunque pane ſymbolico. Hic enim Symbolicus partim prodigioſus, partim cœlo miſſus: partim Angelorũ manibus allatus: forſitan & formatus: partim eximia ſanctitate & dignitate excellentibus tantum ad veſcendum deſtinatus partim vir-

Digitized by Google

tutis admirandæ comprobatus: noſter autem ex terra ortus, nihil horum deprehenditur habere. Atque hæc pro primæ Ratiocinationis argumento.

8. Secundo de veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia conſtat, illaq; rectè creditur propter authoritatem ſummorum Pontificum, quod hac, quæ ſecunda eſt, Ratiocinatione fit clarius.

Illud rectè creditur, quod crediderunt, credendumq; docuerunt, apud quos ſumma, ſiue ſuprema eſt in Eccleſia poteſtas: & quorum ſententiæ in fidei negotio ſtandum docuit Dei filius. 3

Sed apud quos ſuprema in Eccleſia eſt poteſtas, & quorũ ſententię ſtandum docuit Dei filius crediderũt, credendũq; docuerũt veritatem Chriſti in Euchariſtia.

Ergò rectè illud iam à nobis creditur.

9. In vtroq; huius Argumentationis propoſitione ponuntur duo certa. Alterum eſt, Supremam aliquam poteſtatem in Chriſti eſſe Eccleſia. Alterum, eius ſententiæ in rebus fidei ſtandum. Hæc tanquam certa ponuntur: & certiſsima ſunt, & quoniam à doctiſsimis viris ſunt demonſtrata integris libris à nobis, breuitatis ſtudioſis, hic confirmari non debent, ſed poni tantum.

10. In minori verò propoſitione docendum, & crediſiſſe veritatē Chriſti in Euchariſtia, & credēdam propoſuiſſe eos apud quos ſuprema in Eccleſia poteſtas, & quorum ſententiæ ſtandum in negotijs fidei. Docetur porrò facili negotio decretis Summorum Pontificum, quos Capita Eccleſiæ, & Fidei Magiſtros, Chriſtianus populus, pro Chriſti voluntate & ſententia agnoſcit modò & ſemper agnouit. Videndi ergò Clemens, Epiſtola 2. Anacletus, Epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ. Alexander, Epiſtola prima ad omnes Orthodoxos. Theleſphorus, Epiſtol. ad omnes Epiſcopos. Pius, in decretis ſuis. Iulius, in Decretis Soter, in Decretis. Lucius, in Decretis. Pontianus Epiſtola ad felicem. Liberius apud S. Ambroſium, lib. 3. de virginib Felix, Epiſtola ad Epiſcopos Aegipti Damaſus, Epiſt. ad Proſperum Epiſcopum Numidiæ Leo, ſerm. 6. de Ieiunio 7. menſis Gelaſius, Maiorico & Ioan. Epiſcopis Sergius de Conſ. diſt. 2. Paſchalis, 2 Epiſt. ad Henricum Imp. Alexander 3 epiſt ad quendam Lucius 3. lib. 5. decretalium Innocentius 3 lib. 3. de officio Miſſæ. Grego:9. lib. 1. decretalium. Innocentius 4 in Apparatu ſuper decretales. Vrbanus 4. in Inſtitutione feſti Corporis Chriſti Clemēs 5. lib 3. Clement Eugenius, Epiſt 4. quam vniuerſis Eccleſijs miſit.

11 Secundæ ratiocinationi ſubiungimus tertiam, cuius vis maior

videtur

videtur, quod cum capitibus Eccleſiæ & Magiſtris fidei etiã Chriſtiani populi præſides & præfectos complectatur. Hæc nititur authoritate Sacrorum Conciliorum & Synodorum & ſic formari poteſt.

Quod vniuerſa Eccleſia credit, ſemperque credidit, hoc rectè creditur à quolibet, qui Eccleſiæ cupit eſſe membrum.

Sed vniuerſa Eccleſia credit ſemperque credidit veritatem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento.

Quilibet Igitur Chriſtianus, qui Eccleſiæ membrum eſſe cupit, rectè credit veritatem Chriſti in Euchariſtia.

Non hic facile à quoquam negabitur, rectè illud à quolibet credi 12.
quod vniuerſa credit Eccleſia. Quid enim? præferet priuatus homo Iudicium ſuum vniuerſę Eccleſiæ? vnus aliquis oculatior erit, pluſque videbit, quam totus Chriſtianus orbis? Et ſi Eccleſia errare nõ poteſt quemadmodum reuera non poteſt, *columna & firmamentum veritatis*, quomodo non tuto eius ſententiæ ſtatur? cur etiam eandem audiendam præcepit Dominus? Sed in hac re difficultas nulla.

Fortè negabitur Eccleſiam credidiſſe ſemper, veritatem corpo- 13.
ris Chriſti in Euchariſtia. At ſi Synodi & Concilia hoc tradunt, nõ licet de Eccleſiæ ſententia dubitare. Quid ita? quia Eccleſia eſt populus Chriſtianus ſuis paſtoribus & capitibus vnitus. Inter quos hoc diſcriminis eſt, quod populus quemadmodum oues, paſtorũ voces audiant & ſequantur; paſtores eidem quid credere debeat, quidue ſequi, proponant. Ideoque illud rectè dicitur credere tota Eccleſia, quod capita & paſtores Eccleſiæ credunt, credendumque proponunt, cum ab his diſſentire oues non poſsint. 14.

Fortè dubium de ſynodis & concilijs, vtrum qui in ijs præſederunt, ſententiamque dixerunt, veritatem hanc tradiderunt Sed nec hoc dubium. Sunt enim pro hac veritate Concilium Nicenum primum vniuerſale anno 315. can 14. Arelatenſe 2. anno 325. can. 15. Hiſpalenſe, anno 4[illegible]7. can. 25. Carthaginenſe 4 anno 436. can. 38. Epheſium vniuerſale, 468. Ilerdenſe. 502. can. 10. Auernenſe 504. can 5. Turonicum 2 560 cap. 3. Toletanum, anno 580. can. 1. Antiſiodorenſe, 603 can. 8 Hiſpalenſe 11 anno 526. can 7 Toletanum 4. 630 can. 56 Toletanum 11., 653 cap 11 Bracarenſe 3. 655. can. 3. Conſtatinopolitanum 5. vniuerſale. 684 cap 26. & 102. Toletanum 52. 686 cap. Nicænum 11. an 790. Actione 6. Rhotomagenſe, 795. ca. 2. Turonenſ. 4 798. cap 4 Cabilonenſe 11. 806 cap 26. Aquiſgranenſe, 820. can 6. VVormatienſ, 822. can. 15. & 31. Rhemenſe, 87[illegible] apud Burchardũ lib. 5 can. 30. Triburienſe, 825. can. Salegẽſtadienſe, 103.

V cap.

cap 6. Romanum, 1040 ſub Leone 9. Vercellenſe, ſub eodem, Turonēſe 5. 1035. Romanũ ſub Nicolao 11. Romanũ, ſub Gregorio 7 anno 1075. Lateranēſe General. 1216. can. 1. Viennenſe, 1308. Oxonienſe, 1358 Conſtantienſe, 1415. ſeſſ. 13. Baſilienſ. 1439 ſeſſ. 30. florentinũ generale 1439. ſeſſ. 25 Senonenſe, decreto 10. Colonienſe, parte 7. can. 14. Moguntinum, can 31 Treuirenſe, Tritentinum. &c.

Quarto de veritate Chriſti in Euchariſtia conſtat Patrum, qui omnibus ſeculis vixerunt, ſententia, ex quibus ſic licebit ratiocinari.

15. Quod crediderunt credendumque docuerunt, Eccleſiæ Chriſti Doctores, orbis Chriſtiani lumina, Spiritus ſancti organa, viri omnifariam eruditione, linguarum peritia, ſcripturæ exercitatione, vitæ probitate, miraculorum gloria inſignes, denique Spiritus ſancti gratijs, donis & chariſmatibus inſtructi, id nunc recte credit Chriſtianus populus.

Sed veritatem Chriſti in Euchariſtia crediderunt, credendumque docuerunt Eccleſiæ Chriſti Doctores, Orbis Chriſtiani lumina Spiritus ſancti organa, viri inſignes pietate eruditione, miraculis &c.

Ergo veritatem Chriſti in Euchariſtia nunc rectè credit populus Chriſtianus.

16. Multa ſunt, quæ primam, id eſt *Maiorem* Propoſitionem, faciunt probabilem. Quid enim de veritate dubitaueris eius, quod credũt credendumq; docent viri probitate, diuinarum humanarumq; rerum ſcientia, miraculis & Spiritus ſancti chariſmatibus inſignes? Nam probitas facit, quod nemini velint imponere: ſcientia, quod non facilè errent; nec ſine ratione aut credant, aut credendum aliquid doceant. Miracula atque ſpiritus ſancti chariſmata, quod Deum Doctorem ſequantur.

17. Et ſi horum numerus aliquis, facilè aſſenſum præbueris, ſi magnus, nullo modo negaueris, ſi omnium, nullus relinquitur dubitandi locus. Quid vero ſi omnium omnino omnium temporum? Omnium, omnium locorum? Quid ſi nullus inueniatur, qui diuerſum ſentiat? quid ſi omnium vna quaſi vox? quid ſi vnam eandemque veritatem varijs modis tradant probent, confirment?

18. Et minus adhuc de horum ſententia atque doctrina dubitaueris; ſi in cura gregis Dominici eoſdem obſeruaueris fuiſſe vigilantes, & ſolicitos: & cauiſſe ſeriò, ne quid temerè effutirent, quo populus in errorem pertraheretur; quod de ijs facilè præſumpſeris,

ris, qui exploratiſsimum habuerunt exigendam aliquando à ſe ſeueram de ſubditis rationem.

Hoc primæ propoſitionis robur, & firmamentum, quod eo libentius oſtendimus, quoniam egregiè nobis in noſtra cauſa ſeruit Qui enim veritatem Corporis Chriſti in Euchariſtia docent, fuerunt & egregij Doctores Eccleſiæ, & viri ſingularis ſanctitatis, probitatis, eruditionis, & plerique miraculis atque ſpiritusſancti chariſmatibus inſignes & qui, quod exploratiſsimum haberent ſibi exactiſsimam rationem dandam iuſto Iudici pro ſubditis, ſoliciti fuerunt; ne quid temerè aut à Chriſtiana religione alienum dicerent, aut docerent. 19.

Et pauci hi non fuerunt nec in vna aliqua Chriſtiani orbis parte aut loco. Nulla Chriſtiani orbis fuit prouincia nulla regio; quæ non aliquot producat. Nullum vnquam tempus à temporibus Apoſtolorũ ad hæc noſtra; quo ijdem non claruerunt. Quicunque vnquam vllo loco claruerunt veritatem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento profeſsi ſunt qui contrarium docuerit inuentus eſt nullus. 20.

Proferendi hi eſſent hoc loco, ſed quid opus? Etiam Aduerſarij noſtri hunc omnium Patrum dicunt eſſe ſenſum & conſenſum. Referunt tamen eoſdem eorumdemque verba quidam integris voluminibus. Inter alios vnus Garetius recenſet 445. Ne eoſdem omninò nos præterijſſe videamur, ſaltem quibus modis pro hac veritate Chriſti in Euchariſtia pugnent, breuiter indicandum eſt. 21.

Primũ igitur diſertis verbis docẽt nos habere, & accipere in Euchariſtia corpus & ſanguinem Chriſti. Sic inter innumeros, ex latinis, Ambroſius, lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. Hieronymus in 11. Oſeæ, Auguſtinus lib. 2. contra Aduerſarium Legis & prophetarum, cap. 9. Gregorius homil. 23. in Euãgel: ſimiliter ex Græcis Athanaſius, Apol. 2. Baſilius, in Quæſtionibus fusè explicatis, q 172. Gregorius Niſſenus, Orat de ſancto Baptiſmate, Epiphanius, in Anchorate. 22.

Secundò docent in Euchariſtia non figuram tantum Chriſti corporis accipi, quod volunt ſacramentarij, aut nos ſecundum fidem tantum & gratiam, vniri cũ Chriſti corpore, ſed reipſa accipi illud, eodemque modo vniri. Ita Damaſ. lib. 4. fidei orthod. cap 14. Theophilactus, in 14. Marci, Chryſoſtomus, homil 60. ad populum, Cyrillus, lib. 10 in Ioannem, cap 13. 23.

Tertiò, ſumma orationis grauitate contendunt perſuadere, ne in Euchariſtiæ ſacramento, ſenſibus credamus aut agnoſcamus opus naturæ, ſed opus diuinæ omnipotentiæ Hoc faciunt Ambroſius, 24.

lib. de myſterijs initiandis, cap. 9. Euſebius Emiſſenus, homil. de Paſch. Hilarius, lib. 9 de Trinit, Chryſoſtomus, homil. 83. in Mattheum Auguſtinus de verbis Apoſtoli.

Quartò, docent rationē huius ſacramenti, per miraculū Chriſtū eſſe in pluribus locis, quemadmodum docent Chryſoſtomus, lib. 3. de Sacerdotio Baſilius, in Liturgia Gregorius Niſſenus; Oratione de Paſcha. Ambroſius in Pſ. 138.

Quintò, dicunt Chriſtum nos paſcere in hoc ſacramento, ſuo proprio ſanguine & corpore; vt Auguſtinus, in Pſal. 33. Chryſoſtomus, homil. 83 in Matth.

Sextò, accuratè reddunt rationem, quare Chriſtus hic voluerit ſub aliena ſpecie adeſſe; ne, ſcilicet, horrori eſſet ſumentibus. Ita Ambroſ. lib 4. de Sacramentis, cap. 4. Damaſcenus, lib. 4. cap 14. Theoph in cap 26. Matth &c.

Septimo, accuratè explicant, quomodo non conſummatur, vel minuatur Chriſtus, quamuis in ſacramento ſumatur: vt Auguſtinus, ſerm 2 de verbis Apoſtoli, Cyrillus, Catechel. 5. Myſtag Emiſſenus, ſer. 5. de Paſch.

Octauo oſtendunt perſonam exiſtentem in hoc ſacramento conſtare natura non humana tantum, ſed etiam diuina ideoque cibum hunc eſſe viaticum. Ita Cyrillus, in declaratione ſecundi Anathē. Concilij Epheſ. Theodoretus, Dialog. 2 & 3.

Nonō, ſuo ratione huius ſacramenti dicunt nos vnum corpus fieri cum Chriſti corpore atque vnam carnem. hoc Irenæus, lib. 5. cap 2. Niſſenus in oratione Catechiſt Cyrillus, lib. 10. in Ioan ca. 13.

Decimò, aſſerunt Chriſtum in cœna ſeipſum comediſſe? ita Chryſoſtomus hom. 83. in Mattheum Hieronymus, ad Edibiam.

Vndecimò docent hoc ſacramentum propter Chriſtum adorandum, quemadmodum & Eccleſiæ praxis habet. Hæc & his ſimilia copioſius perſequitur Georgius de Valentia, lib. 1. de Reali Chriſti præſentia, in Euchariſtia nos reliqua.

Ex miraculis quoque non malè docetur veritas Chriſti in ſacra-
23) mento. Id hac ratiocinatione oſtendimus.

Si quam ſententiam aut opinionem Deus obſeruatus eſt miraculis probare, & in hominum animis confirmare, illa falſa eſſe non poteſt, & rectè creditur.

Sed Deus obſeruatus eſt miraculis probare & confirmare ſententiam de veritate Chriſti in Euchariſtia.

Non igitur ſententia illa poteſt eſſe falſa: ſed rectè creditur.

Mira-

Digitized by Google

Miraculorum vis magna eſt,& ad bonos mores formandos: & ad fidem Chriſtianam perſuadendam atque confirmandam. Sed tamen in negotijs fidei maximè locum habent. Quocirca meritò virtute miraculorum illi inſtructi fuerunt, qui fidei Chriſtianæ prima fundamenta poſuerunt. 24.

Quemadmodum verò illis ad malos corruptoſque mores induci nemo ſolet, aut poteſt, ita nemo ad opinionem, aut ſententiam Chriſtianæ religioni quouis modo contrariam. Ratio huius in promptu eſt, quod Deum ipſa habeant authorem, qui quemadmodum non poteſt ad malum operandum, ita ad falſum credendum quenquam inducere. 25.

Hinc colligitur, quod ſi quæ pro veritate Chriſti in Euchariſtia proferri poſsint, Chriſtianus populus de veritate Chriſti in Euchariſtia dubium animum habere non poſsit. An verò aliqua proferri poſſunt? Poſſunt permulta de quibus Euſebius, lib. 6. hiſt. cap. 34. & lib 8 cap. 4. S. Cyprianus, ſerm. 5. de lapſis. Optatus Milleuitanus, lib. 2. contra Donatiſtas, Ambroſius, funebri prima de obitu fratris Satyri, Auguſtinus, lib. 22 de Ciuit. cap. 8. Gregorius, lib. 3. Dialog. cap. 3 & lib. 4 cap. 57 venerabilis Beda, lib. 4. Hiſt. Anglo. c. 22. Guuitmundus lib. 3. de Euchariſtia Bernardus, in vita Malachiæ, VValdenſis, Tom. 2. de ſacramentis, cap. 63. videndus pro his & alijs Eredenbachius in Collationibus. 26.

Poteſt etiam ex hæreticis veritas Chriſti in Euchariſtia demonſtrari qua ratione docent ſequens Ratiocinatio: 27.

Illud rectè creditur, quod quicunque negarunt, vel oppugnarunt, increduli, ſiue hæretici habiti ſunt & condemnati.

Sed quicunque veritatem Chriſti in Euchariſtia negarũt vel oppugnarunt, increduli ſiue hæretici ſunt habiti & condemnati.

Ergò rectè creditur veritas Chriſti in Euchariſtia.

Duobus modis veritas alicuius dogmatis innoteſcit, aſſertione eiuſdem, & oppugnatione contrarij. Vtroque dogma de veritate Chriſti in Euchariſtia. Aſſertum eſt illud varijs modis, ſicuti docent præcedentes Ratiocinationes. Idem innoteſcit etiam oppugnatione contrarij, quotieſcunque enim inuenti ſunt aliqui, qui veritatẽ Chriſti in Euchariſtia aut negarent, aut oppugnarent, mox ipſis reſtitum eſt habiti ſunt pro infidelibus aut hæreticis: damnati ſunt. Docemus hęc hiſtoria præteritorum temporum. 28.

Primum negarunt quidam Chriſti diſcipuli, illi qui Ioannis 6. di- 29.

INTRODVCTIO
In Diſputationem.

DE
APPARITIONE CHRISTI FILII DEI SACRAMENTALI.

PRæter varias Chriſti, ſiue Diuinas Noui Teſtamenti Apparitiones, quas partim proſecuti ſumus; partim, Deo propitio perſequemur; vna eſt, quam Sacramentalem *dicere poſſumus, quæ ratione Sacramenti, in quo Chriſtus verè, realiter & ſubſtantialiter eſt præſens, accidit, quam hoc libello explicamus: & quidem duplici Tractatu; prout duplex illa diſtingui poteſt: quædam enim Sacramentalis eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quam priori Tractatu abſoluemus; quædam ſub ſpeciebus peregrinis & inſolitis, quam complectemur poſteriori. Multa de vtraque dici poſſent; verum nos propria, & quæ Argumentum poſtulat, hoc loco tantum. A Sacramentali ſub ſpecie Sacramentali, initium facimus.*

TRAC-

TRACTATUS PRIMUS.

De Apparitionibus Sacramentalibus Chriſti, in quo quæ propriè Sacramentales ſunt, & Sacramentales ſpecies permanent, explicantur.

CAPUT PRIMUM.

Quid ſit Sacramentalis filij Dei, ſiue Chriſti, Apparitio.

Multis Sacramentis adeſt Chriſtus, in quibus tamen non dicitur apparere.	*In ſolo Euchariſtiæ Sacramento, & huius ſolum ratione accidit Apparitio ſacramentalis.*

SAcramentalem Chriſti Apparitionem dicimus; qua Chriſtus, Dei filius, in, vel cum, Euchariſtiæ Sacramento, mortalium ſe oculis, ſupra omnem naturæ ordinem, quodam modo offerre creditur. 1.

2. Habet hæc illud commune cum omnibus Apparitionibus; quod in ea Chriſtus appareat: ſed hoc proprium, quod in, vel cum, ſacramento appareat, & præſens ſit.

Non tamen omnis modus, quo Chriſtus, in vel cum aliquo ſacramento præſens eſt facit; vt *apparere* dicatur. Quis dixerit Chriſtum apparere in Baptiſmo, Confirmatione, Pœnitentia, Ordine, Matrimonio, Extrema vnctione? & tamen quodam modo ibi præſens Chriſtus: eo ſcilicet quo cauſæ dicuntur adeſſe atque præſentes eſſe ſuis effectis. Neque enim latet Theologos, non Deum ſolum; verum etiam Chriſtum, Chriſtique humanitatem operari in Sacramentis: 3.

Et operari non *meritoriè* tantum, per hoc; quòd merita atque paſsionis ſuæ virtus effectus ſuos obtineant & conſequantur: verum etiam *efficienter*; per modum, ſcilicet, cauſæ inſtrumentalis cõiunctæ: Qualis eſt in omni effectu diuino Chriſti humanitas, inſeperabili iam cum diuinitate vinculo copulata. 4.

Et hoc modo omnibus Sacramentis præſens eſt Chriſtus: ſed tamen vt diximus, non dicitur *apparere*: quemadmodum nec in 5.

omnibus rebus apparere dicitur Deus; quamuis omnibus rebus ſit præſentiſsimus. Apparere in illo Sacramento Chriſtus dicitur; vbi non virtute tantum eſt præſens, aut etiam operatur; ſed in quo ipſius perſonaliter continetur.

6. Sic, ſcilicet, in ſolo Euchariſtiæ eſt Sacramento de quo poſt omnium Chriſtianorum qui vnquam fuerunt, ſenſum atque conſenſum, definiuit Sancta Tridentina Synodus; *quod verè, realiter, atque ſubſtantialiter contineat Chriſtum: hoc eſt corpus eius, animam eius, diuinitatem eius*. Itaque hoc intuens dici poteſt *videre Chriſtum*: & Chriſtus in hoc apparere: quæ in alijs Sacramentis locum non habent.

7. Apparet tamen Chriſtus hîc non ſub propria ſpecie? quemadmodum apparuit olim, quando communem cum hominibus vitam egit. Quid quis eius in Sacramento ſenſu aliquo depræhendit? Apparet ſub ſpecie aliena: & magis creditur; quã videtur, eſſe præſens.

8. Vires naturæ hæc Apparitio excedit: non hoc quidem ſenſu, quaſi nullius naturæ viribus hîc Chriſtum videre dici debeat, gratiaque diuina opus habeat vt videat: ſed quia ſupra vires naturæ eſt; quod vel in, vel cum, Sacramento exiſtat, quod qua ratione intelligamus, ſequens Caput docebit.

CAPVT SECVNDVM.

Quotuplex, ſit Chriſti Apparitio Sacramentalis.

Alia eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus, panis vel vini:	*Alia eſt ſub ſpeciebus peregrinis, carnis, ſanguinis, pueri, &c.*
In qua Chriſtus ſemper eſt præſens perſonaliter.	*In qua non ſemper eſt perſonaliter Chriſtus præſens.*

1. DVplex poteſt diſtingui Apparitio Chriſti Sacramentalis. Vna eſt ſub ſpecie Sacramentali; altera ſub ſpecie peregrina, & non ſacramentali. Ibi eſt ſub ſpecie, qua ex inſtitutione ſua, & quaſi ex pacto, in vltima cœna inito, adeſſe voluit: hic ſub alia aliqua.

2. In priori illa ſacramẽtali, duplex ipſi ſeruit ſpecies; panis, & vini: & tantum panis & vini: in poſteriori varia & incerta; nunc hæc, nũc illa; nunc pueri nunc carnis, nunc ſanguinis, nunc alterius alicuius, quod præſentiæ Chriſti vt plurimum ſymbolũ ſit & argumentũ.

3. Et in priori nunquam ipſius præſentia deeſt, quamdiu ſpecies ſunt & ſuperſunt: in poſteriori, ſi quandoque dum ſpecies pueri, carnis,

Digitized by Google

carnis, ſanguinis, &c. apparet, eſt præſens, nõ tamẽ eſt præſens ſemper: quẽadmodum ſuo loco in ſequentibus erit demonſtrandum.

4. Quapropter nõ omnis Apparitio, qua ſub ſpecie peregrina exhibetur, quodã modo Chriſtus, ad hoc genus Apparitionum *Perſonalium* pertinet. Ea ſolummodo pertinet, quæ præſentem Chriſtum antoproſopos habet: quod ſi quædam non habet, propriè huc non pertinet alterius erit loci.

5. Sed nec omnis hæc, ſi propriè loquaris, *Sacramentalis* eſt. Quid enim ſi panis & vini ſpecies deſiderentur? Non cẽſemus propriè ſacramentalem vbi nullum eſt ſacramentum quemadmodum nullum eſt, vbi nec ſpecies eſt panis, nec ſpecies vini.

6. Interim tamen hoc libello omnes, quæcunque ratione Sacramẽti accidunt, ſiue verum Sacramentum perſeueret, quod ſaluis ſacramentalibus ſpeciebus vſu venit: ſiue non perſeueret, quod perſæpè accidit quando in ſacramentalium ſpecierum locum peregrinæ ſuccedunt, omnes, inquam, nobis ſunt diſcutiendæ.

CAPVT TERTIVM.

Quibus modis & rationibus doceri poſſit Chriſtum verè realiter atque ſubſtantialiter in Euchariſtiæ ſacramento ſub panis vinique ſpeciebus adeſſe doceri poteſt.

Sacrarum ſcripturarũ authoritate;
Decretis ſummorum Pontificum, ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ;
Sententia omnium Patrum;
Miraculis pro hac re factis:
Confutatione & oppreſſione hæreticorum contrarium aſſerentium.
Varia Eccleſiæ praxi erga hoc Sacramentum.

1. APparitio Sacramentalis, ſub ſpecie Sacramentali, illa eſt; qua vt diximus, ſub ſpecie panis, & vini Chriſtus præſens eſt, exhibetur & apparet. In hac vnum certum; alterũ dubium. Certum, quod ſub his ſpeciebus verè realiter & ſubſtantialiter ſit Chriſtus: dubium, An dici poſſit Chriſtus hìc apparere. Hoc capite ſequenti explicandum: illud quibus modis certũ ſit, potius præſenti Capite indicandum, quam probandum. Res enim alterius loci eſt.

Duo verò ſunt, quę hoc ex ſcriptura petitum argumentum egregiè confirmant, quæ & ipſa ex Scriptura deprompta ſunt. Primò. ſunt prædictiones & magnæ, & variæ, quæ à Sanctis Patribus non malè de hoc Sacramento accipiuntur: quibus quid opus, ſi cōmunis hîc panis, communis potus porrigitur, & non alia ratione, quàm alijs rebus, præſens eſt Dominus? Prædictiones ſunt hæ. *Non eſt alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Dominus Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris*, Deut. 4. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri. Ambulabo inter vos & ero veſter Deus*. Leuit. 26. *Dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius vt ſaturemur*. Iob. 31. *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me*, Pſal 22. *Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt*, Pſal. 22. *Cibauit eos ex adipe frumenti*, Pſal. 80. *Educas panem de terra*. Pſal. 103. *Panis cor hominis confirmet*, Ibidem. *Vinum lætificet cor hominis*, Ibidem. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*, Pſal. 110. *Venite comedite Panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*. Prou. 9. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum*, Sap 16. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguiū, medullatorum, vindemiæ defecatæ*, Iſaiæ 25. *Quid enim bonum eſt eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*. Zach. 9. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo hoſtia munda*, Malach. 1. *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ*, Pſal. 21. *Adorate ſcabellum pedum eius*, Pſal 98. *Non poſſum deſerere vinum, quod lætificat Deum & homines*, Iudic. 9. *Erit firmamentum in terra in ſummis montium*, Pſal. 71. Hæ prædictiones, plures omitto. 6.

Sunt deinde Imagines & Figurę huius Sacramēti variæ, v. g. panis à celebratiſsimo Dei altiſsimi Sacerdote Melchiſedech offerri ſolitus: Panis, quo filij Iſrael in deſerto, quadraginta annis continuò paſti ſunt. Panes propoſitionis. Panis hordeaceus qui in caſtra Madianitarum per ſomnium deuolui viſus eſt. Panis ſubcinericius, ad caput Eliæ à facie Ieſabelis fugientis repertus. Et hæ oſtendunt nō communē cibum aut potum hic porrigi. Quomodo verò? quia oportet imagines & figuras ab eo diſtare, cuius ſunt figuræ, & quidē diſtare in exceſſu & præſtantia eius, quod typus exprimit: & hîc diſtare quantum vmbra & corpus. Niſi enim hæc diſtantia inter Euchariſtiam & figuras illius conſtituatur, panis Euchariſticus multis modis ſuperabitur à quocunque pane ſymbolico. Hic enim Symbolicus partim prodigioſus, partim cœlo miſſus: partim Angelorū manibus allatus: forſitan & formatus: partim eximia ſanctitate & dignitate excellentibus tantum ad veſcendum deſtinatus partim vir- 7.

videtur, quod cum capitibus Eccleſiæ & Magiſtris fidei etiã Chriſtiani populi præſides & præfectos complectatur. Hæc nititur authoritate Sacrorum Conciliorum & Synodorum & ſic formari poteſt.

Quod vniuerſa Eccleſia credit, ſemperque credidit, hoc recte creditur à quolibet, qui Eccleſiæ cupit eſſe membrum.

Sed vniuerſa Eccleſia credit ſemperque credidit veritatem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento.

Quilibet Igitur Chriſtianus, qui Eccleſiæ membrum eſſe cupit, recte credit veritatem Chriſti in Euchariſtia.

Non hic facile à quoquam negabitur, recte illud à quolibet credi 12.
quod vniuerſa credit Eccleſia. Quid enim? præferet priuatus homo Iudicium ſuum vniuerſę Eccleſiæ? vnus aliquis oculatior erit, pluſque videbit, quam totus Chriſtianus orbis? Et ſi Eccleſia errare nõ poteſt quemadmodum reuera non poteſt, *columna & firmamentum veritatis*, quomodo non tuto eius ſententiæ ſtatur? cur etiam eandem audiendam præcepit Dominus? Sed in hac re difficultas nulla.

Fortè negabitur Eccleſiam credidiſſe ſemper, veritatem corpo- 13.
ris Chriſti in Euchariſtia. At ſi Synodi & Concilia hoc tradunt, nõ licet de Eccleſiæ ſententia dubitare. Quid ita? quia Eccleſia eſt populus Chriſtianus ſuis paſtoribus & capitibus vnitus. Inter quos hoc diſcriminis eſt, quod populus quemadmodum oues, paſtorũ voces audiant & ſequantur; paſtores eidem quid credere debeat, quidue ſequi, proponant. Ideoque illud recte dicitur credere tota Eccleſia, quod capita & paſtores Eccleſiæ credunt, credendumque proponunt, cum ab his diſſentire oues non poſsint. 14.

Fortè dubium de ſynodis & concilijs, vtrum qui in ijs præſederunt, ſententiamque dixerunt, veritatem hanc tradiderunt. Sed nec hoc dubium. Sunt enim pro hac veritate Concilium Nicenum primum vniuerſale anno 325. can. 14. Arelatenſe 2. anno 326. can. 15. Hiſpalenſe, anno 417. can. 25. Carthaginenſe 4. anno 436. can 38. Epheſium vniuerſale, 468. Ilerdenſe. 502. can. 10. Auernenſe 504. can 5. Turonicum 2. 560. cap. 3. Toletanum, anno 580. can. 1. Antiſiodorenſe, 603. can. 8. Hiſpalenſe 11. anno 526. can 7. Toletanum 4. 630. can. 56. Toletanum 11., 653. cap 11. Bracarenſe 3. 655. can. 3. Conſtatinopolitanum 3. vniuerſale, 684. cap 26. & 102. Toletanum 52. 686 cap. Nicænum 11. an 790. Actione 6. Rhotomagenſe, 795. ca. 2. Turonenſ 4. 798. cap 4 Cabilonenſe 11. 806 cap 26. Aquiſgranenſe, 820. can 6. VVormatienſ, 822. can. 15. & 31. Rhemenſe, 874. apud Burchardũ lib. 5 can. 30. Triburienſe, 895. can. Salegẽſtadienſe, 103.

ris, qui exploratiſsimum habuerunt exigendam aliquando à ſe ſe- ueram de ſubditis rationem.

Hoc primæ propoſitionis robur, & firmamentum, quod eo li- 19.
bentius oſtendimus, quoniam egregiè nobis in noſtra cauſa ſeruit. Qui enim veritatem Corporis Chriſti in Euchariſtia docent, fuerunt & egregij Doctores Eccleſiæ, & viri ſingularis ſanctitatis, probitatis, eruditionis, & plerique miraculis atque ſpiritusſancti chariſmatibus inſignes & qui, quod exploratiſsimum haberent ſibi exactiſsimam rationem dandam iuſto Iudici pro ſubditis, ſoliciti fuerunt; ne quid temerè aut à Chriſtiana religione alienum dicerent, aut docerent.

Et pauci hi non fuerunt nec in vna aliqua Chriſtiani orbis parte 20.
aut loco. Nulla Chriſtiani orbis fuit prouincia nulla regio; quæ non aliquot producat. Nullum vnquam tempus à temporibus Apoſtolorũ ad hæc noſtra; quo ijdem non claruerunt. Quicunque vnquam vllo loco claruerunt veritatem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento profeſsi ſunt qui contrarium docuerit inuentus eſt nullus.

Proferendi hi eſſent hoc loco, ſed quid opus? Etiam Aduerſarij 21.
noſtri hunc omnium Patrum dicunt eſſe ſenſum & conſenſum. Referunt tamen eoſdem eorumdemque verba quidam integris voluminibus. Inter alios vnus Garetius recenſet 445. Ne eoſdem omninò nos præterijſſe videamur, ſaltem quibus modis pro hac veritate Chriſti in Euchariſtia pugnent, breuiter indicandum eſt.

Primũ igitur diſertis verbis docẽt nos habere, & accipere in Eu- 22.
chariſtia corpus & ſanguinem Chriſti. Sic inter innumeros, ex latinis, Ambroſius, lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. Hieronymus in 11 Oſeæ, Auguſtinus, lib. 2. contra Aduerſarium Legis & prophetarum, cap. 9. Gregorius homil. 23. in Euãgel. ſimiliter ex Græcis Athanaſius, Apol. 2. Baſilius, in Quæſtionibus fusè explicatis, q 172. Gregorius Niſſenus, Orat de ſancto Baptiſmate, Epiphanius, in Anchorate.

Secundò docent in Euchariſtia non figuram tantum Chriſti cor- 23.
poris accipi, quod volunt ſacramentarij, aut nos ſecundum fidem tantum & gratiam, vniri cũ Chriſti corpore, ſed reipſa accipi illud, eodemque modo vniri Ita Damaſ. lib. 4. fidei orthod. cap 14. Theophilactus, in 14. Marci, Chryſoſtomus, homil 60. ad populum, Cyrillus, lib. 10 in Ioannem, cap 13.

Tertiò, ſumma orationis grauitate contendunt perſuadere, ne in
Euchariſtiæ ſacramento, ſenſibus credamus aut agnoſcamus opus 24.
naturæ, ſed opus diuinæ omnipotentiæ Hoc faciunt Ambroſius,

Digitized by Google

Miraculorum vis magna eſt, & ad bonos mores formandos: & ad 24.
fidem Chriſtianam perſuadendam atque confirmandam. Sed tamen
in negotijs fidei maximè locum habent. Quocirca meritò virtute
miraculorum illi inſtructi fuerunt, qui fidei Chriſtianæ prima fundamenta poſuerunt.

Quemadmodum verò illis ad malos corruptoſque mores indu- 25.
ci nemo ſolet, aut poteſt, ita nemo ad opinionem, aut ſententiam
Chriſtianæ religioni quouis modo contrariam. Ratio huius in
promptu eſt, quod Deum ipſa habeant authorem, qui quemadmodum non poteſt ad malum operandum, ita ad falſum credendum quenquam inducere.

Hinc colligitur, quod ſi quæ pro veritate Chriſti in Euchariſtia 26.
proferri poſsint, Chriſtianus populus de veritate Chriſti in Euchariſtia dubium animum habere non poſsit. An verò aliqua proferri poſſunt? Poſſunt permulta de quibus Euſebius, lib. 6. hiſt. cap. 34. & lib. 8 cap. 4. S. Cyprianus, ſerm. 5. de lapſis. Optatus Milleuitanus, lib. 2. contra Donatiſtas, Ambroſius, funebri prima de obitu fratris Satyri, Auguſtinus, lib. 22 de Ciuit. cap. 8. Gregorius, lib. 3. Dialog. cap. 3 & lib. 4 cap. 57 venerabilis Beda, lib. 4. Hiſt. Anglo. c. 22. Guuitmundus lib. 3. de Euchariſtia Bernardus, in vita Malachiæ, VValdenſis, Tom. 2. de ſacramentis, cap. 63. videndus pro his & alijs Bredenbachius in Collationibus.

Poteſt etiam ex hæreticis veritas Chriſti in Euchariſtia demon- 27.
ſtrari qua ratione docent ſequens Ratiocinatio:

Illud rectè creditur, quod quicunque negarunt, vel oppugnarunt, increduli, ſiue hæretici habiti ſunt & condemnati:

Sed quicunque veritatem Chriſti in Euchariſtia negarũt vel oppugnarunt, increduli ſiue hæretici ſunt habiti & condemnati:

Ergò rectè creditur veritas Chriſti in Euchariſtia:

Duobus modis veritas alicuius dogmatis innoteſcit, aſſertione 28.
eiuſdem, & oppugnatione contrarij. Vtroque dogma de veritate
Chriſti in Euchariſtia. Aſſertum eſt illud varijs modis, ſicuti docent præcedentes Ratiocinationes. Idem innoteſcit etiam oppugnatione contrarij, quotieſcunque enim inuenti ſunt aliqui, qui veritatẽ Chriſti in Euchariſtia aut negarent, aut oppugnarent, mox ipſis reſtitum eſt habiti ſunt pro infidelibus aut hæreticis: damnati ſunt. Docemus hoc hiſtoria præteritorum temporum.

Primum negarunt quidam Chriſti diſcipuli, illi qui Ioannis 6. di- 29.

cuntur abijſſe retro, cum caphernaitis inter quos Iudā Iſcariotem fuiſſe exiſtimat Chryſoſtomus, homil. 46 in Ioannem. Atqui hunc Dominus vocat non credentem, Ioan 6. *Sunt quidam*, inquit, *ex vobis qui, non credunt.*

Secundò, quidā Corinthiorum teſte Cyrillo Alexandrino, lib. 4. Penta. non videntur crediddiſſe. Contra hos verò ſumma verborū grauitate repetit Chriſti inſtitutionem Apoſtolus. *Conuenientibus vobis in vnum*, inquit, *non eſt dominicam cœnam ſumere*, &c.

Tertiò Gnoſtici, circa annum Domini, 129. docuerunt in Euchariſtiæ Sacramento figuram tantum eſſe corporis Chriſti, ſiue imaginem, quemadmodum & Chriſtum docuerunt non verum corpus ſed corporis imaginem tantum aſſumpſiſſe. Hos refutarunt. Irenæus, lib. 3. cap. 2. & Ignatius, in fragmento epiſtolæ ad Smirnenſes.

Quartò, Ariani quidam putarunt in Euchariſtia nō accipi Chriſti humanitatem, ſed tantum virtute diuinitatis accipi ſpiritualem gratiam. Hunc tanquam malè ſentientem oppugnat Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. in Ioan cap. 13.

Quintò, circa annum Domini 370. Meſſaliani docuerunt in Euchariſtia ſumi communem panem, qui conſcientiæ nec prodeſſet, nec obeſſet, damnati ſunt ab omnibus quemadmodū docet Theodoretus, lib. 4 hiſt. cap. 11.

Sextò, circa annum 700. tempore Damaſceni, negarunt quidam expreſsius præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia. Hos oppugnat ipſe Damaſcenus, lib. 4. cap. 14. & Theophilactus, eodem tempore, in 26 Matthæi.

Septimò, circa annum 800. quidam Ioēs Scotus, Monachus Benedictinus, præceptor Caroli Magni, figuram ſolam dixit eſſe hoc ſacramentum non verò reipſa Chriſti corpus continere, eius liber damnatus eſt in concilio Vercellenſi, teſte Landfranco, Epiſ. Cantuarienſi, lib. 1. de ſacramento Euchariſtiæ.

Octauò, circa annum 1000. cæpit Berengarius Archidiaconus Eccleſiæ Andegauenſis, maiori contentione, quam quiſquam alius hanc hæreſim propugnare Sed mox plurimi aduerſus eūdem ſcripſerunt, videlicet, Adelmannus, Epiſcopus Brixienſis: Landfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis: Guuitmundus, Epiſcopus Aperſanus in Apulia: Algerus monachus: Damnatus item eſt à 7. ex ordine Pontificibus, & haud paucioribus Cōcilijs, quare & ſententiam ſuam reuocauit.

Nonò, eandem hæreſim reuocauit, anno 138:. VVicleff & poſt

eum

eum Hieronymus Pragenſis, teſte VValdenſi, lib. 2. de Sacram. cap. 2 atque Hugo, ſed damnati in concilio Conſtantienſi, & rurſus in Florentino.

Decimò, circa annum 1522. eandem reuocant Carolſtadius, OEcolampadius, Petrus Martyr, Caluinus &c qui hinc dicti ſunt ſacramentarij. Et damnati ſunt ab omnibus orthodoxis, omnibus Academijs, & innumerabilibus Scriptoribus, atque Concilio OEcumenico Tridentino, & multis prouincialibus. Hæc ſufficiat, qui plura velit, legat à nobis ſuperius citatum Gregorium de Valentia.

Nos in dictis Ratiocinationibus, aliam, id eſt ſeptimam, ſubiungimus, pro eadem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento veritate quã ex moribus & praxi Chriſti fidelium, erga hoc ſacramentum petimus. Illam ſic conſtituimus. 30.

Non malè credunt iam Chriſtiani, quod omnibus tẽporibus locíſq; ſe credidiſſe multis modis, declararunt Maiores noſtri, à quibus ad nos Chriſtiana religio deriuata eſt.

Sed multis modis illi declararunt ſe credere in ſacramento Euchariſtiæ aliquid eſſe præter nuda elementa panis & vini; imo adeſſe verè Chriſtum.

Non ergò iam malè creditur Chriſtus verè adeſſe in Sacramento.

Maior huius Argumentationis facilius creditur propter Domini verba apud Ieremiam, cap. 6. quibus nos ad Maiorum noſtrorũ vias ingrediandas hortatur., *State*, inquit, *ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.* 31.

Sed quibus modis Maiores declararunt ſe credere veritatem Chriſti in Euchariſtia? Multis ſanè, varijs & magnis. Nos aliquot recenſemus.

Primus eſt quia eandem adorarunt; vtique non ratione panis, ſed Chriſti Filij Dei. Meminerũt huius adorationis inter alios, Chryſoſtomus, atque B. Auguſtinus, ille, homil in 1. Corinth hic, in Pſal. 21 & in epiſtol 120. ad Honorium, cap. 27.

Secundus. Inuocatus etiam eſt Chriſtus in Euchariſtia, vt patet ex Dionyſ de Eccleſ Hierarch cap. 3. Gregorio Nazianzeno, Orat. de S. Gergonio, & ex Liturgijs Baſilij atque Chryſoſtomi.

Tertius Summa ſemper religione tractata, & ſumpta Euchariſtia tanquam res ſacratiſsima, Non percipiebatur niſi à ieiunis, non

ſtus in ſacramento non male videri dicetur, poterit & rectè dici apparere. Quid verò? num videri negabitur? Non prorſus negabitur.

1. Primum hîc ſeruit communis loquendi modus, & apud Catholicos receptiſsimus Nunquid parentes à filijs interrogati, quid nã illud ſit, quod Vident Sacerdotem tempore Sacrificij Miſſæ offerre; reſpondent id Chriſtum eſſe? Et quis vnquam reprehendit Chriſtianum hominem, qui videns hoſtiam conſecratam dicit ſe Chriſtum videre?

2. Deinde quis negauerit in hoc ſacramento rectè dici illud nos ſumere, manducare, tangere, tractare; quod videmus? ſimiliter illud videre; quod ſumimus, mãducamus, tangimus tractamus? At Chriſtum verè dicimur hîc ſumere, manducare, tangere, tractare: quidni igitur dicemus & videre?

3. Certè modum hunc loquendi non refugiunt S. Patres. imprimis S. Chryſoſtomus, Homil. 24. in 1. Corinth. Illi (loquitur de Magis) inquit, *cum in præſepi viderunt: tu vides, non in præſepi, ſed altari.* Et Hom. 60. ad Pop. *Quod*, inquit, *nunc dicunt, vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta: Ecce eum vides, ipſum tangis; ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta videre cupis: ipſe autem tibi concedit, non tantum videre, verum & manducare, & tangere & intra te ſumere.* Denique Hom. 5. in Ioannem ſic loquitur. *Chriſtus, vt maiori nos charitate aſtringeret: & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantum videri permittens deſiderantibus, ſed tangi, & manducari, & dentes carni ſuæ infigi.*

4. Nec obſtat, quod ſub propria ſpecie eundem non videamus. Sub propria ſpecie Deum nemo vidit & an idcircò ipſum vidiſſe nullus omninò dici debet? Certè plures eundem vidiſſe docet Caput 3. lib. 1. Diuinarum Vet. Teſt. Apparitionum; qui tamen ſub propria ſpecie videre nequiuerunt; quod propriam certamq; ſpeciem, ſub qua videatur, Deus non habeat.

5. Et qui Chriſtum olim in terris verſantem, coram intuebantur, verè dicere potuerunt, ſe Deum videre; qui tamen ſub propria effigie illum non viderunt. Ergò quemadmodum latebat diuinitas in Chriſto, Deus tamen videbatur, dum videbatur Chriſtus: ita dum videntur ſpecies ſacramentales, ſub quibus latet Chriſtus, Chriſtus videri dici poteſt.

6. Qui veſtes hominis tranſeuntis tantum intuitus eſt, non malè dicit ſe hominem vidiſſe; quamuis faciem, quæ proprie hominem prodit non viderit. Ergo & qui ſpecies ſacramentales Dominum

Digitized by Google

Viſus, guſtus, tactus in te fallitur.
Sed auditu ſolo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei filius,
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In Cruce latebat ſola Deitas,
Sed hic latet ſimul & humanitas.
Ambo tamen credens atq; confitens,
Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas ſicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.

Hæc à nobis idcircò dicta ſunt, vt intelligatur, qua ratione in Apparitionũ numero hæc ſacramentalis ſit conſtituẽda; & ad quod Apparitionum genus reuocanda. In Apparitionum numero eſt conſtituenda; quia Chriſtum verè ſub ſacramentalibus ſpeciebus exhibet: Et ad Viſibiles, ſiue Oculares pertinet; quia ſub his ſpeciebus in mortalium oculos incurrit. 13.

CAPVT QVINTVM.

In quem finem Chriſtus realiter in Euchariſtiæ ſacramento præſens hominibus voluerit adeſſe

Vt eſſet, ſcilicet, ſacramentum, quod à fidelibus ſumeretur.	*Et eſſet ſacrificium noua legis, quod paſſim offerretur.*

QVę diximus fortè de Apparitione Chriſti Sacramentali ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſufficerent, quia tamen pauca maiorem notitiam eiuſdem faciunt, hæc breuiter attingenda ſunt. Inter quę primum eſt, In quemnam finẽ Chriſtus in Euchariſtia mortalibus verè realiter atque ſubſtantialiter præſens eſſe voluerit, quod hoc capite explicamus. 1.

Duplex verò finis ipſi propoſitus fuiſſe videtur vnus eſt, vt eſſet cibus ſpiritualis animæ: Alter, vt nouæ legis immaculata eſſet hoſtia, primum habet Euchariſtia, qua ſacramentum eſt: alterum, qua ſacrificium, ſed vtrunque ex Chriſti inſtitutione: vtpote ad quem pertinebat in noua lege & ſacramenta dare & ſacrificium inſtituere. 2.

Prioris finis meminit Dominus frequentius, ſed præcipuè ſexto cap. apud S. Ioannem vbi carnem ſuam *cibum* vocat & ſanguinem potum. Poſteriorem inſinuat Regius propheta Dauid, quando do- 3.

Digitized by Google

cet Christum futurum ſacerdotem in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Verè enim per hoc in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech eſt ſacerdos, quod miniſterio ſacerdotum, vicariorum ſuorum, Deo patri ſe ſub panis viniqué ſpeciebus in Miſſæ ſacrificio offerat.

Et ſacramentum propriè ſeruit ſumentibus, atque ad hoc primũ
4. eſt inſtitutum: ſacrificium verò imprimis Dei cultum reſpicit, quãuis ſine fructu atque emolumento mortalium non peragatur, cum etiam ad ſalutem viuorum atque mortuorum proſit, valeatque ad huius & futuræ vitæ depellenda mala & bona obtinenda.

Et ſacramentum quidem admittunt, quicunq; ſe Chriſtianæ Re-
5. ligionis profitentur: in ſacrificio difficiles ſunt plerique, illi maximè, qui nullum externum ſacrificium in lege noua concedunt, voluntque Deum ſpiritum, ſpiritu tantum eſſe colendum. Sed vt cõueniebat talem cibum, taleque ſacramentum haberi in lege noua, ita conueniebat & eſſe ſacrificium, ne Chriſtiana religio minus haberet præ Synagoga: & præterea eſſe tale ſacrificium, ne ſacrificium ſacramento minus eſſet, præſtantiſsimaque religio præſtantiſsimo ſacrificio ornaretur.

6. Vt vt ſit, ob hos duos fines Chriſtum in Euchariſtia adeſſe voluiſſe dubitare non licet Catholicis, ſine præſentiſsimo ſalutis diſcrimine. Quod quoniam libenter confitentur, ita hîc pluribus proſequendum non eſt. Sed & alium locum hæc poſtulant, præſens tractatus plura non requirit.

CAPVT SEXTVM.

Quidnam mouerit Chriſtum vt in Euchariſtia nobis verè realiterque adeſſe voluerit.

Mouit maximè bonitas & clementia erga genus humanum. | *Hanc egregiè in hoc ſacramento oſtendit, vnione, qua ſe nobis vnit.*

1. Diuinæ bonitatis atque clementiæ erga humanum genus quemadmodum omnes argumenta norunt; illaque omnibus vbiuis locorum ſunt obuia, ita hoc grauiſsimũ norunt, quod ſe in Euchariſtiæ ſacramento eidem reliquerit eoque maius eſt hoc beneficium, quo magis filius Dei cum mortalibus hic ſe vnit. *Cum ſuum*, inquit, Chryſoſt. homil. 45. in Ioã. *Chriſtus in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniatur. Hoc enim aman-*

tium maximè eſt.Hoc Iob(cap.31.)*ſignificabat de ſeruis; à quibus maximè amabatur,qui ſuum amorem præ ſe ferentes,dicebant. Quis daret nobis, vt eius carnibus impleremur? Quod Chriſtus fecit,vt maiori nos charitate aſtringeret & vt ſuum oſtenderet deſiderium,non ſe tantum videri permittens deſiderantibus,ſed tangi & manducari,& dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſuo omnes impleri.* Ita Chryſoſtomus.

Hinc eſt quod egregiè hanc vnionem patres commendent;& ceræ liquefactæ comparent,quæ in ſimilem infuſa,vna cum illa efficitur. *Quemadmodum*,inquit,Cyrillus,de hac vnione loquens,lib.10. in Ioan.cap.13. *ſi quis igne liquefactam ceram,alia cera ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſque factum videatur,ſic communicatione corporis & ſanguinis Domini,ipſe in nobis eſt & nos in ipſo.* 2.

Eandem ob cauſam,hanc vnionem fermento, quod totam maſſam inficit comparat Gregorius Niſſenus,in Orat Catechiſt. verba eius hæc ſunt. *Quemadmodum parum frumenti,teſte Apoſtolo,Corinth.11 totam maſſam ſimilem ſibi reddit,ſic corpus illud viuificum in corpus noſtrum ingrediens, totum in ſe transfert, & tranſmutat, ſibique ſimilè & immortale (futurum ſuo tempore) reddit.* 3.

Hinc quoque tam inſignibus encomijs hanc Dei prædicant charitatem. *Hoc*,inquit,Ephrem, lib. de natura Dei minimè ſcrutanda, cap.5.*ſane excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnemque ſermonem, quod fecit nobis vnigenitus filius, Chriſtus ſaluator noſter.Ignem & Spiritum manducandum & bibendum præſtitit nobis,corpus ſcilicet & ſanguinem ſuum.* 4.

Audiamus,inquit,Chryſoſtomus,homil.51.in Matth.*tam Sacerdotes,quam alij, quam magna,quam admirabilis res nobis conceſſa eſt. Audiamus oro, & perhorreſcamus:carnes ſuas nobis tradidit; ſeipſum immolatum propoſuit.* Idem Chryſoſtomus,homil.60.ad popul. *Non ſufficit ipſi hominem fieri,flagellis interim cædi:ſed nos ſecum in vnam,vt ita dicam maſſam reducit,neq; id fide ſolum,ſed re ipſa nos corpus ſuum effecit.* Idem Chryſoſtomus habet ſequentia,lib.3.de ſacerdotio. *O miraculum,ò Dei benignitatem, qui cum patre ſurſum ſedet,in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur,ac ſe ipſum tradit volentibus illum accipere & amplecti.* 5.

CAPVT SEPTIMVM.

Quare Dominus in Euchariſtia ſe non offerat ſub propria ſpecie.

Vt conſtaret ratio Sacramenti, quod aliud à ſe debet ſignificare.
Ne cum horrore ſumeretur ſacramentum.
Denique ſic fides habet ſuum meritum: & quidem magnum propter difficilia, quæ hic credantur.

1. POtuiſſet ſub propria ſpecie ſe Dominus nobis offerre: ſed quod ſub externa, & non propria reliquerit; duæ potiſsimum ſunt cauſæ. Altera eſt; quod in Sacramento voluerit adeſſe & ab hominibus ſumi. Altera, quod voluerit ſumi ſine horrore, quem neceſſariò homines concepiſſent, ſi ſub propria, naturalique forma ſuſcipere debuiſſent.

2. Sacramentum alienam formam poſtulabat; quoniam in genere ſignorum eſt; ideoque aliud à ſe ſignificare debuit (quod ratio ſignorum poſtulat) Quocirca cum Chriſti præſentis ſignum hic eſſe debuit; aliud debuit eſſe quod ſignificabatur, quod eſt Chriſtus ſub propria forma: aliud, quod externa eſt forma, quæ in oculos incurrit. Hanc cauſam dat Franciſcus Soarez, diſput. 43. ſect. 1. Tom. 3. in 3. part D. Thom.

3. Alteram rationem pleriq; patres aſsignant. *Panis & vinum*, inquit, Damaſ. lib. 4 cap. 14 *ob eam cauſam adhibentur, quia Deo nota & explorata eſt humana imbecillitas: quippe quæ vt plurimum ea, quæ vſu & conſuetudine minimè trita ſunt, grauiter ferat et auerſetur.* Et Theophilactus, in 26. Matth. *Quoniam*, inquit, *infirmi ſumus, & abhorremus nudas carnes commedere, maximè hominis, ideo panis quidem apparet, ſed caro eſt.* Et Cyrillus Alexandrinus, apud D. Thomam, in catena, circa cap. 22. Lucæ. *Ne enim horreremus carnem & ſanguinem appoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus, influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in veritatem propriæ carnis*, &c.

4. Duabus his tertiam addimus; quæ eſt. vt fides hîc ſuum habeat exercitium & meritum. Atq; vt exercitium hîc arduum atque difficile; ita meritum magnum & excellens. Ad quam enim res arduas fides hîc extenditur? dum ſub ſpecie panis verus Dei creditur eſſe filius? & tantus ſub tantilla quantitate? vnus indiuiduuſque tot tamque diuerſis locis? idque ad vnius ſacerdotis, quamuis etiam praui, actionem & miniſterium.

CAPVT OCTAVVM.

Quare ſub duplici (panis & vini) ſpecie Dominus voluerit contineri.

Sic melius refricatur memoria paſſione Chriſti:
Sic duplex Chriſti corpus exprimitur,
Sic indicatur commodè refectio ſpiritualis,
Sic admonetur homo, quid à Chriſto habeat,
Sic vis ſacramenti iudicatur Sic conuenientibus reuerentia tribuitur ſacramento.
Sic optimè peragitur ſacrificium incruentum nouæ legis.

PRęcipua quidem huius cauſa eſt, diuina ipſius voluntas; qua quẽadmodum ſe mortaliũ generi relinquere voluit; ita voluit hoc vel illo modo relinquere. Sed tamẽ vt multę magnę iuſtiſsimæq; cauſæ diuinæ voluntati propoſitæ fuerunt, vt ſe relinqueret, ita vt ſub his certis definitiſque ſpeciebus relinqueret. 1.

2. Ibi cõmendauit ſingularem ſuam clementiam, atque bonitatem, vt diximus: voluit hominum ſaluti ſacramento atque ſacrificio ſubuentum eſſe. & datum incitamentum ad redamandum tantum amãtem: Eccleſiam quoque perpetuum habere miraculum, in quo partim fidem exerceret, partim confirmaret, hîc quanquam eadem locum habeant, aliorum tamen etiam hiſce ſpeciebus admonentur homines. Quorum verò.

3. Volunt quidam his externis ſymbolis ad memoriã reuocari paſſionem atque cruciatus, quos in Cruce ſuſtinuit. Nam hoc in ſacramento propoſitũ Domino fuiſſe & ipſe inſinuat, & explicat Apoſtolus cum, poſt conſecratum panem hoc docuit fieri debere *in ſui commemorationem*. Explicat Apoſtolus, dum ſic loquitur, 1. Cor. 11. *Hæc quotieſcunque feceritis, mortem Domini annunciabitis.* Vtraq; autem ſpecies clarius id præſtat, quando ſub ſpecie panis, corpus q. à ſanguine: & vini ſanguis q. à corpore diuiſus exhibetur, quæ mortis haud obſcura ſunt argumenta.

4. Deinde ſpecies hæ accommodatæ ſunt (accommodatas eſſe conueniebat) tum ad Chriſti corpus verum, tum etiam ad myſticum ſignificandum. Quemadmodum enim panis & vinum ex multis granis, ita Chriſti verum quidem corpus ex puriſsimis membris B. Virginis myſticum verò ex multis Chriſti fidelibus adunatur. Rationem hanc B. Cyprianus habet, Epiſt. 63 & B. Auguſtinus, Tract. 26 in Ioannem.

5. Sed & ſpiritualem refectionem hinc oportebat colligere. Nam qui ſe naſcens dederat in ſocium; moriens daturus in precium, & regnans in præmium; ille conueſcens ſe dare voluit in edulium, e-

dulium, quo anima plenam perfectamque refectionem acciperet. Ergo cum perfecta corporis refectio cibum potumq; poſtulet tum perfecta animæ refectio etiam externis ſignis demonſtraretur; conueniebat, vt ſe Dominus ſub cibi potuſque ſymbolis relinqueret.

6. Conſtat homo duplici parte; corpore atque anima. Vtraq; ſuam ſalutem atque fœlicitatem beneficio Chriſti habet. Huius ſenſibili ſigno admonendus homo erat; ne tanti beneficij aliquando ipſum caperet obliuio. Et admoneretur egregiè huius ſacramenti ſpeciebus: ſiquidem panis ſpecie datur intelligi, quid corpus ab eodem habeat & ſpecie vini, quæ ſanguinem continet, quid anima, quæ ſine ſanguine eſſe nequit. Hanc pro duplici ſpecie rationem dat B. Ambroſius in 1. Cor. 11. Eandem in ſuo de Euchariſtiæ Sacramenti Hymno habet B. Thomas.

In mortem à Diſcipulo
Suis tradendus æmulo,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit diſcipulis:
Quibus ſub bina ſpecie,
Carnem dedit & ſanguinem:
Vt duplicis ſubſtantiæ
Totum cibaret hominem.

7. Egregiè quoque vim huius Sacramenti exprimunt duæ hæ ſpecies. Vis hæc in gratia quam dignè ſumentibus affert, conſiſtit, quanta vero hæc? Indicat ſpecies panis, cuius eſt, *cor hominis confirmare*, Pſal. 103. & ſpecies vini; *quod Deum hominesq; lætificat.* Iudic. 9.

8. Debetur & huic Sacramento ſua reuerentia: nec malè; vtpote, in quo Chriſtus ipſe, quem omnis honor & gloria decet continetur ſub ijs ergò ſpeciebus conueniebat ipſum præſentem eſſe quę cum maiori reuerentia atque decentia poſſent tractari, an verò aliæ ab his eſſe poſſunt?

9. Denique ſacrificium nouæ legis incruentum ſub his ſpeciebus erat peragendum: hoc porrò cum Deo omnium authori fiat, in ijs rebus fit conuenienter, quæ primitiæ quaſi ſunt creaturarum, & ſub quibus ſacra Scriptura vniuerſa bona quaſi comprehēdere ſolet, vt ſunt panis, & vinum. Illa Ireneus lib. 4. contra Hæreſ. cap. 22.

CAPVT NONVM.

Quare Dominus voluerit deſinere ſubſtantiam panis & vini in Sacramento Euchariſtiæ.

Deſinere fide omnibus tenendum.
Quod deſinatur ore Chriſti voluntate.
Fides etiam huius habet ſuum meritum, quia magnum habet exercitium.

Sub-

SVbſtantiam panis & vini deſinere in Sacramento; & 1.
ſola ipſorum accidentia relinqui, Chriſti præſentia, conſtans Catholicorum, omni tempore, fuit aſſertio; quam, vt olim quidam, ita noſtro tempore fruſtra oppugnât Lutherani, de grege Lutheri. *Fideliter fatemur*, inquit B. Auguſtinus, (vt citatur c. Verum ſub figura, de conſ. diſt. 2.) *ante conſecrationem panem eſſe, & vinum, quod natura formauit: poſt conſecrationem verò carnem Chriſti & ſanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit.* & Serm. 28. de Verbis Domini: *Ante verba Chriſti, quod offertur panis dicitur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint; iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.* Citat eiuſdẽ Auguſtini verba, Thomas VValdenſis, Tom. 2. de Sacram. cap. 83. ex eiuſdem Tractatu quodam, de Corpore & ſanguine Domini *Nec dubitare*, inquit, *debet aliquis; quod panis & vinum mutantur in veram ſubſtantiam Chriſti, ita vt non remaneat ſubſtantia panis & vini.* Ita Auguſtinus.

Deſinit verò, non quia nulla ratione ſimul cum Chriſti corpore 2.
conſiſtere poteſt, ſed quia deſinere, haud obſcurè Chriſti indicat oratio Hinc optimè Concilium Tridentinum, ſeſſ. 13. cap. 4. *Quoniã* inquit, *Chriſtus redemptor noſter, corpus id, quod ſub ſpeciebus panis offerebat, verè eſſe dixit; ideo perſuaſum in Eccleſia Dei ſemper fuit, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri; & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius.*

Et cur deſinit? Quia vt deſinat vult Dominus. Cur voluit? quia 3.
ſic placuit. Fortaſsis & fidei noſtræ rationem habuit, quam hæc Tranſſubſtantiatio egregiè exercet Quot enim hîc & quam ſtupẽda, miracula concurrunt? Deſinit ſubſtantia panis & vini, abſque vlla præuia diſpoſitione, accidentia eorundem per ſe ad modum ſubſtantiæ ſubſiſtunt ſub iiſdem eſt verè atque ſubſtantialiter filius Dei, & quantus in cœlo eſt tantus eſt ſub tantilla quantitate panis atque vini, &c.

CAPVT DECIMVM.

An Chriſtus totus ſit ſub ſpeciebus panis & vini.

Sub quacunq; ſpecie, & ſpeciei parte, continetur.
Chriſti corpus,
Chriſti ſanguis,
Chriſti anima,
Chriſti diuinitas,
Sed tamen alio atq; alio modo.

abeſt quoq; Chriſtus in Sacramento ſecundum accidentia abſoluta.
Neque enim hic eſt ſine quantitate aut figura.
Nõ adeſt ſecũdũ accidẽtia reſpectiua
Hinc non eundem ſitum habet hic & in cœlo.

cuntur abijſſe retro, cum caphernaitis inter quos Iudā Iſcariotem fuiſſe exiſtimat Chryſoſtomus, homil. 46 in Ioannem. Atqui hunc Dominus vocat non credentem, Ioan 6. *Sunt quidam*, inquit, *ex vobis qui, non credunt*.

Secundò, quidā Corinthiorum teſte Cyrillo Alexandrino, lib. 4. Penta. non videntur crediſſe. Contra hos verò ſumma verborū grauitate repetit Chriſti inſtitutionem Apoſtolus. *Conuenientibus vobis in vnum*, inquit, *non eſt dominicam cœnam ſumere*, &c.

Tertiò Gnoſtici, circa annum Domini, 129. docuerunt in Euchariſtiæ Sacramento figuram tantum eſſe corporis Chriſti, ſiue imaginem, quemadmodum & Chriſtum docuerunt non verum corpus ſed corporis imaginem tantum aſſumpſiſſe. Hos refutarunt. Irenæus, lib. 3. cap. 2. & Ignatius, in fragmento epiſtolæ ad Smirnenſes.

Quartò, Ariani quidam putarunt in Euchariſtia nō accipi Chriſti humanitatem, ſed tantum virtute diuinitatis accipi ſpiritualem gratiam. Hunc tanquam malè ſentientem oppugnat Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. in Ioan cap. 13.

Quintò, circa annum Domini 370. Meſſaliani docuerunt in Euchariſtia ſumi communem panem, qui conſcientiæ nec prodeſſet, nec obeſſet, damnati ſunt ab omnibus quemadmodū docet Theodoretus, lib. 4 hiſt. cap. 11.

Sextò, circa annum 700. tempore Damaſceni, negarunt quidam expreſsius præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia. Hos oppugnat ipſe Damaſcenus, lib. 4. cap. 14. & Theophilactus, eodem tempore, in 26 Matthæi.

Septimò, circa annum 800. quidam Ioēs Scotus, Monachus Benedictinus, præceptor Caroli Magni, figuram ſolam dixit eſſe hoc ſacramentum non verò reipſa Chriſti corpus continere, eius liber damnatus eſt in concilio Vercellenſi, teſte Landfranco, Epiſ. Cantuarienſi, lib. 1. de ſacramento Euchariſtiæ.

Octauò, circa annum 1000. cæpit Berengarius Archidiaconus Eccleſiæ Andegauenſis, maiori contentione, quam quiſquam alius hanc hæreſim propugnare Sed mox plurimi aduerſus eūdem ſcripſerunt, videlicet, Adelmannus, Epiſcopus Brixienſis: Landfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis: Guuitmundus, Epiſcopus Aberſanus in Apulia: Algerus monachus: Damnatus item eſt à 7. ex ordine Pontificibus, & haud paucioribus Cōcilijs, quare & ſententiam ſuam reuocauit.

Nonò, eandem hæreſim reuocauit, anno 138.. VVicleff & poſt

eum

eum Hieronymus Pragenſis, teſte VValdenſi, lib.2. de Sacram. cap. 2 atque Hugo,ſed damnati in concilio Conſtantienſi, & rurſus in Florentino.

Decimò,circa annum 1522 eandem reuocant Carolſtadius, OEcolampadius, Petrus Martyr, Caluinus &c qui hinc dicti ſunt ſacramentarij. Et damnati ſunt ab omnibus orthodoxis, omnibus Academijs,& innumerabilibus Scriptoribus, atque Concilio OEcumenico Tridentino, & multis prouincialibus. Hæc ſufficiat, qui plura velit, legat à nobis ſuperius citatum Gregorium de Valentia.

Nos in dictis Ratiocinationibus,aliam, id eſt ſeptimam, ſubiungimus, pro eadem Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento veritate quã ex moribus & praxi Chriſti fidelium, erga hoc ſacramentum petimus. Illam ſic conſtituimus. 30.

> Non malè credunt iam Chriſtiani,quod omnibus tẽporibus locisq; ſe crediſſe multis modis, declararunt Maiores noſtri,à quibus ad nos Chriſtiana religio deriuata eſt.
>
> Sed multis modis illi declararunt ſe credere in ſacramento Euchariſtiæ aliquid eſſe præter nuda elementa panis & vini;imo adeſſe verè Chriſtum.
>
> Non ergò iam malè creditur Chriſtus verè adeſſe in Sacramento.

Maior huius Argumentationis facilius creditur propter Domini verba apud Ieremiam,cap.6. quibus nos ad Maiorum noſtrorũ vias ingrediandas hortatur., *State*,inquit, *ſuper vias & videte,& interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona,& ambulate in ea,& inuenietis refrigerium animabus veſtris.* 31.

Sed quibus modis Maiores declararunt ſe credere veritatem Chriſti in Euchariſtia? Multis ſanè, varijs & mãgnis. Nos aliquot recenſemus.

Primus eſt quia eandem adorarunt;vtique non ratione panis,ſed Chriſti Filij Dei. Meminerũt huius adorationis inter alios, Chryſoſtomus,atque B.Auguſtinus,ille,homil in 1.Corinth hic, in Pſal. 21 & in epiſtol 120. ad Honorium,cap.27.

Secundus. Inuocatus etiam eſt Chriſtus in Euchariſtia, vt patet ex Dionyſ de Eccleſ Hierarch cap. 3. Gregorio Nazianzeno,Orat. de S. Gergonio,& ex Liturgijs Baſilij atque Chryſoſtomi.

Tertius Summa ſemper religione tractata,& ſumpta Euchariſtia tanquam res ſacratiſsima, Non percipiebatur niſi à ieiunis, non

ſtus in ſacramento non male videri dicetur, poterit & rectè dici apparere. Quid verò? num videri negabitur? Non prorſus negabitur.

Primum hic ſeruit communis loquendi modus, & apud Catholicos receptiſſimus Nunquid parentes à filijs interrogati, quid nā illud ſit, quod Vident Sacerdotem tempore Sacrificij Miſſæ offerre; reſpondent id Chriſtum eſſe? Et quis vnquam reprehendit Chriſtianum hominem, qui videns hoſtiam conſecratam dicit ſe Chriſtum videre? 1.

Deinde quis negauerit in hoc ſacramento rectè dici illud nos ſumere, manducare, tangere, tractare; quod videmus? ſimiliter illud videre; quod ſumimus, mādncamus, tangimus tractamus? At Chriſtum verè dicimur hic ſumere, manducare, tangere, tractare: quidni igitur dicemus & videre? 2.

Certè modum hunc loquendi non reſugiunt S. Patres, imprimis S. Chryſoſtomus, Homil. 24. in 1. Corinth. Illi (loquitur de Magis) inquit, *eum in præſepi viderunt: tu vides, non in præſepi, ſed altari.* Et Hom. 60. ad Pop. *Quod*, inquit, *nunc dicunt, vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta: Ecce eum vides, ipſum tangis; ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta videre cupis: ipſe autem tibi concedit, non tantum Videre, verum & manducare, & tangere & intra te ſumere.* Denique Hom. 5. in Ioannem ſic loquitur. *Chriſtus, vt maiori nos charitate aſtringeret: & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantum videri permittens deſiderantibus, ſed tangi, & manducari, & dentes carni ſuæ infigi.* 3.

Nec obſtat, quod ſub propria ſpecie eundem non videamus. Sub propria ſpecie Deum nemo vidit & an idcircò ipſum vidiſſe nullus omninò dici debet? Certè plures eundem vidiſſe docet Caput 3. lib 1. Diuinarum Vet. Teſt Apparitionum; qui tamen ſub propria ſpecie videre nequiuerunt; quod propriam certamq; ſpeciem, ſub qua videatur, Deus non habeat. 4.

Et qui Chriſtum olim in terris verſantem, coram intuebantur, verè dicere potuerunt, ſe Deum videre; qui tamen ſub propria effigie illum non viderunt Ergò quemadmodum latebat diuinitas in Chriſto, Deus tamen videbatur, dum videbatur Chriſtus: ita dum videntur ſpecies ſacramentales, ſub quibus latet Chriſtus, Chriſtus videri dici poteſt. 5.

Qui veſtes hominis tranſeuntis tantum intuitus eſt, non malè dicit ſe hominem vidiſſe; quamuis faciem, quæ proprie hominem prodit non viderit. Ergo & qui ſpecies ſacramentales Dominum 6.

Digitized by Google

Viſus, guſtus, tactus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei filius,
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In Cruce latebat ſola Deitas,
Sed hic latet ſimul & humanitas.
Ambo tamen credens atq; confitens,
Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas ſicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.

Hæc à nobis idcircò dicta ſunt, vt intelligatur, qua ratione in Apparitionũ numero hæc ſacramentalis ſit conſtituẽda; & ad quod Apparitionum genus reuocanda. In Apparitionum numero eſt conſtituenda; quia Chriſtum verè ſub ſacramentalibus ſpeciebus exhibet: Et ad Viſibiles, ſiue Oculares pertinet; quia ſub his ſpeciebus in mortalium oculos incurrit. 15.

CAPVT QVINTVM.

In quem finem Chriſtus realiter in Euchariſtiæ ſacramento præſens hominibus voluerit adeſſe

Vt eſſet, ſcilicet, ſacramentum, quod à fidelibus ſumeretur.	*Et eſſet ſacrificium nouæ legis, quod paſſim offerretur.*

QVæ diximus fortè de Apparitione Chriſti Sacramentali ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſufficerent, quia tamen pauca maiorem notitiam eiuſdem faciunt, hæc breuiter attingenda ſunt Inter quę primum eſt, In quemnam finẽ Chriſtus in Euchariſtia mortalibus verè realiter atque ſubſtantialiter præſens eſſe voluerit, quod hoc capite explicamus. 1.

Duplex verò finis ipſi propoſitus fuiſſe videtur vnus eſt, vt eſſet cibus ſpiritualis animæ: Alter, vt nouæ legis immaculata eſſet hoſtia, primum habet Euchariſtia, qua ſacramentum eſt: alterum, qua ſacrificium, ſed vtrunque ex Chriſti inſtitutione: vtpote ad quem pertinebat in noua lege & ſacramenta dare & ſacrificium inſtituere. 2.

Prioris finis meminit Dominus frequentius, ſed præcipuè ſexto cap. apud S. Ioannem vbi carnem ſuam *cibum* vocat & ſanguinem potum. Poſteriorem inſinuat Regius propheta Dauid, quando do- 3.

tium maximè eſt. Hoc Iob (cap. 31.) ſignificabat de ſeruis, à quibus maximè a-mabatur, qui ſuum amorem præ ſe ferentes, dicebant: Quis daret nobis, vt eius carnibus impleremur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori nos charitate aſtringeret & vt ſuum oſtenderet deſiderium, non ſe tantum videri permittens deſiderantibus, ſed tangi & manducari, & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſuo omnes impleri. Ita Chryſoſtomus.

2. Hinc eſt quod egregiè hanc vnionem patres commendent; & ceræ liquefactæ comparent, quæ in ſimilem infuſa, vna cum illa efficitur. *Quemadmodum*, inquit, Cyrillus, de hac vnione loquens, lib. 10. in Ioan. cap. 13. *ſi quis igne liquefactam ceram, alia cera ſimiliter liquefacta ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſque factum videatur, ſic communicatione corporis & ſanguinis Domini, ipſe in nobis eſt & nos in ipſo.*

3. Eandem ob cauſam, hanc vnionem fermento, quod totam maſſam inficit comparat Gregorius Niſſenus, in Orat. Catechiſt. verba eius hæc ſunt. *Quemadmodum parum frumenti, teſte Apoſtolo, Corinth. 11 totam maſſam ſimilem ſibi reddit, ſic corpus illud viuificum in corpus noſtrum ingrediens, totum in ſe transfert, & tranſmutat, ſibique ſimile & immortale (futurum ſuo tempore) reddit.*

4. Hinc quoque tam inſignibus encomijs hanc Dei prædicant charitatem. *Hoc*, inquit, Ephrem, lib. de natura Dei minimè ſcrutanda, cap. 5. *ſane excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnemque ſermonem, quod fecit nobis vnigenitus filius, Chriſtus ſaluator noſter. Ignem & Spiritum manducandum & bibendum præſtitit nobis, corpus ſcilicet & ſanguinem ſuum.*

5. *Audiamus*, inquit, Chryſoſtomus, homil. 51. in Matth. *tam Sacerdotes, quam alij, quam magna, quam admirabilis res nobis conceſſa eſt. Audiamus oro, & perhorreſcamus: carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit.* Idem Chryſoſtomus, homil. 60. ad popul. *Non ſufficit ipſi hominem fieri, flagellis interim cadi: ſed nos ſecum in vnam, vt ita dicam maſſam reducit, neq; id fide ſolum, ſed re ipſa nos corpus ſuum effecit.* Idem Chryſoſtomus habet ſequentia, lib. 3. de ſacerdotio. *O miraculum, ò Dei benignitatem, qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſum tradit volentibus illum accipere & amplecti.*

CAPVT SEPTIMVM.

Quare Dominus in Euchariſtia ſe non offerat ſub propria ſpecie.

Sic melius refricatur memoria paſſionis Chriſti:
Sic duplex Chriſti corpus exprimitur,
Sic indicatur commodè refectio ſpiritualis,
Sic admonetur homo, quid à Chriſto habeat,
Sic vis ſacramenti indicatur Sic conuenientibus reuerentia tribuitur ſacramento.
Sic optimè peragitur ſacrificium incruentum nouæ legis.

PRęcipua quidem huius cauſa eſt, diuina ipſius volũtas; qua quẽadmodum ſe mortaliũ generi relinquere voluit; ita voluit hoc vel illo modo relinquere. Sed tamẽ vt multę magnę iuſtiſsimæq; cauſæ diuinæ voluntati propoſitæ fuerunt, vt ſe relinqueret, ita vt ſub his certis definitiſque ſpeciebus relinqueret. 1.

Ibi cõmendauit ſingularem ſuam clementiam, atque bonitatem, vt diximus: voluit hominum ſaluti ſacramento atque ſacrificio ſubuentum eſſe. & datum incitamentum ad redamandum tantum amãtem: Eccleſiam quoque perpetuum habere miraculum, in quo partim fidem exerceret, partim confirmaret. hîc quanquam eadem locum habeant, aliorum tamen etiam hiſce ſpeciebus admonentur homines. Quorum verò. 2.

Volunt quidam his externis ſymbolis ad memoriã reuocari paſſionem atque cruciatus, quos in Cruce ſuſtinuit. Nam hoc in ſacramento propoſitũ Domino fuiſſe & ipſe inſinuat, & explicat Apoſtolus cum, poſt conſecratum panem hoc docuit fieri debere *in ſui commemorationem.* Explicat Apoſtolus, dum ſic loquitur, 1. Cor. 11. *Hæc quotieſcunque feceritis, mortem Domini annunciabitis.* Vtraq; autem ſpecies clarius id præſtat, quando ſub ſpecie panis, corpus q. à ſanguine: & vini ſanguis q. à corpore diuiſus exhibetur, quæ mortis haud obſcura ſunt argumenta. 3.

Deinde ſpecies hæ accommodatæ ſunt (accommodatas eſſe conueniebat) tum ad Chriſti corpus verum, tum etiam ad myſticum ſignificandum. Quemadmodum enim panis & vinum ex multis granis, ita Chriſti verum quidem corpus ex puriſsimis membris B. Virginis myſticum verò ex multis Chriſti fidelibus adunatur. Rationem hanc B. Cyprianus habet, Epiſt. 63 & B. Auguſtinus, Tract. 26 in Ioannem. 4

Sed & ſpiritualem refectionem hinc oportebat colligere. Nam qui ſe naſcens dederat in ſocium; moriens daturus in precium, & regnans in præmium; ille conueſcens ſe dare voluit in edulium, e- 5.

SVbſtantiam panis & vini deſinere in Sacramento; & 1.
ſola ipſorum accidentia relinqui, Chriſti præſentia,
conſtans Catholicorum, omni tempore, fuit aſſertio;
quam, vt olim quidam, ita noſtro tempore fruſtra oppugnāt Lutherani, de grege Lutheri. *Fideliter fatemur*, inquit B. Auguſtinus, (vt citatur c Verum ſub figura, de conſ. diſt. 2.) *ante conſecrationem panem eſſe, & vinum, quod natura formauit: poſt conſecrationem verò carnem Christi & ſanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit.* & Serm. 28. de Verbis Domini: *Ante verba Chriſti, quod offertur panis dicitur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint; iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.* Citat eiuſdē Auguſtini verba, Thomas VValdenſis, Tom. 2. de Sacram. cap 83. ex eiuſdem Tractatu quodam, de Corpore & ſanguine Domini *Nec dubitare*, inquit, *debet aliquis; quod panis & vinum mutantur in veram ſubſtantiam Chriſti, ita vt non remaneat ſubſtantia panis & vini.* Ita Auguſtinus.

Deſinit verò, non quia nulla ratione ſimul cum Chriſti corpore 2.
conſiſtere poteſt, ſed quia deſinere, haud obſcurè Chriſti indicat oratio Hinc optimè Concilium Tridentinum, ſeſſ. 13. cap. 4. *Quoniā* inquit, *Chriſtus redemptor noſter, corpus id, quod ſub ſpeciebus panis offerebat, verè eſſe dixit; ideo perſuaſum in Eccleſia Dei ſemper fuit, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri; & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius.*

Et cur deſinit? Quia vt deſinat vult Dominus. Cur voluit? quia 3.
ſic placuit. Fortaſsis & fidei noſtræ rationem habuit, quam hæc Tranſſubſtantiatio egregiè exercet Quot enim hîc & quam ſtupēda, miracula concurrunt? Deſinit ſubſtantia panis & vini, abſque vlla præuia diſpoſitione, accidentia eorundem per ſe ad modum ſubſtantiæ ſubſiſtunt ſub ijſdem eſt verè atque ſubſtantialiter filius Dei, & quantus in cœlo eſt tantus eſt ſub tantilla quantitate panis atque vini, &c.

CAPVT DECIMVM.

An Chriſtus totus ſit ſub ſpeciebus panis & vini.

Sub quacunq; ſpecie, & ſpeciei parte, continetur.
Chriſti corpus,
Chriſti ſanguis,
Chriſti anima,
Chriſti diuinitas,
Sed tamen alio atq; alio modo.

abeſt quoq; Chriſtus in Sacramento ſecundum accidentia abſoluta.
Neque enim hic eſt ſine quantitate aut figura.
Nō adeſt ſecūdū accidētia reſpectiua
Hinc non eundem ſitum habet hic & in cœlo.

TRACTATVS SECVNDVS.

De Apparitionibus Sacramentalibus,

inquo

Illæ diligentius diſcutiuntur, vbi ſub ſpeciebus & formis peregrinis atque inuſitatis Chriſtus creditur exhiberi.

ABſolutis Apparitionibus Chriſti, ſub ſpeciebus Sacramentalibus, reſtant explicandæ illæ, in quibus peregrinæ, inſolitæ & inuſitatæ formæ exhibentur; quæ quoniam pluſculum, quàm priores, difficultatis habent, & à paucioribus ſunt diſcuſſæ, paulò exactius requirunt examen. Quocirca nobis in hoc ſecundo Tractatu propoſitum erit, vt primò harum Apparitionum doceamus veritatem atque conditionem: Deinde, quidnam ſub ipſis contineatur: tertiò, quæ earundem, ſiue rerum, quæ apparent, cauſæ ſint efficientes: quartò, qui fines; quintò ac poſtremo quis vſus. A primo initium facimus.

CAPVT VNDECIMVM.

An dentur Apparitiones inuſitatæ, ſub ſpeciebus non purè ſacramentalibus, ſed prodigioſis, & pereginis.

Dari probatur varijs exemplis ſequētibus
VVidekindi Ducis Saxoniæ,
Hebræi cuiuſdam,
Ruſtici in Auernia,
Ciuis Colonienſis,
Matronæ Italicæ,
Sacerdotis dubitantis,
Abbatis increduli,
Phlegilis presbyteri,
Sacerdotis Duacenſis,
Pauli ſorini ſacrilegi,
Dorotheæ Lazezba,
Iudæorum Bruxellenſium,
Petri Dani,
Mulieris zelotypia laborantis,
Eduardi Anglorum Regis,
Amalphitani Epiſcopi,
Mulieris procacis,
Godeſcbalci religioſi,
Adolphi de die ſerno,
Epiſcopi Liuoniæ,
Cuiuſdam dubitantis de Eucbariſt.
Sacerdotis ſordidi,
Mulieris infamis,
Sacerdotis cuiuſdam,
Ruſtici apud Carnotenſes,
Pueri Andegauenſis,
Preſbyteri cuiuſdam,
Hugonis Lincolnienſis,
Mariæ Oegniacenſis,
&c.

DAri aliquas multorum, ne omnium dicam, ſeculorum probant & confirmant hiſtoriæ. Nos quibuſdam exemplis id docemus.

VVidekindum Ducem Saxoniæ, ante annos octingentos, inceſsit cupido luſtrandi Caroli magni caſtra vt lateret, habitum regium in mendici mutat, ſed agnitus inter mendicos (cum
1 quibus eleemoſynam petebat) perducitur ad Carolũ rogatus quid vidiſſet: poſt alia ſic inquit, *vidi hodierno die* (erat is ſanctiſsimus Paſchæ) *te primum ſollicitum & ad rem attentiſſimum. Poſtea verò menſam adieras, templo mediam, ita hilari mihi conſpectus es vultu, vt repentina in te mutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati ſacerdotis ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent: quem quibuſdam ludibundum arridere, vltro properare alijs verò abhorrentem auertiſſe vultum, & tamen in ora demiſſum, nec redeuntem aſpexi. Hoc quid ſit necdum accipio.* Tum Rex. *Bene,* inquit, *profeciſti. plus tibi aliquid, quam cunctis ſacerdotibus, & omnibus nobis oſtenſum eſt.* Hoc miraculo Dux commotus Chriſtianam religionem amplectitur, Mindenſis Epiſcopatus prima iaciens fundamenta. Hiſtoriam pluribus refert Albertus Crantzius, lib. 1. cap. 9. Eccleſ. Hiſtoriæ.

Diuinum miniſterium agente S. Baſilio, Hebræus quidam, tanquam Chriſtianus, ſe populo commiſcuit, officium myſterij & muneris explorare volens: vidit verò per manus Baſilij infantem partiri. Et ſacram communionem accipientibus omnib. venit & ipſe; da-

taque

Digitized by Google

tiq; eſt ei hoſtia, vera caro facta, inde acceſsit ad calicẽ, ſanguine repletum, & ipſius particeps factus eſt: atque de vtriſque ſeruans reliquiis, abienſque in domum ſuam oſtendit vxori ſuę ad confirmationem dictorum; narrauitque, quæ ſuis oculis viderat Credens ergò verè quod horribilia & admirabilia eſſent Chriſtianorum myſteria, in craſtinum venit ad Baſilium, poſtulans ſine delatione accipere, quod in Chriſto eſt ſignaculum. Ita Amphilochius Epiſcopus & Guuitmundus in vita Baſilij, qui vixit anno 370.

Ruſtico cuidã, in Auernico territorio, à Magno perſuaſum fuit; vt ſi apes, quas in aluearijs fouebat, vellet conſeruatas, hoſtiam conſecratam in aluearia immiteret. Paret Mago; & à ſacerdote, acceptam, ore retinens, in aluearium vnum conatur immittere: verum in terram illa dilapſa, mox ab apibus in aluearium infertur. Non ita diu poſt. ſceleris patrati conſcientia cumpunctus ruſticus, & de ſeipſo quaſi vindictam ſumens, apes ſuperiniecta aqua enecauit. Dum verò his extinctis intima fauorum rimatur, conſpicit corpus dominicum in formam ſpecioſiſsimi pueri immutatum, inter fauos & mella iacere. Quid faceret attonitus? Hoc capit cõſilij, vt acceptum puerulum ad Eccleſiam deferat & occultè ſepeliat. Sed ex manibus ferentis ille diſparuit. Ex vita Petri Cluniacenſis Abbatis, lib. 1. de Miracul. cap. 1. 3.

Anno 1331. Coloniæ Agrippinæ quidam ſumptum venerabile ſacramentum, per vomitum eiecit in ſpecie infantuli. Locus vbi accidit multis quondam miraculis claruit, nunc rem geſtam teſtantur, templum ibidem extructum, Collegium Canonicorum Regularium, Pictæ imagines, Sodalitas Sacramenti, &c. 4.

Matronæ cuidam myſteria daturus B. Gregorius; cum diceret, *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet animam tuam*, illa ſubriſit. Mox dextram vir ſanctus retrahens partem Dominici corporis ſuper altare depoſuit: & expletis Miſſarum ſolemnijs cauſam riſus à matrona ſciſcitatur. Illa quamuis inuita, tandem. *Quia*, inquit, *panem quem proprijs manibus confeci, tu corpus dominicum perhibebas.* Tum Gregorius, cũ plebe præſente, ad orationẽ cõuerſus, pro mulieris ſalute Deũ precatur. Ab oratione ſurgens inuenit hoſtiã carnem factã, quam coram cunctis incredulæ mulieri oſtendens, hanc ad fidem induxit, illos in fide confirmauit, ruſus deinde ad orationem conuerſus effecit, vt caro ad priorem formam rediret Habet hoc Ioannes Diaconus lib 2. cap. 41 in vita B. Gregorij magni. 5.

Circa annum Domini 1264. VVulſinijs, in ditione Vrbenetana in Eccleſia S. Chriſtinæ accidit, quod Platinæ verbis referimus. *Dum* 6.

ſtiſsimi pueri. Idem vidit aduocatus populus, nulli cœleſtis viſio negata eſt Venit ad idem oppidum Thomas Cantipratenſis, petijtque ſibi exhiberi miraculum, vidit ipſe;& magna, cum eodem, hominum turba;& omnium vna vox videre ſe ſuum Saluatorem, ſed tamen *Ego*, inquit Thomas, *ſtabam attonitus, nihil videns, niſi tantum ſpeciē panis albiſsimi; nihil quidem mihi conſcius, quare corpus ſacroſanctum in ſpecie non viderem pueri cum cæteris. Nec diu*, addit, *cum iſta mecum voluerem, vidi faciem in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ſpineam habentem coronam in capite, & duas guttas ſanguinis de frōte ex vtraque parte naſi deſcendentes.* Hoc Thomas à Cantiprato, lib. de Apibus, cap. 40. vixit anno Domini. 1467.

Anno 1510. Idus februarij, circa horam noctis ſecundam Paulus form in Marchiæ Brandeburgenſis villa, Knobloch, è templo ſurreptam thecam argenteam, & inauratam, qua Euchariſtia conſeruabatur, cum ſacra hoſtia vendidit cuidam Iudæo; qui poſt multos ictus pugionis videns eam integram permanere, ira excandeſcens; *Si tu es*, inquit, *Deus Chriſtianorum teipſum manifeſta*: mox hoſtia in tres partes diuiſa, ſanguine per oras maduit Eo territus Iudæus poſtquam illas particulas panno inuolutas apud ſe detinuiſſet, miſsis duabus ad duos alios ſuæ factionis; tertiam iterum pugione confodit, ſicq; denuo ſanguinis guttulæ dimanarunt. Tunc timens, ne ſcelus proderetur, eam abſumere voluit; ſed cum non poſſet, proiecit in flumen; deinde illa enatante in ignem demum, cum intacta eſſet, commiſcuit azymo; ac vbi furno impoſuiſſet, ille, alioqui obſcurus, reſplenduit. & maſſula azymi, cui tertia illa particula erat immixta, in Iudæi faciem inſilijt. Re à Magiſtratu cognita Paulus form forcipibus diſceptus eſt. & in cineres redactus. Iudæi omnes illius Marchiæ carceribus incluſi ſunt Burlini, ex quibus habita quæſtione, cum inter alia flagitia faterentur ſe ſeptem Chriſtianorum infantes acubus, & punctionibus peremiſſe, eorum 38. flammis traditi ſunt; & duo qui ante mortem baptizari petierunt, capite ſunt plexi. Genebrardus ad annum 1510. ex Surio, & Hiſtoria Rerum memorabilium. 10

Anno Domini 1556. in Poloniæ Regno ancilla quædam Dorothea Lazeza nomine, in oppido, cui nomen Sachazeto, Epiſcopatus Poſnanieſis, ſeruiuit Iudæo, nomine Biſcheim, ſiue Benedicto, ſollicitatur ab hoc vt ſibi ſacratiſsimum Chriſti corpus procuret promittit eidem tres daleros, ac veſtem rubram ſericis fimbrijs obductam ſi voto ſatisfaciat. Fœmina in peruigilio Paſchæ ſacramentum, cum alijs, accipit, & ex ore extractum hero Iudæo defert. Re perfe- 11

cta tres alij Iudæi (quorum nomina Michalerus, Sachaus, & Ioſephus) memoratum Benedictum accedunt; Euchariſtiam ad Synagogam deferunt: pugionibus & cultris confodiunt & ecce multus emanat cruor, quem illi in vitreum calicem colligunt. Res non diu latuit. Ancilla cum hero comprehenditur, & die veneris poſt aſcenſionem Chriſti vterque ex mandato Sigiſmundi Regis publicè flãmis exuritur. Reliqui tres Iudæi, poſt ſunt exuſti. Ita Pontanus, lib. 5. Hiſt. Rerum memorabilium, & Surius in commentario.

12. Anno Domini 1569. Iudæi quidam Bruxellæ, in Brabantia commorantes, nocte Capellam S. Catarinæ, prope Bruxellam ingreſsi, ſedecim hoſtias conſecratas, clam inde auferunt eaſdemque vſque ad diem Paraſceues, Chriſtianis, propter memoriam Chriſti paſsionis ſacram conſeruant. Tum verò in illas cultris atque ferraturis, vt hiſtoria habet, graſſati, libidini ſuæ ſatisfaciunt ſed mox ſigna miraculoſa; tanquam guttæ ſanguinis in iiſdem comparent, hoſtiæ adhuc hodie demonſtrantur, & multis miraculis iam à multis annis redduntur illuſtriores. Extat de his liber R P. Theodori Loer, Carthuſiani Colonienſis è Notariorum publicis Inſtrumentis conſcriptus, & anno 1532. in lucem editus.

13. Pignus habebat malæ & impuræ vitæ Sacerdos quidam, Petrus, cognomento Danus, apud Iudæum, cui nomen Eleazarus, à quo Petrus ſextantem aurei Rhenani acceperat. Cum ſatis locuples pignori redimendo non eſſet, & tamen omninò ſibi illud reſtitui cuperet; alias atque alias cogitationes fouebat, multumque angebatur Obſeruat hoc Iudæus: petit ſibi duas hoſtias conſecratas dari pro pignoris redemptione: offerens inſuper dimidium aurei. Offert, & affert ſacrilegus hoſtias. Iudæus eas ad futurum filiæ ſuæ nuptiarum tempus aſſeruat: volens his nuptias filiæ reddere feſtiuiores. Non latuit res hæc alios Iudæos. Ergò cum iam in nuptijs, nuptiali conuiuio propemodum finis eſſet impoſitus, expetũt illi hoſtias. Ille pactus cum ijs fidem ſilentij, eaſdẽ producit in quas quam olim in Chriſtum, concluſerant, iam tyrannidem ſe exercituros. Proijcit in menſam Eleazarus hoſtias, primus pugionem in illas ſtringit: ſed mox ſanguis vbertim effluens, per triplicem pannum ad ſupernam aſſulam menſæ peruenit. Miraculo perculſi omnes, vix ſibi ſunt præſentes. Eleazarus verò aſſumpto animo, alios ad ſimile facinus inuitat, qui dum parent, manantem rurſus ex hoſtijs ſanguinem conſpiciunt. Ad longum rem totam iuſto libello proſecutus eſt Nicolaus Mareſcalcus Thurius. Accidit verò anno Domini, 1492. 8. Idus Iulij in monte Stellarum Ducatus Megapolenſis.

Refert

Refert Petrus Damianus in tractatu de quibuſdam miraculis, mulierem fuiſſe, quæ maritum haberet ſuſpectum de adulterio, eamq; conſilij cauſa maleficam acceſsiſſe: illam verò ſuaſiſſe ſumeret conſecratam hoſtiam, illamque certis carminibus incantatam marito offerret; fore ſic, vt ab adulterio deſiſtat, vbi hæc illa pararet, inuenit hoſtiam ex media parte in carnem conuerſam, altera formam panis retinente. ita Damianus apud Surium Tom. 7.

Amalphitanus quidam Epiſcopus (nomen ignoratur,) retulit aliquando Stephano Romano Pontifici, ſub iuramento; quod cum in myſtica actione aliquando de veritate Corporis & ſanguinis Domini, in Sacramento Euchariſtiæ dubitaret, in eiuſdem fractione rubra, & perfecta caro apparuerit, quæ etiam digitos cruentaret. Et hoc Damianus. 14

Quod ſequitur habet Bozius, lib. 14. de Notis Eccleſiæ, cap. 7. 15
Nouum miraculum contigit Auſ..in Piceno. Siquidem anno 1273. quędam mulier cum ſumpſiſſet ore Euchariſtiam, non deglutijt; ſed ſeruatam ſecum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum ſibi per veneficia. Quamobrem ſic malis artibus edocta, ſuper prunas in tegula proiecit, quo facto (mirabile dictu) cæpit Euchariſtia apertiſsimè in carnem conuerſa, ſanguinem latè emittere; ita vt prunas exſtinxerit: neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit, in ijciendo cinerem, puluerem, coramque apponendo. Tum nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuina & ſanguine inuoluens, ſtabuli propinqui ſtercore infodit. Latuit res annos ſeptem; quamuis aliquot miracula euenerint, quæ vndenam naſcerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti ac ſceleris ſui conſciā. His exactis illa tandem aperuit rem geſtam ſacerdoti: qui cum ſe eo contuliſſet, reperit intactam carnem ſanguinemque recentem, linteumque illæſum. Miraculum patefactum, cunctiſque diuulgatum, ex omnibus locis innumeros ad ſui ſpectaculum commouit; & cōmouet adhuc poſt annos ter centum & ſexdecim. Viſitur enim caro, viſitur ſanguis vitreis ampullis incluſus ad tantæ rei memoriā ſempiternam: neque poſt tanta temporum ſpacia, quidquam ex ijs eſt corruptum, aut tabefactum. Hæc Thomas Bozius.

Cæſarius plures refert ſimiles Apparitiones lib. 9. Vnam, cap. 2. qua religioſo viro Godeſchalco, de caſtro VVolmenſtein oriundo, apparuit ſub ſpecie pulcherrimi infantis, dum Miſſarum ſolemnia peragit die natalis Domini. Alteram, cap. 3 qua Adolpho de Dieferne, leuiculo ſacerdoti, & de veritate corporis Chriſti in ſacramēto ad- 16

to addubitanti, apparuit, in eodem miſſæ officio, nunc in ſpecie pueri, quem mater ſinu foueret; nunc in ſpecie agni: nunc in ſpecie crucifixi. Tertiam, cap. 4. qua in Euchariſtia corporalibus oculis Chriſtum vidit Epiſcopus Liuoniæ. Quartam, cap 5. qua cuidam dubitanti non hoſtia ſeu ſpecies panis, ſed carnis viſa eſt. Quintam, cap. 6. pluribus proſequitur, docens fuiſſe Sacerdotem, qui cum hoſtia (quam ore continebat) ad amorem cuiuſdam turpem ſibi cóciliandum abuti vellet, diuinitus prohibitus eſt templo egredi: hoſtiam proinde ore extractam ſepeliuerit. Verum cum conſcientia ſceleris compunctus, cum alio ſacerdote peteret locum, vbi hoſtia erat ſepulta terramque remoueret, inuenit non hoſtiam; ſed carnē Crucifixi Chriſti formam referentem. Idem Author ſequentibus Capitibus multis exemplis docet in calice obſeruatum eſſe ſanguinem.

18. Refert & Rolandus de monte ad Chronicum Sigeberti, circa annum Domini 118 . quatuor alias Apparitiones huius generis. Prima facta eſt, mulieri infami, in ſolemnitate Paſchæ, apud Caſtrum dictum, Mons aureus, quæ hoſtiam, quam ore ſumptam domum tulerat reperit conuerſam in carnis & ſanguinis effigiem. Altera ſimilis conuerſio, facta eſt ſacerdoti hoſtiam manibus tenenti, in villa Abbatis S. Petri Carnotenſis. Tertia, ſimilis, accidit in Carnotenſi Epiſcopatu tempore Roberti Epiſcopi Britanni, ruſtico, qui ad finem vitæ ſuæ Euchariſtiam apud ſe conſeruari conſtituerat, quartā generis eiuſdem obſeruauit mulier Flandra. His adiunge duas alias ex eodem authore, in quibus non caro, ſed ſpecies pueri viſa eſt inter Miſſarum ſolemnia. Prima contigit ſoli puero in Andegauenſi Ciuitate, altera pio presbytero iuxta fiſcanum in die dedicationis Eccleſiæ S. Trinitatis. Hæc Rolandus

19. Legitur in vita Hugonis Linconienſis, quod ſanguis manarit ex hoſtia, cum illam malæ vitæ Sacerdos, vt fieri ſolet, in Miſſæ ſacrificio frangeret. Eidem Hugoni non rarò Chriſtus in forma pueri apparuit, quando ſacris tremendis ille operabatur ſub qua forma eundem, Hugone celebrante, etiam aſtantes obſeruarunt. Surius hæc in vita Hugonis.

20. Apud eundem Surium Tomo 3. de ſanctis refertur in vita S. Mariæ Oegniacenſis, quod viderit Chriſtum ſub forma pueri immenſo lumine coruſcantem, circa ediculam, in qua ſacroſanctum Sacramentum aſſeruabatur.

21. Sic Eduardus Anglorum Rex dum Miſſali ſacrificio intereſſet, in manibus presbyteri ſacrificantis Chriſtum ea forma conſpexit, quam

quam de Virgine matre ſumpſit. Et hoc Surius Tomo. 1. & Marulus lib. 4. cap. 12. & Oſbertus in vita Eduardi.

CAPVT DVODECIMVM.

An allatis, præcedenti Capite exemplis ſufficienter fides fiat Sacramentalibus Chriſti apparitionibus, ſub ſpecie peregrina.

Plurimumpro ipſis faciunt,
Ipſarum multitudo omni ferè tempore:
Earundem varietas,
Teſtes diuerſiſſimi:
Pluralitas conditionis & ſexus qui-bus oſtenſa
Hoſtia prodigioſa, & ſanguis quæ inueniuntur.
Miracula, quæ hodie & ſemper facta apud has hoſtias,
Annales regnorum, Ciuitatum
Scriptores docti, & pij qui ipſas deſcripſerunt.
Similia prodigia, quæ circa Eucharistiam acciderunt.

ADeo noſtris temporibus quidã difficiles ſunt ad fidẽ rebus Chriſtianæ religionis accõmodandam, vt quæ nõ ipſi oculis proprijs conſpiciunt, aut nullo modo; aut certè difficulter credant. Hi queadmodum Cum Apoſtolo Thoma reprehenſione ſunt digni, ita optandum, vt cum Thoma, etiam ijs, quæ non vident credant. 1.

Et in propoſitis præcedenti Capite exemplis, pluribus fortaſsis 2. hoc contingit, vt difficulter ijs credant: & ob id nullam fidem velint adhibendam Apparitionibus hiſce Sacramentalibus ſub peregrina ſpecie. Nobis igitur propoſitum erit hoc capite breuiter indicare, & quod fidem allatæ exempla mereantur, & quod de veritate harum Apparitionum dubium eſſe non poſſit.

Probant igitur in primis hoc ipſum, quod non vno tempore circa venerabile Sacramentum ipſæ ſunt obſeruatæ; ſed omni prope- 3. modum; quo, vt Apparitiones fierent, aut Dei honor, aut hominum ſalus aut etiam vtrumque meritò poſtulare potuit.

Probat ſumma varietas, quę in ipſis obſeruata eſt. Neque enim v- 4. no eodemque modo perfectæ ſunt omnes. Nunc ſpecies pueri exhibita eſt, nunc carnis, nunc ſanguinis, nunc ipſa hoſtia ſanguine rubens, atque hæ ipſæ alia atque alia forma, quemadmodum allata exempla demonſtrant.

Probant diuerſarum religionum teſtes Non Chriſtiani ſolum, 5.

atque Catholici, quorum fortaſsis ſuſpecta fides videri poſſet, has notarunt:notarunt etiam Hæretici & Apoſtatę à fide:notarunt crudeles Iudæi notarunt Gentiles,& ſinguli plures,variaſque.

6. Probant omnis ſexus,ætatis,& conditionis homines.Nam & mulieribus Apparitiones hæ factæ,& quibus plus,quam illis creditur, viris:Rurſus in genere virorum, paruulis,pueris, adultę ętatis hominibus, & perfectæ ætatis ſenibus Probis item & quorum ſancta & innocens conuerſatio;atque ijs,quorum & diſſoluti mores,& vita corrupta.

7. Probant quæ multis in locis inueniuntur adhuc hoſtiæ;cruentatæ,ſpecies ſanguinis,& carnis.quæ & reueréter aſſeruantur. magno Chriſtianorum ſtudio piè inuiſuntur,& multis modis honorantur An non vel hæ ſolæ,argumentum magnum hic præbent.

8. Probant quæ ad eaſdem ſpecies carnis & ſanguinis, cruentaſque hoſtias facta ſunt hodieque fiunt prodigia atque miracula.quorum meminerunt & Thomas Bozius, & Theodorus Loer Carthuſianus, vt omittam ſuſpenſas in horum memoriam Tabulas & anathemata.

9. Probant locorum,vbi ipſa acciderunt, maieſtas & dignitas. Nam quæ olim antequam illis Apparitionibus notarentur, profanos vſus habuerunt,illa poſt Apparitiones in ſacros ſunt mutata;& diuino ſolum cultui conſecrata: & ſuſpenſis imaginibus nunc cunctis Apparitionum veritatem confirmant.

10. Probant Annales Regnorum, Regionum, Ciuitatum, Prouinciarum; quæ & ſupplicia referunt ſumpta de Sacrilegis, qui in ſacratiſsimas hoſtias manus iniecerunt, & rei geſtæ in hoc Apparitionum genere ſeriem diligenter annotant, poſteritati hacre egregiè conſulentis.

11. Probant viri egregia ſanctitate illuſtres & ſingulari doctrina excellentes, qui huius Apparitionis varias deſcripſerunt hiſtorias; quibus idcircò facilius fides adhibetur, quod cur fabulas vendere voluerint poſteris,cauſas nullas habent;cur veritatem relinquere, plurimas.

12. Addimus his,quod tam facilè accidere potuerunt, quæ Capite præcedenti retulimus; quam quæ olim accidiſſe referũt circa idem Euchariſtiæ ſacramentum B. Cyprianus,Chryſoſtomus Sozomenus atque Ioannes Moſcus: quorum primus teſtatur eandem in cinerem conuerſam; alter panem ſuppoſitum conuerſum in lapidem; tertius Euchariſtiam germinaſſe culmos & ſpicas. Sed exempla hæc prioribus addamus, prioraque confirment.

Ioannes Moſcus ergò, cap. 79. Prati ſpiritualis ſic habet, Vir qui 13.
dam erat in ciuitate Seleucia, negotiator, valde religioſus & diues, ſed hæreticus. Erat enim de Seueri ſectatoribus. Habebat autem ſeruum fidelem quendam, ſanctæ Apoſtolicæ Eccleſiæ communicantem. Hic iuxta prouinciæ conſuetudinem die ſancto Cœnæ Dominicæ ſumptam communionem inuoluit in linteo puriſsimo & in armario poſuit. Contigit autem, vt poſt ſanctum Paſcha vir ille fidelis mitteretur Conſtantinopolim, negotij cuiuſdam gratia, dimiſſa per obliuionem ſancta communione in armario. Quadam verò die aperiens armarium Dominus inuenit linteolũ, inuolutaſque ſanctas particulas communionis. Contriſtatus autẽ in hoc, hæſitabat; quidnam de illis faceret. Nam ex ipſis communicare nolebat; eò, quod eſſent ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ; ipſe verò Seuerianæ hæreſis. Et tunc quidem dimiſit eas in armario, vt erãt, cogitans, quia rediturus erat ſeruus & ſumpturus eas. Cum autem veniſſet cœna Domini, neque ſeruus ille fidelis redijſſet; voluit eas dominus ipſius comburere; ne rurſus & in ſecundum annum ſeruarentur; apertoque armario vidit omnes ſanctas particulas culmos & ſpicas germinaſſe. Vnde ingenti timore compræhenſis in nouo admirandoque ſpectaculo, ſumens ſanctas particulas, & cum omni domo ſua clamans, Kyrieleiſon, cucurrit ad ſanctam Eccleſiam, ad ſacroſanctum & venerabilem Dionyſium Epiſcopum. Hęc Moſcus. Addit deinde, quomodo plurimi hoc miraculo conuerſi ſint.

Quod ſequitur recitat Sozomenus, lib. 8. Eccleſ Hiſt. cap 5. & cõ 14.
tigit circa annum Domini 412. Vir quidam è Macedoniana hæreſi, vxorem eiuſdem opinionis habebat. Hic cum Ioannem Chryſoſtomum, quo modo de Deo ſentiendum eſſet, docentem audiſſet dogma illius laudabat, & vxorem quoque vt ſecum ſentiret hortabatur. Cum verò illa magis nobilium mulierum ſermonibus, quam illius conſuetudini obtemperaret, & poſt frequentes admonitiones vir illius nihil effeciſſet: *Niſi*, inquit, *in diuinis conſors fueris, neque in vita communione poſt hæc eris.* Mulier hoc audito, & conſenſum pollicita, rem eam famulæ cuidam communicat, quam ſibi fidam eſſe iudicabat; illiuſque operâ ad fallẽdum virum vtitur. Circa tempus autem myſteriorum (ſciunt initiati quid ſit, quod dico) illa quod accepit continens, quaſi oratura procumbit, famula aſtans clãculum, illi dat panem, quem ſecum in manu attulerat. Hic cum dentibus admoueretur in lapidem congelaſcit. Mulier perterrefacta, metuens ne quid mali propter eam rem, quæ diuinitus acciderat, contingeret, ad

rum ſacramentali ſpecie, alia aliqua percipi: vel percipi ſola ſpecie peregrina abſque ſacramentali, quæ eſt panis & vini, priores illæ rariores fuerunt, poſteriores frequentiores.

Peregrinarum autem *ſpecierum* modi ſunt varij. Aliquando enim forma hominis eſt obſeruata: aliquando non hominis, ſed partis hominis, aliquando tertia aliqua, quæ Chriſti crucifixi typus eſſet & iudex. Et hominis formam nunc infans viſus exhibuit, nunc Chriſtus crucifixus. Partem hominis nunc caro teſtata eſt, nunc ſanguis nunc manus nunc facies. Neutrum horum fuit, ſed Chriſti typus. Agnus, quem ſemel apparuiſſe lego, apud Cæſarium cuius figuræ etiam meminit Paſchaſius. 3.

Rurſus in harum alijs nunc ſplendor quidam & claritas accedens, Apparitiones reddidit illuſtriores nunc nullus acceſſit, ſed nuda ſpecies, aut hominis, aut partis hominis obſeruata eſt. 4.

. Pro conditione hominum, qui his Apparitionibus Occaſionem, vel cauſam dederunt, diſtingui poſſunt, vt aliæ dicantur factæ Iudæis: aliæ Gentibus: aliæ Hæreticis: aliæ Catholicis, partim malis, partim bonis. Et Iudæi ſua crudelitate ferè ijs dederunt occaſionem Gentes ſtudio cognoſcendi religionis Chriſtianæ myſteria. Hæretici ſua incredulitate Catholici pij, vitæ probitate, & Chriſti videndi deſiderio: mali, peruerſa vitæ voluntate, qua vel ſacramentis voluerunt abuti, vel indignos eorum ſe exhibuerunt miniſtros. Apud Iudæos oſtendit Chriſtus ſuam potentiam: apud Gentes, Hæreticos, peruerſoſque Catholicos clementiam, & deſiderium eorum ſalutis: apud bonos & pios, ipſiuſque mandatorum ſtudioſos benignitatem. 5.

Poſſunt & ratione *hominum* diſtingui: vt quædam dicantur petitæ à Deo & precibus obtentæ: quædam quaſi extortæ: quædam nec petitæ, nec extortæ, ſed vltro oblatæ. Petita illa cuius meminimus, Num. 8. Capitis 11. Extorta illa Iudæo ſacrilego facta, cuius hæc inſana vox fuit, *Si tu es Deus Chriſtianorum, oſtendis* &c. Num. 10. Nec petita nec extorta, ſed vltro oblata, illa quam habuit *Dux Saxoniæ* VVedekindus, Num. 1. 6.

Rurſus ratione *perſonarum* non malè diſtinxeris, ſi quaſdam pluribus factas dicas, quaſdam paucioribus, aut vni ſoli. Quaſdam, etiam viris, quaſdam mulieribus. Inter quas hoc diſcriminis quidam obſeruant, quod quæ viris & paucioribus ſunt factæ, ſint plures contra, quæ mulieribus & pluribus ſunt pauciores. 7.

Digitized by Google

Pertinent non ad Intellectuales:
Non ad Imaginarias:
Non Auriculares:
Sed ad viſibiles, ſiue Oculares.
Sed tamen.
Non ſemper in ſpeciebus ſacramentalibus accidit mutatio, quæ videtur accidiſſe, vt
Quando à paucis viſa peregrina ſpecies:
Quando ſubitæ mutationes notatæ:
Quando res Chriſto non conuenientes obſeruatæ:
Quando fructus & finis eaſdem non poſtulauit.

Nihilominus vera aliquando quæ viſa eſt, accidit mutatio. Vt
Quando omnium ſenſus hic idem iudicauit.
Quando item magnus timor allatus
Quando ſanguis v. g. calice exceptus.
Idem mappas & lintea infecit:
Quando ſpecies per multos annos cõſeruatæ.
Frequentius ex parte rei, ſiue ſpecierum Sacramentalium nulla fit mutatio.
Rarius fit. Secundum Regulas S. Thomæ.

INitio libri primi de Diuinis Veteris Teſtamenti, Apparitionibus, quatuor Apparitionũ genera diſtinximus' ex ſententia doctiſsimi Alphonſi Toſtati Epiſcopi Abulenſis. *Oculares*, alias *Auriculares*, alias *Imaginarias*, alias *Intellectuales. Cuius nam generis* ſit hæc, quam oratione proſequimur, ſub peregrina & inuſitata ſpecie ſacramentalis, nunc eſt explicandũ: præſertim cum conſtet hanc in numero eſſe Apparitionum: & certum ſit omnem ad aliquod harum genus reuocari. 1.

Facilè verò quis hic ſe expediuerit; qui & dictarum Apparitionum, & præſentis noſtræ expenderit conditionem. Cùm enim illarum duæ Internæ ſint, *Imaginaria*, ſcilicet & *intellectualis*: præterea Externæ duæ, *Ocularis* & *Auricularis*, hanc mox ab illis ſepararit; propterea, quod hæc nec ſola imaginatione, nec ſola intellectus interna operatione perficiatur. 2.

Sic haud difficulter conſtituet, ad quam Externarum reuocari debeat Auricularis eſſe non poteſt; quod illa aurium officium requirat, noſtra nullum habeat Quid ergo? Ocularem eſſe oportet. Atque ita eſt: indeque conſtat; quod in oculos, atque viſum incurrant, aut incurrere exiſtimentur, quæ in, vel cum ſacramentalibus ſpeciebus noua & inſolita obſeruentur. 3.

Facilius hæc ſunt definita, difficilius illud, Qualis nam ſit viſio, ſiue Ocularis Apparitio. *Triplicē* enim licet diſtinguere. *Vna* ſiquidem contingit ex parte viſus, ſiue viſiuæ potentiæ tantum, quando 4.

extra oculum nihil eſt eius, quod videri iudicatur. *Altera*, quando cum potentia medium tantum concurrit; dum, ſcilicet, extra oculum res aliqua exiſtens, in oculum incurrit, ſed tamen reuera non illa eſt, quæ exiſtimatur videri. *Tertia*, quando ad hæc duo etiam accedit obiectum, quod videri dicitur, illudque in potentiam viſus, per medium, ſui ſpeciem tranſmittit, adeoque in potentiam agit: quæ perfecta veraque eſt viſio. Quæ igitur harum trium hæc viſio eſt?

5. Primam quis ſemper hic exiſtimauerit eſſe: ideoque non verè in, vel circa ſacramentales ſpecies vllam fieri mutationem, quæ in oculos incurrat; ſed præter faſcinationem, aut deluſionem eſſe nihil: alius forte in medio per quod viſus fit, quidquid videtur, effingi. Nos vt fieri aliquando non negamus, ita negamus, fieri ſemper.

6. Tria ergo hic cenſemus probabiliter dici. Primum eſt, non ſemper in re, ſiue ſacramentali ſpecie exiſtere, quod exiſtere quibuſdā videtur ſiue, non ſemper ſpecierum ſacramentalium fieri mutationem aut alterationem. Nam ſi v. g. verè vel caro vel puer, vel ſanguis fuit, quando hæc videri viſa ſunt in ſacramenti exhibitione, qui fit, quod qui præſentes ſacramentali actioni fuerunt, & ſacramentum exhiberi conſpexerunt, nihil horum notarunt? notarunt, viderunt obſeruarunt ſolas ſpecies ſacramentales? nullum infantem, nullam carnem, nullum ſanguinem? Ergo cum ſpecies peregrinas notarit vnus aut alter, ſacramentales plurimi, potius ſpecies has permanſiſſe, quam in peregrinas mutatas eſſe credendum eſt; & non plurium ſenſibus vim allatam, ne viderent; quam vnius, aut alterius impoſitum, vt viderent.

7. At ſæpè plurimos ſacramentales tantum ſpecies vidiſſe: vnum verò aut alterum peregrinas & inuſitatas multis exemplis eſt clarū. Nobis ſufficiunt ex pluribus tria primum eſt VVedekindi Ducis Saxoniæ; qui ſolus ſpeciem infantis in os communicantium vidit inferri, vnde benè ad ipſum Carolus Imp *Tibi, inquit, plus, quam ſacerdotibus, & omnibus nobis oſtenſum eſt*. Theſ. 1. cap. 11. Alterum eſt Hebræi, qui & ipſe ſolus vidit puerum communicantibus porrigi, quem non videbat, qui ſacroſanctum ſacramentum porrigebat Baſilius. Theſ. 2. cap. eodem Tertium eſt Abbatis qui hoſtiam quā conſpiciebat cruentatam vidit; quæ ſocijs incruenta apparebat, Theſ. 7. cap eodem.

8. Præterea ſubita ſpecierum mutatio, quam notarunt, qui peregrinas ſe obſeruaſſe exiſtimarunt, confirmat quod dicimus. Si enim

vera

vera illa ſpecierum fuerat mutatio facta, quid opus erat peregrinæ ſpecies mox ſubtraherentur ijs, in quorum gratiam acciderāt? ſubtractas verò mox docet exemplum Adolphi de Dieſerne, cuius Theſ.17. cap 11. facta. In huius enim manibus vno quaſi momento ſacramentales ſpecies nunc pueri, nunc agni, nūc Crucifixi formam acceperunt.

Et quis reuera rem geſtam; & non potius nudam viſionem, & 9
quæ in re fundamentum nullum habuerit, dixerit Apparitionem, quam iam dictus Abbas, cum duobus ſocijs habuit, illam inquam, quà viſus eſt Angelus puerum conficere & offerre; membra item partiri atque ſecare, quoties Sacerdos ſacramentales ſpecies partiebatur? Res recitata eſt Cap. 11. Theſ 7.

Cum hæ Apparitiones, vt plurimum, acciderint, ob priuatas pri- 10.
uatorum hominum cauſas: ad fidem, videlicet, vni vel alteri faciendam vel confirmandam: aut vt quorundam pietati ſatisfieret: aut denique impoſtorum & impiorum confunderetur temeritas & audacia, certè non neceſſe ſemper fuit ſpecierum ſacramentalium in peregrinas fieri mutationem: cum etiam ijs ſaluis, dicti effectus in hominū animis, apparētibus tantum rebus potuerint perfici? quēadmodum apparentibus tantum rebus ſæpiſsimè ſunt perfecti.

Sed & ſine miraculo quaſi, hæc ſpecierum trāſmutatio aut altera 11.
tio, ſecundum quoſdam, non contingit. Neque enim eam vim eſſe exiſtimant naturæ vt panis ſpecies in carnis aut pueri, vini item in ſanginem commutare ita ſubito poſsit, vt commutatæ in quibuſdam Apparitionibus videntur quā verò rara ſunt miracula? quā frequentes hę Apparitiones? Sed miracula non niſi ex magnis neceſſarijſque cauſis fiunt, quæ hic non ſemper eſſe videntur.

Neque tamen impoſitum hominibus eſſe, hac ratione, dicendum 12.
eſt, quando puerum aut carnem exiſtimarunt ſe videre, quæ reuera nec caro erant, nec puer: quemadmodum neque impoſitum diſcipulis à Domino in Emaus, quando ſub peregrini ſpecie eundem conſpexerunt, neque Magdalenæ, quando veluti hortulanum vidit qui tamen reuera nec peregrinus erat nec hortulanus. Sicuti enim ſub peregrini & hortulani ſpecie præſentiam ſuam teſtatam Dominus voluit eſſe, ita hic ſub ſpecie peregrina teſtari ſe verè in ſacramento præſentem eſſe, quamuis reuera non puer eſſet, aut caro, quod videbatur.

Cæterum, quando in ſpeciebus ſacramentalibus nulla facta eſt 13.
mutatio, dupliciter accidere potuit viſio peregrinæ ſpeciei, ſiue ſacramentalis ſub peregrina ſpecie Apparitio primò, vt extra viſum,

rei quæ videri exiſtimatur fuerit nihil quam viſionem phreneticis & febre laborantibus familiarem eſſe norunt omnes. deinde, vt circa ſpecies ſacramentales, aut in medio aere qui inter illas, & viſum intercedit, imago rei quæ videri exiſtimatur, formetur, illaq; e in oculum videntis, *intentional* , vt vocamus, *ſpecie* ſeſe inſinuet, viſionemque, ſiue Apparitionem efficiat. Atq; hoc ſit Aſſertorum primum. Ad ſimus ſecundum.

14. Sed tamen quamuis non ſemper in re, ſiue in ſpecie ſacramentali accidat mutatio alteratioue, in eaque quod apparet, inſit, accidere temen quandoq; nemo poſt dubitare. An hic omnium ſenſus ſemper potuit errare? & quod omnes viderunt, & videre ſe exiſtimauerunt & exiſtimauerunt ſe eodem modo videre, id non eſſe aut fuiſſe quod videbatur credi debet? At non rarò accidit, vt idem omnes viderint. Quæ hoſtia à B Gregorio mulieri ſubridenti primum oblata ſub panis ſpecie poſt communem præſentis turbæ orationem in carnem verſa eſt, eandem ſub carnis ſpecie non mulier ſolum, verum etiam B. Gregorius, & quotquot præſentes myſticæ actioni fuerunt, ſub carnis ſpecie viderunt, & eouſq; ſub carnis ſpecie permanſit, quouſque vt ad priſtinam ſpeciem rediret, rurſus communibus precibus à Deo fuit obtentum. Vide cap. 11. Theſ. 5. Rurſus alia quæ in Duacenſi oppido, è terra leuata infantem retulit, hanc nō ſub panis ſed infantis ſpecie cunctus populus, qui ad prodigium conſpiciendum aduocatus fuit, aſpexit, de qua Theſ. 9. cap. 11.

15. Præterea timor & trepidatio harum ſpecierum intuitu incuſſus, vehementer confirmat quod aſſerimus Quamuis enim hæc etiam nudam quandoque opinionem atque exiſtimationem ſequantur, & non ſemper externo obiecto excitentur, externo tamen & facilius, & melius, & vehementius excitantur. Quanta verò quoſdam trepidatio, quantæ anguſtiæ in his Apparitionibus inuaſerunt? Teſtatur id Iudæus, qui ſanguinem ex hoſtia manantem cernens quid ageret, ignorabat, nunc hoſtiam in flumen conijcit nunc in ignem: nūc azymo commiſcet, omnibus modis miraculum quod ipſi præſentiſsimum ſupplicium erat allaturum, obſcurare contendens.

16. Ad hæc accidit quod ſanguis non ſolum ſit viſus, ſed etiam aliquando calicibus exceptus: aliquando lintea mappaſq; altaris infecerit, aliquando manus cruentarit, aliquādo ignē extinxerit. An hîc ſemper ſenſuū fuit ludificatio, non ſanguis exceptus, ſed excipi viſus eſt tantū? non infectæ mappæ, ſed infectę viſæ? nō manus cruentatæ? non ignis extinctus, ſed viſus extinctus. Cæterum hęc facta eſſe Elenchus exemplorum 11. capitis probat. Vitreis calicibus ſanguinem

nem Iudæi exceperunt, qui in Euchariſtiam ſæuierũt in regno Poloniæ, de quibus Theſi 11. cap. 11. Sanguis infecit altaris mappas, qui ex hoſtia fluxit, quam addubitans Sacerdos conſecrauit in Eccleſia S. Chriſtinæ VVulſinijs, in ditione Vrbenatana de quo Theſ. 6. & ex duabus illis, quas confodit Eleazarus Iudæus, de quo Theſi. 13. Sic manus ſuas cruentatas obſeruauit Sacerdos, de quo Theſi 15. Et ignem extinxit ille, qui Aufidi in Piceno fluxit aliquando ex hoſtia: & nunc vitreis ampullis incluſus religioſè aſſeruatur ad perpetuam rei geſtæ memoriam. Vide Theſ. 16. eiuſdem Cap.

Accedere videtur & hoc, quod nõ viſa modo aliquando pueri ſpecies ſed & manibus excepta & aliquo vſq; geſtata ſit, queadmodũ, quem inter alucaria reperit, & ad Eccleſiam detulit occultè ſepeliẽdam ille, cuius cap. 11. Theſ; facta eſt mentio: & quam ſibi exhiberi petijt in Sacramento Sacerdos Phlegelus, qui quem puerum vidit, contrectauit, complexus eſt, pectori admouit, oſculis datis proſecutus eſt, de quo Theſ. 8. 17.

Maius adhuc argumentum præbent, quæ hodie adhuc multis in locis exſtant ſacramentales ſpecies ſanguine, quo aliquãdo maduerunt rubentes. Talis eſt illa Bruxellenſis, à Iudæis, pugionibus cõfoſſa, quę etiamnum religioſè & aſſeruatur & colitur. Talis cuius Thomas Bozius meminit quę innumeros ad ſui ſpectaculum commouit, iam ab annis ter centum ſexdecim, de qua Theſ. 16. cap. 11. Hoc ſecundo loco ſit dictum. 18.

Tertium his addidero, frequẽtius ex parte rei ſiue ſpecierũ ſacramentalium nullam factam mutationem, rarius factã præſertim quãdo vel pueri, vel faciei, vel carnis, vel manus forma apparuit. Probãt hoc quæ ad primum Aſſertorum noſtrorum allatæ ſunt rationes: & confirmat communis omnium ferè opinio, qui rariſsimas hîc credunt reales accidere tranſmutationes. 19.

Seruiunt quoque hîc, quas pro hac re aſsignat Regulas S. Thomas 3. p. q. 76. art. 8. Duabus ille veram realemque mutationem deprehẽdi exiſtimat, conſtantia ſiue duratione rei viſæ, deinde multitudine ſiue pluralitate videntium. *Contingit, inquit, talis Apparitio per realem mutationem, quando talis ſpecies (pueri ſcilicet vel carnis) ab omnibus videtur et non ad horã ſed per longũ tempus permanet. Nullã autem fieri immutationẽ, ex parte ſacramenti cõtingit, quando vni videtur ſub ſpecie carnis vel pueri, alijs tamen videtur ſicut & prius ſub ſpecie panis, vel quando eidẽ ad horam videtur ſub ſpecie carnis vel pueri, & poſtmodũ ſub ſpecie panis.* Hæc regulę S. Thomæ. Iam verò ſpeciẽ quarum meminimus rarius ab omnibus viſæ ſunt, & quando viſæ ad breue admodum tempus ſunt viſæ. quocirca & rarius realis tranſmutatio eſt facta. 20.

Digitized by Google

SECVNDA PARS TRACTATVS SECVNDI DE APPARITIONE SACRAmentali ſub ſpecie peregrina & inuſitata quæ potiſsimum de re ſiue materia huius Apparitionis.

PRimam partem, quæ eſt de Apparitionibus Sacramentalibus ſub peregrina & inuſitata ſpecie, abſoluimus: ſecunda iam, Res quæ in Apparitionibus apparēt, & in oculos incurrunt diſcutiendæ ſunt, & principio quidem, quam variæ illæ ſint explicandum: deinde quidnā ipſæ ſint, ſiue quid contineant, aperiendum. In illo minus eſt difficultatis, propter ea, quæ allata ſunt Cap. II: in hoc plurimum, propter varias doctiſsimorum hominum ſententias.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Sub quibus, & quot, formarum generibus Sacramentalis, ſub peregrina & inuſitata ſpecie Apparitio obſeruata ſit.

Obſeruata ſub ſpecie.

Pueri ſiue infantis:	*Manus humana:*
Chriſti crucifixi:	*Carnis partim partim panis*
Chriſti venientis ad Iudicium,	*Sanguinis ſeparati:*
Faciei Chriſti:	*Hoſtia cruentata:*
Carnis humana:	*Agni immaculati:*
Carnis cruentata:	*Fortè & aliarum.*

Repe-

REpetenti hiſtorias rerum præteritarum, quæ Sacramẽtalis, ſub peregrina & inuſitata ſpecie Apparitionis mẽtionem fecerunt, decem propemodum formę, vel facies offeruntur, quibus Chriſtus, quodam modo apparuiſſe, & viſus eſſe dici poteſt: quarum quædam prorſus à Sacramentalibus ſunt alienæ, quædam cum ijs coniunctæ. 1.

Prima omnium ſit, qua ſpecies *Infantis* ſiue *pueri* eſt viſa. Hanc Apparitionem VVidekindus Saxoniæ Dux habuit, quando ſimulato habitu curioſius Chriſtianorum ritus, homo adhuc infidelis, in aula Caroli Magni voluit perſcrutari, quemadmodum dictum eſt Theſ. 1. Capitis 11. huius ſecundi Tractatus. Hebræus item, qui turbæ fidelium ſe immiſcuit tempore Baſilij, explorare volens & ipſe Chriſtianorum myſteria; de quo Theſ. 2. eiuſdem Capitis. Tertiò, Ruſticus, qui hoſtiam, quam accepit, in aluearia immiſit, ſpe cõſeruandarum apum; de quo Theſ. 3. Quartò, Ciuis Colonienſis, qui per vomitum hoſtiam reddidit. Theſ. 4. Quintò, Abbas Senior, qui cùm ſacrificanti ſacerdoti aſtaret; non panem, ſed puerum in altari conſpexit de quo Theſ. 7. Sextò presbyter Phlegilus, poſtquã inuſitatam hanc viſionem à Deo precibus magnis obtinuiſſet, de quo Theſ. 8. Septimò, puer in Andegauenſi Ciuitate, cuius meminit Robertus de Monte ad Chronicum Sigiberti. Nos eius mentionem fecimus. Theſ. 18. Octauò, Godeſchalcus de VVolmenſtein, de quo Theſ. 17. qui ipſo Natalis Dominicæ die, dum ſacrificium altaris Deo offerret pulcherrimum infantem conſpexit. 2.

Altera, qua non infantis, aut pueri; ſed *Crucifixi Chriſti aut ad Iudicium venientis* ſpecies & imago oſtenſa fuit. Meminit prioris Cæſarius, lib. 9. cap. 3. docetque Apparitionem hanc habuiſſe Adolphũ quendam licentioris vitæ ſacerdotem; dum mala conſcientia ſacrificaturus altare acceſsiſſet, & ſacrificij tempore de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia addubitaret. Vide Theſ. 17. Cap. 11. Eodem modo Caro in Crucifixi forma inuenta eſt à ſacrilego Sacerdote, qui ſacram hoſtiam, qua abuti cogitarat, ſepeliuit: de qua, eadem Theſi 17. Porro poſterioris, Chriſti, ſcilicet, ad iudiciũ venientis meminit Thomas Cantipratenſis in hiſtoria quæ Duaci in templo S. Amandi circa venerabile ſacramentum accidit. 3.

Tertia eſt, qua non Infantis aut pueri, non etiam Crucifixi perfecta ſpecies viſa eſt, ſed *faciei* tantum Chriſti, & quidem nunc pueri nunc adultæ ætatis. Huius vnum exemplum reperio apud Thomam Cantipratenſem, quod Duacenſibus conceſſum eſt in Eccleſia Canonicorum S. Amati, & notatum non à Canonicis ſolum, ve- 4.

rum etiam frequentiſsime populo, rei nouitate excitato, adeoque obſeruatum & poſteritati traditum ab ipſo Cantipratenſi Thoma ex quo nos rem geſtam deſcripſimus cap. 11. Theſ. 9

5. Quarta eſt, quia nihil hactenus dictorum eſt obſeruatum: inuſitata tamen cum horrore caro exhibita eſt. Talis fuit primum illa, quæ in vita Gregorij Magni deſcribitur, & in gratiam incredulæ mulieris à Deo eſt conceſſa, & à pluribus obſeruata de qua Theſ. 5. Deinde alia, quam habuit Amalphitanus Sacerdos & ipſe de veritate Corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ addubitans, de quo Theſ. 15. Affert & huius quatuor exempla Robertus de Monte ad Chronicon Sigiberti, quorum ſuperius mētio facta eſt Theſi. 18. Capitis 11.

6. Quinto loco ſit, qua non nuda caro, ſed *caro nunc ſanguine* fluens, nunc ſanguine madens oſtenſa eſt. Prioris horrendum certiſsimumque exemplum refert Bozius in muliere, quæ hoſtiam ſacratam prunis ſuperpoſuit; quæ mox in carnem conuerſa tanto ſanguine fluxit, vt prunas extinxerit: poſterioris Robertus de Monte in alia muliere, quæ ſacratam hoſtiam ciſtæ incluſerat, quam cum homo impurus aperiret, carnem ſanguine manantem, non hoſtiam inuenit. Prius exemplum allatum eſt Theſ. 16. Poſterius Theſ. 18.

7. Dicitur quoque in *manu* conuerſa Euchariſtia, quod ſexto loco ſit dictum. Exemplum huius legere nondum licuit. Eius tamen Apparitionis meminerunt, qui de hoc Apparitionum genere ſcripſerunt, Conimbricenſes in curſu Philoſophico.

8. Septima huius Apparitionis forma eſt, qua *partim caro* obſeruata eſt in Euchariſtiæ Sacramento *partim panis ſpecies*. Meminit huius Petrus Damianus, in Tract. de Miraculis, docetque ſimilem hoſtiam viſam, quando altaris ſacramento mulier per ſummum maleficium abuti voluit, ad mariti ſui, à ſe alioquin alieni amorem conciliandum. Exemplum paulo pluribus relatum eſt ſuperius Theſ. 14. Capite 11.

9. Octaua forma ſit, qua *ſanguis à ſacramentali ſpecie fuit diuiſus, & ſeparatus*, vt primum fuit, qui circa annum Domini, 1264. totam mappā (Corporale vocamus) tinxit de quo Theſ. 6. Ille deinde, quem calice vitreo exceperunt Iudæi manantem ex hoſtia, in quam ſacrilegè ſæuierunt pugionibus: de quo Theſ. 11. Et præterea ille, qui triplicē pannum vſq; ad ſuppoſitam menſam penetrauit, & ex hoſtia fluxit quam petulanter in filiæ ſuæ nuptijs confodit impius Eleazarus, de quo Theſ. 13. Denique ille qui perterruit ſacerdotem impuræ vitæ, quando altari aſtans, hoſtiam in partes pro ſacrificantium more diuiſit, de quo Theſ. 19.

Nona

Digitized by Google

Nona ſit quo *ſanguinea ſigna* in hoſtia ſunt deprehenſa. Deprehendit hæc de veritate corporis Chriſti in ſacramento hæſitans Abbas, de quo Theſ. 7. Deprehendit Iudæus, qui hoſtiam à Paulo formẽ emptã pugione confodit in Marchia Brandeburgenſi, de quo Theſ. 10. Deprehenderunt Iudæi, quorum mentio fit Theſ. 12. qui ſedecim hoſtias Bruxellis clam ex D. Catharinæ ſacra æde ſurati ſunt & perfoderunt. 10.

Denique præter iam dictas, ſpecies Agni etiam legitur exhibita & quidem inter ipſum ſacrificium Miſſæ. Teſtatur hoc Cæſarius de Adolpho ſacerdote vitæ impuræ, & de veritate Chriſti corporis in ſacramento dubitante: cuius mentio facta, Theſ. 17. 11.

Atq; his modis Apparitionem hanc Sacramentalem ſub peregrina & inuſitata ſpecie perfectam eſſe notauimus. An pluribus acciderit quæri poteſt, accidiſſe vix dubium eſt, præſertim, cum neque omnes quæ varijs locis, temporibuſque acciderunt, literis ſint cõmendatæ, neque omnes, quæ literis ſunt commendatæ, à quoquam facilè poſſunt cognoſci. 12.

Verum quidquid de hoc ſit, illud certiſsimum eſt, pluribus modis hanc Apparitionem cõtingere potuiſſe. Quemadmodum enim in alijs Apparitionibus, tam Perſonalibus, quam Imperſonalibus, Chriſtus alias atque alias formas aſſumpſit: & quemadmodum homo factus, nunc ſub infantis, nunc pueri, nunc adoleſcentis, nunc viri ſpecie viſus eſt, ita hic quia voluit potuit forma apparere & videri velle. 13.

Diſcutiendum hoc loco eſſet, quæ harum formarum & modorũ fuerint rationes: & cur has præ alijs aſſumere voluerit: verum quoniam hæc commodius explicabuntur, quando huius Apparitionis fines inquirentur, hic omittenda, & contenta harum formarum inueſtiganda ſunt. 14.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Quodnam fuerit contentum ſpecierum inſolitarum, quæ in Euchariſtiæ ſacramento acciderunt: & principio, An Chriſtus, vel Chriſti caro, aut ſanguis verè realiterque illa fuerunt, aut fuerint ſub ijs quæ ſunt viſa.

Omnipotentia Dei fieri poteſt, vt ſub propria ſpecie Chriſtus, quemadmodum eſt in cœlis, appareat in ſacramento.

Quia non repugnat idem corpus pluribus locis eſſe.

Eadem Dei omnipotentia fieri poteſt, vt Chriſtus vere appareat in ſacramento ſub ſpecie pueri:

Quia poteſt ipſe, quam vult formam aſſumere.

Eadem omnipotentia poteſt verè ſub forma agni apparere.

Probat id apparitio ſub ſpecie ſacramentali.

Quandocunque in his Apparitionibus nulla fit in ſpeciebus ſacramentalibus mutatio verè eſt, & manet ſub ijs Chriſtus.

Quia ſaluis ſpeciebus adeſt Chriſtus.

Quandocunq; ſalua ſpecie ſacramentali, ſub forma peregrina (inquam videtur, ſed non eſt cõuerſa ſacramentalis) apparet, vel infans, vel caro &c.

Non illa Chriſtum continent, nec ſunt Chriſtus aut eius caro &c.

Quia forma peregrina in aëre tanquam tum aut organo ſenſus tum eſt.

Quandocunq; ſpecierum ſacramentalium aliquid permanet, illud verè Chriſtum continet, quamuis peregrina ad ſacramentalem accidat.

Quia ſaluis ſpeciebus manet Chriſtus.

Nõ perſonaliter aut realiter eſt Chriſtus aut videtur Chriſtus, quando hoſtia mutata apparet aut puer, aut crucifixus.

Quia nec conuenit ibi Chriſtum eſſe.

Nec neceſſarium ibi Chriſtum eſſe.

Non Chriſti eſt caro aut ſanguis: qui mutatis ſpeciebus ſacramentalibus aliquando apparet.

Eadem huius qua præcedentis rationes.

Quandocunque in dictis Apparitionibus tanta in ſacramento accidentium mutatio non facta eſt, quin ſub ijs ſubſtantia.

Quin ſub ijs ſubſtantia panis & vini poſsit ſubſiſtere, verè manet Chriſtus.

Quia ſaluis ſpeciebus à ſacramento non deſinit Chriſtus.

Vt plurimum in his Apparitionibus adeſt verè Chriſtus.

Quia vt plurimum manent ſaluæ ſpecies ſacramentales.

1. Contentorum nomine ſubſtantias intelligimus, quæ ſub ſpeciebus viſibilibus latent. Quemadmodú enim in alijs rebus, aliud eſt ſpecies, quæ per ſe videtur, & in oculos incurrit (Phyſici vocant *per ſe obiectum viſus*) aliud quod per ſpecies indicatur (vocant *obiectum per accidens*) ita in hac Apparitione ſpecies eſt, quæ per ſe videtur, *Contentum* quod ſpecies indicat & prodit.

2. Et ſpecies hic, quemadmodum variæ atque diuerſæ; ita varias atque diuerſas ſubſtantias indicant, quocirca & de varijs ſubſtantijs

eſt.

eſt quæſtio. Sed prima atque præcipua eſt, An verè, realiter, antoproſopos ſiue perſonaliter Chriſtus fuerit, ſub omnibus, quæ hîc ſunt obſeruatæ, ſpeciebus: ſub ſpecie, inquam pueri, crucifixi, agni, manus, carnis, ſanguinis, &c. Aliæ ſunt minus principales, An, ſcilicet fuerit verus & viuus infans qui apparuit; verus agnus; item, vera manus, vera caro, verus ſanguis. Prius illud hoc Capite inueſtigandum eſt.

Diſtinctione autem ante omnia opus eſt duplici. Altera eſt facti, 3. & potentiæ. Vel enim hîc loqui poſſumus de potentia, & definire quidnam per Dei omnipotentiam fieri potuerit aut poſsit; vel de facto, & docere quid veriſimiliter factum eſſe, aut fieri exiſtimemus.

Altera diſtinctio ex parte Sacramenti ſumitur. Nam in hac Ap- 4. paritione vel nulla facta eſt mutatio in ſpeciebus ſacramentalibus, panis & vini: vel facta eſt aliqua. Priori illo modo accedunt ſpecies peregrinæ ad ſacramentales; illæque vel in oculis intuentium tantum reſident, vel in medio efformantur, aut ſunt iuxta ſacramentum Corporis Chriſti. Poſterior modus varius eſt.

Quoniam in mutatione ſpecierum ſacramentalium, contingit 5. vel aliquid ſpecierum ſacramentalium, ſub propria forma manere; & aliquid mutari; vt ſi hoſtia ex parte retineat ſpeciem panis, & ex parte accipiat ſpeciem ſiue figuram carnis: vel eius nihil quaſi manet ſub forma propria, ſed aliam formam accipit, &c.

Atque hoc poſterius rurſus poteſt diſtingui. Nunc enim ſpecies 6. pueri aut crucifixi aut agni apparet: nunc carnis aut ſanguinis, idque vel ſub eadem quantitate, & qualitate, ſub quibus ſubſtantia panis & vini poteſt conſeruari, vel ijs tantum immutatis, vt panis & vini ſubſtantia eſſe non poſsit ſub ijſdem. Diſtinctiones has præmittendas iudicauimus, tum quod in re difficili cum maiore liceat verſari luce: tum, quòd vna reſponſione propoſitæ quæſtioni non poſsit fieri ſatis: tum etiam vt membris diſtinctionis reſpondeant membra reſponſionis, ſiue Aſſerta, quæ hîc putamus octo aſſignari debere.

Primum ergo Aſſertorum ſit. Omnipotentia Dei fieri poteſt, 7. vt ſub propria ſpecie, quemadmodum in cœlis ad dextram Patris reſidet, Chriſtus in Sacramento appareat Negant hoc quidam Thomiſtarum; verum communior iam plurium aſſerit ſententia: atque ex eò manifeſtum eſt fieri poſſe; quod credatur aliquando factum, vt vno eodemque tempore & in cœlis fuerit Chriſtus, & in terris, eadem forma ſpectabilique ſpecie. Hoc porro quia alios à

Bb 2 nobis

nobis demonſtrabitur, hîc pluribus docendum non erit.

8. Addimus & eadem Dei omnipotentia fieri poſſe, vt non eadem ſolum, qua in cœlis conſpicitur, forma appareat & adſit, verum etiã appareat, & adſit pueri forma, aut crucifixi, aut carnis. qui enim olim peregrini atque hortulani formam aſſumpſit, quid prohibet cur minus poſsit aſſumere pueri, crucifixi? carnis? Et quid ni nobis ſub his formis poteſt, adeſſe, qui iam adeſt ſub ſpecie panis, & vini? Confirmant hæc vehementer illi, qui etiam in his Sacramentalibus ſub peregrina ſpecie Apparitionibus verè volunt adeſſe Chriſtum, quales ſunt Alenſis 4. par. qæſt. 53. memb. 4. ar. 3. Gabriel, lect. 51 in Canonem.

9. Præterea, addimus Dei omnipotentia poſſe fieri, vt verè realiterq; Chriſtus appareat & adſit ſub forma Agni. Et hoc probat Apparitio eius ſacramentalis. Neque enim minus poſsibile eſt, vt adſit ſub Agni ſpecie, quã panis, & vini. Verum non quid poſsit fieri, ſed *factum, fiatque in hiſce*, de quibus nobis eſt ſermo, Apparitionibus aperiendum.

10. Ergò ſit ſecundum Aſſertum. Quandocunque in hiſce Apparitionibus nulla fit in ſpeciebus ſacramẽtalibus immutatio, verè realiterque eſt, manetque ſub ſacramentalibus ſpeciebus Chriſtus: quales etiam circa ſacramentum peregrinæ percipiantur Apparitiones, in quas ſacramentum conuerſum eſſe videri poſsit. Hoc ptopter illos, ſit dictum, qui quando ſub peregrinis formis Apparitiones fiunt, exiſtimare poſſunt, Chriſtum ſacramentum deſerere, & ad peregrinas formas tranſire. Non deſinit vnquam Chriſtus eſſe in ſacramento, quamdiu nulla in ſacramento facta eſt mutatio, quamdiu ſpecies ſacramentales ſunt ſaluæ. hæ ſi deſinant, tum demum Chriſtus deſinit in ijſdem eſſe.

11. Atq; de hoc aſſerto tam parum dubitant Catholici, quam parum dubitant de veritate verborum Chriſti. Ipſe vi verborum diuinorũ vult elementa tranſmutari in ſuum ſanguinem & corpus: vultque hæc ipſa ibidem eſſe, non tum ſolum; quando ſacramenta ſumuntur verum etiam quando ſunt atque exiſtunt. Quocirca quia ipſa exiſtunt, dum ſuperſunt ſpecies elementorum, ipſe etiam his ſuperſtitibus præſens erit. Sed de hoc plura in priori Tractatu de Apparitione Chriſti Sacramentali.

12. Tertium Aſſertum ſit. Quando ſalua ſacramentali ſpecie, ſub forma peregrina (in quam ſacramentalis videtur, ſed non eſt, conuerſa) apparet, vel infans, vel caro, vel quid aliud, non illud Chriſtum continet, Chriſtique carnem vel ſanguinem, neque horum eſt aliquid.

Viſio-

Viſionem enim hanc non ſacramentum, quod Chriſtum continet, offert, ſed ſpecies Chriſti vel in medio aere effica, vel in organo viſus producta. Vtro verò modo accidat, vt Chriſtus perſonaliter adſit non eſt neceſſe, quamuis perſonaliter ſenſibilibus oculis percipi exiſtimetur. Quemadmodum enim in imagine rectè dicitur videri Imperator, ita hic rectè videri Chriſtus: quando etiam non ipſe, ſed ipſius ſpecies videtur, vt ibi ſpecies Imperatoris tantum.

Et res hæc clara eſt, ſi viſio ipſa ſolius organi operatione abſque externo obiecto perficiatur, vt perfici ſæpius eſt veriſimile. Quis enim dixerit Chriſtum antoproſopos in hominum eſſe oculis? Nullæ res ſecundum ſuas ſubſtãtias viſum occupant omnes per ſpecies ſui percipiuntur. Et Chriſtus igitur per ſpeciem dicetur videri. 13.

Similiter ſi ex medio viſio occaſionem cauſamque accipiat, neceſſe non eſt, in illo Chriſtus ſe ſiſtat vt videri verè dici poſsit. Multarum rerum ſpecies & formæ effingi poſſunt, in medio aere ſenſibus obiecto, quarum ſubſtantiæ longiſsimis diſtant ſpacijs. 14.

Deinde Apparitionum, quæ hoc modo fiunt, finis eſt, vt ſub ſpeciebus ſacramentalibus adeſſe ſignificetur verum Chriſti corpus atque ſanguis, adeoque Chriſtus ipſe. At non neceſſe eſt verũ Chriſti eſſe corpus, verumque eius ſanguinem, quæ verum corpus, verumque ſanguinem ſignificent. Hedera ſuſpenſa vinum venale non eſt, & tamen vinum venale ſignificat. Imago Imperatoris verus Imperator non eſt, & tamen verum ſignificat Imperatorem. Verus Deus non erat Angelus, qui dicebat. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Exod. 20. qui tamen verum Deum ſignificabat, verique Dei perſonam ſuſtinebat. Quod in veteri lege verè rerum noui Teſtamenti figuræ erant, quæ tamen aliud erant à noui Teſtamenti veris rebus. 15.

Præterea magno hìc opus fuit miraculo, ſi verum Chriſti corpus vera eius caro, ſanguiſque extra ſacramentales ſpecies conſtitui debeat. Neque enim vlla creata vi poteſt fieri, vt qui in cœlo eſt Chriſtus, idem eodem temporis articulo ſit cum hominibus in terris. Quid verò miraculo ſemper eſt opus? 61.

Denique in his Apparitionibus, quando ſaluis ſpeciebus ſacramentalibus peregrinæ pueri, infantis, carnis &c. ſunt viſæ, ſi vera Chriſti caro Chriſtuſque affuiſſet, hæc non vnus aut alter, ſed plurimi, qui vno eodemque loco fuiſſent, notaſſent. At contrarium, vt alia omittam, docet exemplum VVindekindi, Ducis Saxoniæ, qui ſolus pulcherrimum infantulum conſpexit. Niſi forte omnium aliorum oculos dicas tum ſuis functionibus fuiſſe priuatos viuus VVindekindi ſibi relictos. 71.

18. Addimus tribus quartum aſſertorum. Illud eſto, quod Quandocunque aliquid ſpecierum ſacramentalium permanet: & pars altera, v. g. conuerſa eſt in carnem, ſi eiuſdem hoſtiæ quantitas qualitaſque permaneat, quamuis peregrina ad ſacramentalem ſpeciem acceſsit, verè realiter, perſonaliterque ibidem ſub tota hoſtia contineri & eſſe Chriſtum. Vtrum in hac alterius partis mutatione vera ſit caro, necne, non iam diſputo, inferius hoc examinandum eſt, vtraque parte hoſtiæ verum dicimus Chriſti corpus carnemque contineri. Nec hoc mirũ à ſacramento non abeſt Chriſti corpus aut rarò, quãdiu integræ ſunt ſacramentales ſpecies vt hic ſunt parum intereſt albæ ſint quemadmodum ſunt panis, vel rubræ, quemadmodum ſunt carnis. Quemadmodum nec à Sacramento diſcedit Chriſtus, ſi albi panis ſpecies, caſu alium aliquem colorem contrahant.

19. Nihilominus ſi altera parte ſpeciei panis ſalua altera eiuſdem hoſtiæ ita immutaretur, vt cum eadem panis ſubſtantia non ſubſiſteret; illa quidem verè Chriſtum contineret, at hæc nequaquã. Prius illud certum eſt propter veritatem ſacramenti, quæ non eſt, ſine Chriſti corpore poſterius certum propter defectum ſacramenti, quia Chriſtus verè realiterque præſens non eſt, niſi aut ſub propria forma, aut ratione ſacramenti, quorum vtrumque in altera illa ſpecie deſideratur. Sed Quid ſi tota ſpecies ſacramẽti ſit mutata? & præter puerum aut carnem, aut ſanguinem videatur nihil? Quid inquã tum ſentiendum.

20. Pro hoc ſit quintum Aſſertum. Non perſonaliter, atque realiter eſt Chriſtus, neque in ſe Chriſtus (vt olim in terra, iam in cœlo) videtur, quando, hoſtia mutata, conſpicitur, aut puer, aut ſpecies Chriſti crucifixi Docent hoc S. Thomas, 3. p. q. 76. ar. 8 & communiter Theologi, in 4. diſt 10. Richardus ar. 5. q. 2. Durandus & Petrus Palud. ibidem. Marſilius q. 7. a. 3 dub. 5. Antoninus 3. p. tit 13. cap. 6 & 14. AEgidius Theor. 33 atque Thomiſtiæ omnes. Neq; his deſunt rationes, quoniam atque conueniens eſt, & decens, vt ita adſit Chriſtus neque neceſſarium.

21. An fortè docens, & tangi & contrectari & indignè etiam tractari Chriſtum ab hominibus, vt puer, vel crucifixus, tangi, contrectari, & indignè tractari poteſt, qui hic cõſpicitur? nec eſt quod quis Chriſtum in ſacramento obijciat, quaſi & hic tangatur, contrectetur, indignè tractetur. alia Chriſti in ſacramento ſiue ſub ſacramentalibus ſpeciebus eſt ratio, alia hoc loco. Ibi quidquid accidit, ratione ſpecierum accidit, hic ipſi Chriſto fieret, quidquid fieret.

22. Sic neceſſarium non eſt, vt hic ſit Chriſtus. Quorſum enim? An

ne decipi dicantur homines, qui ſe, Chriſtum videre exiſtimant, & tamen Chriſtum non vident? At non decipiuntur. Licet enim in obiecto, non ſit id, quod apparet ſenſui; ea tamen mutatio, quæ fit in ſenſu ad veritatem aliquam ſignificãdam ordinatur, quod in deceptione locum non habet. *Quando*, inquit B Auguſtinus lib. contra Mendacium cap. 9. *ſimulatio ad aliquid verum ſignificandum refertur, non eſt mendacium.* An fortè neceſſarium ad commouendos animos fidelium? Nec hoc quidem. Quia ſi id tantum, quod in ſenſibus fit conſideretur, eundem effectum parit in animo; ſiue obiectum ſenſibile tale ſit in ſe, quale apparet; ſiue non. Quod ſi verò conſideretur fides animæ, quæ his ſignis excitatur, hæc illa præſentia ſenſibili carnis Chriſti non indiget, fides maximè eſt ex auditu.

Sequitur ſextum Aſſertum. Non Chriſti eſt caro, non Chriſti 23.
ſanguis, qui mutatis ſpeciebus ſacramentalibus, aliquando apparet & videtur. Et hæc quorum quinto Aſſerto meminimus eſt ſententia. Et hîc quæ ibidem ſunt allatæ, ſeruiunt rationes. Et quis credat, quando viſus eſt ſanguis ab hoſtia fluere, illum eſſe ſanguinem Chriſti, & in terram vel linteum cadere? Rurſus quando calix viſus eſt repleri ſanguine, ibi eſſe verum ſanguinem Chriſti extra corporis venas? Et quando pars carnis conſpicitur, illam eſſe carnem Chriſti? Denique diuturnitate temporis tabeſcit id, quod caro & ſanguis videbatur: an verò hoc poteſt Chriſti carni ſanguinique tribui?

Duo forſitan his duobus, quinto & ſexto, Aſſertis obſtant, ve- 24.
rumque hîc in ſe Chriſtum, veramque in ſe Chriſti carnem atque ſanguinem eſſe conuincunt. Alterum eſt quod *diuina*, hæc quæ viſa eſt in ſacramento, caro dicatur, *diuinuſq;* ſanguis, qualis vtique non niſi Chriſti Dei eſſe dicitur poteſt. Diuinam autem vocat Thomas Bozius, lib. 14 de Votis Eccleſiæ, cap. 7. illam, in quam Aufidi in Piceno conuerſa fuit hoſtia, quam prunis impia mulier ſuperpoſuit, de qua nos Cap. 11. Theſ. 16.

Alterum, quod hiſce rebus diuinis honor ſit exhibitus, hodieq; 25.
quibuſdam locis exhibeatur. Et Thomas Cantipratenſis de ſe teſtatur, cap. 40. lib. 2. Miraculorũ quòd *poſtquam in hoſtia vidit* (vt ipſe loquitur) *faciem in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ſpineam habentem coronam in capite, & duas guttas ſanguinis de fronte, ſecundum nares deſcindentes* mox genibus flexis cum lachrimis Chriſtum adorarit.

Obſtare quidem videntur hæc dictis: veruntamen non obſtant. 26.
Bozius fortè aliique, qui dictam hiſtoriam notarunt & retulerunt, dum *diuinam* carnem, diuinumque *ſanguinem* vocant, illum qui pro-

digioſè in ſacramento eſt obſeruatus; ad eorum ſententiam accedunt, qui in hiſce Apparitionibus verum in ſe Chriſtum, verámque in ſe Chriſti carnem videri exiſtimant; vt exiſtimant Alenſis atque Durandus. At contraria nobis cum pluribus placet ſententia. Quanquam & dici poſſet *diuinam* carnem ſanguinemque dici, ſpecies; quę diuinam carnem ſanguinemque indicant & continent, quemadmodum has indicare & continere mox dicetur.

27. Sic diuinus cultus his rebus exhibitus non probat ipſa, quæ viſa ſunt, vel Chriſtum, vel Chriſti in ſe carnem ſanguinemque fuiſſe. Sacraméta Corporis & ſanguinis Domini diuino cultu proſequimur; quæ tamen, ſi propriè loquaris, corpus & ſanguis Domini non ſunt, ſed ſpecies, corpus & ſanguinem Domini continentes, in quibus ipſum Chriſtum, eo quo alioquin ipſum in ſe veneramur, colimus & adoramus. Verum de hoc alias.

28. Sit hoc ergò conſtitutum, non eſſe Chriſti carnem, quæ prodigioſè conſpicitur; nec eſſe ſanguinem, qui ſanguis eſſe videtur. An ſaltem ſub his carnis ſanguiniſque ſpeciebus ſacramentaliter eſt Chriſti caro ſanguiſque, & eſſe dici poteſt? Ad hoc ſit Septimum Aſſertum, quod ſequitur.

29. Quandocunque in dictis Apparitionibus tanta in Sacramento mutatio facta non eſt in ſpeciebus Sacramentalibus, quin ſub ijs ſubſtantia panis vinique poſſit eſſe; ſemper Chriſti caro ſanguiſq; ſacramentaliter verè realiterque adeſt. Non hoc mirum. quoniam, vt ſæpe dictum, in Sacramento nunquam Chriſtus eſſe deſinit, quamdiu non deſinunt eſſe ſpecies ſacramentales.

30. Sed quando tanta fit mutatio? *Difficile*, inquit Soarez diſp. 55. Sect. 3. de ar 8. q. 76. tertiæ partis S. Thomæ, *id à nobis diiudicari poteſt. Nam licet nos per accidentia cognoſcamus ſubſtantiam; & per accidentia mutationem ſubſtantialem tranſmutationem factam eſſe coniectemus; difficile tamen eſt præſertim in his rebus inanimatis diſcernere, quando accidentalis tranſmutatio ſit tanta, vt ſubſtantialem etiam habeat coniunctam:*

50. Et cum accidentium quædam ſint propria, quæ ex ſubſtantijs atque naturis quaſi fluunt, neceſſarioque cum ijs cohærent; quædam communia, quæ ad conſtitutas ſubſtantias accedunt, & non neceſſariò ijſdem adſunt, ex illorum maximè mutatione, non horum ſubſtantialis tranſmutatio debet æſtimari.

31. Hinc octauum Aſſertum ſequitur, videlicet: Vt plurimum in his Apparitionibus, ſiue ſub peregrinis hiſce ſpeciebus, Chriſti carnem ſanguinemque eſſe Quid ita? quia accidentia quæ mutari obſeruantur vt plurimum ſunt color atque figura. At hæc ex genere & claſ-

& claſſe communium ſunt, quæ non neceſſariò poſtulant ipſæ ſubſtantiæ, non verò ex claſſe propriorum quorum mutatio ſubſtantias deſinere facit.

Itaque optimè hæ Apparitiones ſuo fini conueniunt. Nam vel fiunt ad confirmandum fidem præſentiæ corporis Chriſti, atque ita conueniens eſt, vt illa perduret: vel ad ſolatium alicuius iuſti, quod ſolidum ſatis non eſſet, ſi vera ſua pręſentia Chriſtus abeſſet ſolumque in imagine quaſi tantum adeſſet. 33.

Atque huic ſententiæ fauere videtur Eccleſiæ conſuetudo, quæ hoſtias conſecratas, immutatas ſecundũ colorẽ carneum tantum aut ſanguineum diu conſeruat: eas in honore habet, &, vt verum Euchariſtiæ ſacramentum ſub quo verè realiterque Chriſti corpus eſt, veneratur & adorat. 34.

Porro ex dictis iam finibus, qui Deo in his Apparitionibus propoſiti videntur atque item ex conſuetudine cultus, quo Eccleſia has ſpecies, vt verum ſacramentum veneratur, facile inducerer, vt crederem nunquam (aut certè rariſsimè) tantam fieri mutationem accidentium ſacramentalium, quin ſalua ſub ipſis eſſe poſsit panis vinique ſubſtantia, ideoque verum Chriſti corpus. 35.

De rarefactione fortaſsis poſſet eſſe quæſtio; quando quæ ſub Sacramento fuit, quantitas ita rareſcere videtur in his Apparitionibus, vt ſubſtantia vini paniſque, ex quibus ſacramentum confectum, hac non poſsit contineri. Verum nec tum dicerem ſacramentaliter carnem Chriſti vel ſanguinem abeſſe: potius tantam ſpecierum ſacramentalium rarefactionem negarem fieri; aut dicerem ad priorem ſacramentalem quantitatem accedere externam, ex aëre, aut denſiori aliqua materia coactam; & ſub priori quidem Chriſti eſſe carnem, vel ſanguinem; ſub illa acceſſoria verò non item. 36.

Poſſet quoque eſſe quæſtio de ſanguine, qui aliquando ex hoſtia fluxit, & calicibus eſt exceptus. Verum quoniam hic prorſus à ſpeciebus ſacramentalibus hoſtiarũ fuit diuiſus, nec Chriſti potuit eſſe ſanguis, nec Chriſti ſanguinem continere. Ille vero quo quædam hoſtiæ rubere ſunt viſæ, quoniam hoſtiarum quoddam fuit accidens, verum cum hoſtijs Chriſti corpus continuerunt, quemadmodum dictum eſt Theſi 32. &c huius Capitis. 37.

Dictis addo; quod quandocunque peregrina ſpecies apparet, ſub qua Chriſti eſt caro, in illa tota totum eſſe Chriſtum, & in qualibet ipſius parte, etiam minima, eſſe totum. Nec hoc mirum vlli videri debet. Cum enim hic alio modo non ſit, quam ſub ſacramentalibus ſpeciebus: vt ſub his totus eſt, ſub quacunque ſpecie, & to- 38.

tus ſub quacunque cuiuſcunque ſpeciei parte; ita erit totus ſub peregrina ſpecie; & totus ſub quacunque parte peregrinæ ſpeciei. Nõ poteſt abeſſe Chriſtus, vbi ſpecies ſunt ſacramentales, quamuis etiam alteratæ: (modo alteratio tanta facta non ſit, quæ ſubſtantiam panis & vini non patiatur, vt dictum eſt.) Atque hactenus de præcipua quæſtione.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Quid ſentiendum de formis pueri, infantis, Chriſti Crucifixi, eiuſdem ad Iudicium venientis, faciei humanæ, Agni quoque &c. quæ aliquando in Sacramento Euchariſtiæ apparuerunt.

Non verus viuuſque infans aut puer fuit, qui viſus eſt.

Quia miraculum poſtularet, quo quid hic opus? & qualis ipſi anima fuiſſet?
Cuius etiam fuiſſet religionis?
Cum nullus vnquam motus in eo obſeruatus?
Et deſinens puer quo perueniret?
An etiam moreretur aliquando?
Denique non neceſſe eſt, vt viuus fuerit puer nec quicquam vt viuus ſit ſuadet.

1. Varias multipliceſque formas in ſacramento eſſe viſas, aut ſub varijs formis peregrinis, Chriſtum in Sacramento Euchariſtiæ apparuiſſe, oſtenſum eſt Capite: 15. quidnã illæ fuerint, nunc explicãdum; præſertim illæ, de quibus conſtat ipſas reuera non Chriſtum, Chriſti carnem, aut ſanguinem fuiſſe. Et principio quidem (hoc Capite) quidnam illæ, in quibus humana ſpecies obſeruata eſt; tum quid aliæ, quando vel caro vel ſanguis eſt obſeruatus.

2. Humana autem ſpecies duplex poteſt diſtingui; Perfecta & Imperfecta. Imperfectam voce, quæ facies tantum Chriſti viſa eſt, qualem viderunt Duacenſes in S. Amandi ſacra æde, de qua Theſ. 9. cap. 11. Perfectam, qua viſus homo quaſi perfectus. Cuius etiam duplex modus. Aliquando enim ſpecies Crucifixi notata eſt; aliquando pueri ſiue infantis. Quia verò vtrarumque vna eſt ratio, vnam pueri vel infantis formam ſuſcipimus examinandum, ex qua deinde de reliquis licebit iudicare.

Quam-

Quamuis verò certò definiri difficulter queat; Vtrum aliquando ſacramentum in hanc pueri aut infantis formam reuera mutatū ſit;& omnis hæc viſio citra realem ſacramenti tranſmutationem fieri potuerit; quia tamen Dei potentia mutatio potuit accidiſſe, aut ſub ſenſibili forma puer apparuiſſe;factum eſſe credamus:atque ita de hac noſtrum examen inſtituamus. Quærimus igitur verus; viuuſque infans, ſiue puer fuerit,qui in his Apparitionibus eſt exhibitus.

Et fuiſſe verum viuumque ex duobus tribuſue coniectura accipitur.Primum quidem ex ipſo nomine, ſiue ſermonis proprietate. Qui enim has Apparitiones notarunt, & poſteris tradiderunt, infantem vel puerum eſſe viſum conſtanter aſſerunt, quemadmodū & illi,quibus Apparitiones factæ. Quocirca, cum impoſsibile non ſit eundem verum viuumque infantem fuiſſe;non eſt, quod ad ſpeciem aut imaginem infantis vel pueri confugiamus. 3.

Deinde, motus,qui in infante hoc, vel puero aliquando obſeruatus eſt, verum viuumque fuiſſe haud obſcurè iudicat. Hoc enim viuentia deprehenduntur; & à non viuentibus ſeparantur; quòd illa ſe moueant,hęc mouere nequeāt,quemadmodum octauo Phyſicorum docet Ariſtoteles. At conſtat puerum in Euchariſtia obſeruatum ſe mouiſſe, & motu magna ſingularis intelligentiæ ſigna dediſſe.De puero à ſe viſo ſic loquitur VVidekindus,Dux Saxonię, apud Albertum Krantzium,lib.primo Hiſt.Eccleſ.cap 9. *Stupor,* inquit,*mihi erat videre,quod de manu purpurati ſacerdotis ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent: quem quibuſdam ludibundum arridere, vltro properare: alijs verò abhorrentem vultum auertiſſe, & tamen in ora demiſſum, nec redeuntem aſpexi.* 4.

Denique & impoſitum hominibus credi poſſet,ſi quem puerum aut infantem ſe videre exiſtimarunt, verè puer aut infans non fuit. Qui verò hoc,niſi Deo,pro cuius voluntate hæ Apparitiones fiunt tribui debet?An iuſtè autem ipſi tribuitur,quod cuiquam imponat ipſi,qui nec poteſt falli nec fallere. 5.

Interim tamen,verus viuuſque puer,aut infans,nunquam fuit in hac ſacramentali,ſub pueri,aut infantis forma,Apparitione. Quanto enim hic miraculo opus fuiſſet,ſi ſacramentales ſpecies in verum viuumque puerum tranſiſſent,aut verus etiam, viuuſque puer aliquando aſſuiſſet?præſertim cum nihil eorum hîc locum habeat,quę in communi infantum & puerorum productione neceſſariò obſeruantur? ſcilicet, vt concipiantur geſtentur verò, in lucem producantur,& prodeant:&c.mox perfectus abſolutuſque infans con- 6.

by Google

ſpicitur qui non niſi diuina virtute productus eſſe, credi poteſt.

8. Deinde animam rationis capacem oportet hic ſemper habuerit: propterea quod viuere non poteſt, nec verus eſſe puer, qui non ſit verus homo: homo auté eſſe nequeat, qui anima ſit deſtitutus participe rationis Et hic rurſus Dei omnipotentia requiritur, ſine qua anima eſſe, producique nequit quorſum verò hic illa opus?

9. Et productus puer, ſiue infans cuiuſnam religionis, aut profeſſionis fuiſſe dicetur? Alicuius enim neceſſe eſt fuerit? Cuius verò fuerit. profectò Chriſtianæ nequiuit eſſe, vt qui Baptiſmatis ſacramento, quod Chriſtianæ profeſsionis ſymbolum eſt, non initiatus fuit.

10. Præbet & ſumma quies in ſimilibus infantibus obſeruata magnū argumentum. quod veri viuique infantes non fuerint qui viſi. Neque enim de vllo. quod ſciam legitur quod ſe mouerit, vllumque vitæ indicium dederit. Vnus profertur à VVidekindo viſus, verum non hic ad realem mutationem ſacramenti præſens fuit: & motus qui in ipſo obſeruatus, non ipſi, ſed alteri tribui debet, quemadmodum in ſequentibus eſt declarandum, vt taceam credi poſſe viſionem hanc in videntis tantum oculis fuiſſe.

11. Præterea nec minori miraculo deſijſſet hic infans, quam fuiſſet productus. Mortuus enim nunquam legitur, ſed mox poſt viſioné diſparuiſſe. Quapropter quemadmodum ex nihilo quaſi eſſet productus, aut certè ex ſacramentalibus ſpeciebus, ita rurſus vel in ſpecies ſacramentales redijſſet, aut deſijſſet in nihil. Dici hæc poſſunt: ſed quis credat:

12. Et quando eſſe aliquādo deſijt puer, animā neceſſe fuit à corpore ſeparari, ſeparata verò quo tandem profecta ad infernum qui illam releget, nullum exiſtimo futurum: vt porrò ad cœlū remittatur, fieri nequit ſaluis legibus Chriſti, cuius hęc oratio. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum cœlorum* Ioan. 3.

13. Denique, quid opus fuit verum viuumque eſſe in hac Apparitione puerum aut infantem. Satis fit fini Apparitionis, quando etiam imago atque ſpecies pueri offertur Quid, quod hac melius quam viuo veroque puero præſentia corporis Chriſti potuit demonſtrari, quam ſi verus aliquis homo fuiſſet exhibitus, qui Chriſtus non eſſet Chriſto tamen in ſacramento præſentem eſſe teſtaretur.

14. Verus ergò puer viuuſque, verus viuuſque infans non fuit, qui aliquando apparuit: non fuit verus viuuſque homo: quemadmodū nec veri viuique fuerunt viri, qui Abrahamo Patriarchæ ſunt viſi Geneſ. 18. quamuis viri exiſtimarentur. Nec veri viuique ſunt viri,

quos

quos artifex effingit, Ariſtoteles, Plato, &c. quamuis verè dicatur eſſe Ariſtoteles, eſſe Plato, &c. Imagines fuerunt puerorum atque infantum qui pueri atque infantes dicuntur.

Quocirca in ſimilibus ſimulachris non eſt quod anima quæratur 15.
aut ſanguis, caro vel oſſa, vel aliud quodcunque, quod in humano corpore inuenitur: quidquid humanum, aut hominis, hic dici poteſt & debet, id totum in externa, quæ in oculos incurrit, forma poſitum eſt.

Nec probant contrarium, quæ contra hanc Aſſertionem allata 16.
ſunt argumenta. Puer, vt primò obijciebat, aut infans dicitur viſus & exhibitus, non quia reuera puer is fuit, aut infans: ſed, quia puer aut infans videbatur, & corpus, ſub pueri atq; infantis ſpecie obijciebatur. Sic *vaccas* ſe vidiſſe, *& ſpicas* dixit Pharao, Geneſ. 41. quæ nō vaccæ & ſpicæ erant, ſed vaccarum & ſpicarum imagines, & pincerna eiuſdem Pharaonis putauit, dixitque ſe vidiſſe *vites*, quæ vitium erant imagines. Geneſ. 40. Non fuit vxor Loth, quę ſtatua ſalis videbatur, & tamen *vxor Loth* dicebatur, quia vxoris imaginem referebat. Geneſ. 19. *Cherubin* dicebātur, qui ſupra propitiatorium erant, qui tamen non Cherubin erant ſed Cherubin imagines.

Sic motus & geſtus, amicus & triſtis vultus, quæ VVidekindus 17.
notauit in puero qui tempore Caroli Magni, ſacramentum percepturis porrigebatur à ſacerdote nihil probat. Primum quidem, quoniam omnis à VVidekindo percepta viſio, in ſolo viſus organo perfecta eſt, aut certè non cū immutatione ſpecierum ſacramentalium. Neque enim, præter VVidekindum, vllus infantem conſpexit. Præterea quamuis motus & geſtus in puero fuiſſent, nondum tamen arguerent, viuum verumque puerum. Quot motus, & quot geſtus in corporibus à Spiritibus, nunc bonis, nunc malis aſſumptis, in vtroque Teſtamento obſeruantur? an idcircò quis viua hæc corpora dicet? Itaque quemadmodum in aſſumptis illis corporibus motus aliunde eſt allatus, & ſui principium in ſe non intrinſecum habuit, ſed extrinſecum: ita omnis in his infantibus motus aliunde eſt: ab Angelis ſcilicet, quorum, vt poſtea dicemus, in his Apparitionibus non parua eſt occupatio.

Denique (quod tertium argumentum arguebat) nec hac ratione 18.
hominibus impoſitum eſſe dici debet, quamuis verus puer non fuerit qui verus puer viſus eſt. Voluit Deus externo inſolitoque argumento præſentiæ ſuæ in ſacramento dare teſtimonium: quid intereſt, quomodo det? viuo ne an non viuo, vero ne, an nō vero, puero? Quemadmodum præſentiæ ſuæ vera externaque ſigna voluit

eſſe etiam puras ſpecies ſacramentales, quæ tamen in ſignificando minorem hic, cum Chriſti præſentia proportioné habent, ita potuit has, de quibus noſtra diſputatio eſt, formas atq; imagines voluiſſe.

19. Ita de infante ſiue puero ſit definitum de *Crucifixi atque Agni* imagine idem eſto iudiciũ. Nullus verus fuit Agnus, nullus verus crucifixus homo imaginibus perfecta ſunt omnia, quæ aut in ſacramétalibus fuerunt ſpeciebus, aut circa ſpecies ſacramentales, in corpore ſpeciebus ſacramentalibus adiuncto.

20. Idem volumus dictum de ſpecie *faciei viſæ*, tum alibi, tum Duaci: quamuis poſterioris, cuius conſpectus factus eſt Thomæ Cantipratenſi, crebra mutatio facilè perſuaderet, nullam in Euchariſticis ſpeciebus alterationem factam eſſe, & tantum apparentem fuiſſe viſionem. Quam enim hoſtiam ſub ſpecie venuſtiſsimi puelli conſpiciebat promiſcuus populus, illam ſub ſola albiſsimi panis videbat Cãtipratenſis: & quam mox vidit referentem caput coronatum, atque cruentatum, eandem facta adoratione rurſus vidit accepiſſe formã hominis ſuper omnem effigiem honoratam, ſed & eandem eodem tempore alij viderunt referre Chriſtũ in cruce extenſum, alij Chriſtum ad iudicium venientem, alij ſub forma pueri, &c.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Quid ſentiendum de Carne viſa in Euchariſtia, item de ſanguine qui aliquando fluxit de hoſtia, aliquando obſeruatus in calice.

Non vera caro fuit, aut verus ſanguis, qui aliquando apparuit.

Neque enim alicuius bruti fuit.
Neque hominis cuius enim?
Et ſi manſit cum ſpeciebus ſacramentalibus
Facta fuerit penetratio dimenſionum.
Et quando deſinit, in quid deſinit?
Et pro breui tempore opus non eſt.

Longo, non ſine miraculo conſeruatur.
Finis etiam hic propoſitus, non poſtulat veram carnem verumque ſanguinem.
Denique nihil poteſt afferri pro vera carne.
&c.

Fa-

FAcilius creditur verum ſanguinem veramq; carnem fuiſſe in Euchariſtiæ ſacramento aliquando, quam verum puerum verum agnum, verum crucifixum, veram faciē, quæ præcedēti capite in his Apparitionibus excluſimus Nam & hæc facilius producuntur, & quæ illic abſurda accidere æſtimantur, ſi illa fiant, hîc locum non habent. 1.

Hiſtoriæ quoque quæ prodigioſæ huius carnis meminerunt, hoc confirmant Amphilochius, in vita Baſilij magni, poſtquam retulit Hæbræum vidiſſe per manus Baſilij infantem diſtribui, addit quod idem cum alijs ſacramenta percepturus, acceſſerit altare, acceperitq; quemadmodū ipſe loquitur, *hoſtiam veram carnem factam*. Sic in narratione, quam Ioannes Diaconus habet de muliere, cui ſacramentū ſub ſpecie panis voluit porrigere B. Gregorius dicitur, *quod hoſtia, poſt communes præſentis populi preces ſit conuerſa in carnem*, carnemq; crediderint, & B. Gregorius, & præſens populus, & incredula mulier: rurſumque, muliere iam in fide confirmata poſt repetitas preces redierit ad priſtinam panis figurā. Sic *apertiſſimè* dicitur *conuerſa in carnem* hoſtia, cuius meminit Thomas Bozius, & hodie aſſeruatur Aufidi in Piceno: de qua Capite 11. huius ſecundi Tract. Theſ. 16. 2.

Similiter pro verò ſanguine, vt omittam alios, eſt res geſta, quam in Vrbano 4. recenſet Platina, qua dicitur *viuū ſanguinē fluxiſſe*, VVulſmijs, in ditione Vrbenetana, ex hoſtia, ſub qua vtrum Chriſti corpus contineretur, dubitabat ſacerdos. An verò viuus ſanguis, nō eſt verus ſanguis? & ſi de hoc dubitatur, qui ex hoſtia, ſpecieque panis fluxit, an de illo poteſt eſſe dubium, qui fluxit ex carne, & carne, quę vt Bozius loquitur, *apertiſſimè caro exiſtimabatur*. 3.

Sed tamē quēadmodū verus infans, aut puer, nō fuit qui aliquādo puer aut infans apparuit in ſacramēto: ita neq; vera caro fuit veruſq; ſanguis, qui ſanguis aliquādo caroq; apparuit. Qualis enim ſanguis fuit, & qualis caro ſi vera fuit? vt bruti alicuius animantis fuerit non cōuenit nec quis dixerit vt dicatur humana caro ratio nō permittit. 4.

Nam ſi humana, vnde petita? An fortè ex alicuius hominis corpore decerpta eſt? An non hoc, ſed à Deo, vbi apparuit, ex nihilo facta Prius nullus conceſſerit, quia nullus ſibi detractam eſſe vnquam notauit poſterius ſine miraculo non contingit, quo profectò in his prodigioſis Apparitionibus non eſt opus. 5.

Deinde, vel cum hac carne atque ſanguine permanſerunt Sacramentales ſpecies, vel ijs recedentibus ſubſtituta ſunt caro atq; ſanguis. Prius nequit eſſe ſine dimenſionum penetratione, quæ rurſus 6.

Digitized by Google

miraculum eſt,& omnipotentiam Dei poſtulat: poſterius pietati repugnat Chriſti fidelium; quæ, vt plurimum hanc carnem, atq; hunc ſanguinem, tanquam verum ſacramentum veneratur & colit.

7. Rurſus, definunt aliquando hæc. quæ videntur, caro & ſanguis. Quo modo verò? An ita, vt in Chriſti conuertantur carnem & ſanguinem? an quia in nihilum rediguntur? In nihilum ſine nouo miraculo non rediguntur, vt in Chriſti conuertantur carnem & ſanguinem fieri nequit; quia quod in Chriſto conuertatur carnem & ſanguinem eſt nihil, præter panis vinique ſubſtantiam

8. Pręterea, vel longo tempore vult Deus carnem hanc ſanguinemque inter homines conſeruari, vt conſeruata alicubi ſunt ad annos ter centum, & plures, quemadmodum Thomas Bozius teſtatur, cap.7.lib.14 de Notis Eccleſiæ: vel vult breui aliquo tempore apparere. Hîc non opus eſt vlla, in obiecto, ſine ſacramento, mutatione. At, vt longo tempore, trecẽtis, & pluribus annis, vera caro ſanguiſque conſeruentur integra, rurſus ſine perpetuo quaſi miraculo nequit fieri.

Finis etiam qui Deo in his Apparitionibus eſt propoſitus, non neceſſariò veram carnem, verumq; ſanguinem poſtulat. ſpecie carnis ſanguiniſque exhibita haberi poteſt. Eſt is præcipuè, vt pręſens realiter, atque ſubſtantialiter cognoſcatur eſſe Chriſtus; quod tam cognoſcitur ſpecie carnis, quàm vera carne: ſpecie ſanguinis; quàm vero ſanguine.

10. Itaque ſpecies fuit carnis hîc atque ſanguinis: non vera caro veruſue ſanguis quemadmodum ſpecies fuit infantis, atque pueri; non verus infans, aut puer, qui aliquando viſus eſt. Et ſicuti ibi, quamuis tantùm ſpecies ſiue imago fuerit infantis vel pueri; verè tamen dicitur fuiſſe & viſus infans: ita hîc, quamuis ſpecies & imago tantum fuerit carnis & ſanguinis; verè tamen dicetur viſa caro, viſus ſanguis. Nouum non eſt, quod imagines rerum, verum ipſarum nomina ſortiantur. quod præcedenti Capite demonſtratum eſt.

11. Nec contrarium debent ſuadere quæ pro contraria ſententia allata ſunt argumenta Facilis omnium eſt ſolutio. Ad illud quod ex Amphilochio affertur de Hebræo, qui hoſtiam dicitur accepiſſe *veram carnem factam*, reſpondetur non illam huius orationis eſſe ſententiam, quod ſub vera carne ſacramentum acceperit. certè ab hac ſumptione abhorruiſſet homo infidelis: dicere voluit Amphilochius veram ipſum carnem Chriſti in ſacramento accepiſſe, quia vera caro fuit, quæ ſub panis ſpecie latebat.

Hoſtia

Hoſtia, quam B. Gregorius mulieri obtulit, in carnem dicitur conuerſa idcirco; quia quæ antea ſpeciem panis referebat, poſt orationem communem retulit carnis ſpeciem. Verum quemadmodũ cum ſpeciem panis referret, non panis erat; ita cum referret ſpeciem carnis, non caro erat. Vtrobique autem veram Chriſti carnem continebat. 12.

Caro, quæ Aufidi in Piceno aſſeruatur teſte Bozio, caro non eſt. Hoſtia eſt conſecrata, carnis formam ol m, cum prunis imponeretur recipiens: Hęc ſi hodie priſtinam formã retinet (quod Dei virtute fieri poſſe nemo dubitat) verum Chriſti corpus, vt quæuis conſecrata hoſtia, continet. Si illa corrupta eſt, quod admodum eſt probabile, Chriſti corpus non continet: quamuis eidem ſuus ſit deferendus honor. de quo poſtea. Idem dixerim de ſanguine, qui ex eadem hoſtia dicitur exceptus, quod Chriſti ſanguinem ille non continuerit, ab hoſtia iam diuiſus. 13.

Ille verò, quem Platina, in Vrbano 4. dixit fluxiſſe viuum ex hoſtia viuus veruſque ſanguis, qualis aut in venis eſt, aut ex viuo fluit corpore non fuit. Viuum ergò fortaſsis, dixerit vel ex eorum ſententia qui Chriſti verum naturalemque ſanguinem hunc volunt fuiſſe; quam ſententiam non probamus: vel quia viuum ſanguinẽ prorſus repræſentauit: quomodo *viuam alicuius illam imaginem* dicimus, quæ ad viuum, ſeu perfectiſsimè aliquem exprimit. 14.

Sic qui ex carne fluxit, & non (vt videbatur) hoſtia; viuus non fuit, aut verus ſanguis (de quo ſuperius Theſ. 3. huius Capitis) quemadmodum neque vera viuaque caro, ex qua fluxit. Sanguis carni reſpondebat. & ſicut quid ſimili erat carni, quod ſanguinem ſudabat: ita quid ſimile ſanguini (ſanguineus, ſcilicet, liquor) qui ex ficta carne profluebat. 15.

Dictis hoc addimus; quod vt verus ſanguis non fuit, qui ex cõſecratis hoſtijs fluxit: ita neque veri ſanguinis fuerunt veſtigia, rubentis maculæ, in aliquibus hoſtijs deprehenſæ quales ſunt, quæ religioſè Bruxellis adhuc aſſeruantur: illa quoque, quam impius Paulus ferm, ſacrilego vendidit Iudæo, de qua Capite 11. huius Tract. Theſ. 10. 16.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Quodnam ſit vel fuerit ſubiectum formarum & ſpecierum peregrinarum, quæ in Apparitionibus Sacramentalibus ſunt obſeruatæ.

Digitized by Google

Quandoq; ſunt hæ formæ in ſolo viſus organo:
Quandoq; in ſolo medio:
Quandoq; in corpore Sacramentum circumſtante.
Nunquam ſunt in Chriſti corpore aut ſanguine.
Non enim hoc illarum capax.
Sunt plerumq; & in ſpeciebus Sacramentalibus in his enim ſpeciebus ſunt, quæ ad formas concurrunt.
Hæ item ſpecies ſubiectum ſunt mutationis hic.
Hæ apparent formis peregrinis ceſſantibus.
Quantitas propriè formarum harũ ſubiectum.
Aliquando formæ ſunt extra ſpecies Sacramentales.

1. OMnem formam atque ſpeciem, in aliquo ſubiecto eſſe oportere, tam eſt certum, quàm omne Accidẽs, aliquod ſibi ſubiectum (*materiam* vocant *in qua*) vendicare in quo ſubſiſtat. Accidentia enim ſunt formæ, atque ſpecies. Et quemadmodum ſubiectorum eſt, accidentia ſuſcipere, & quaſi ſuſtentare: ita formarum & ſpecierum in ſubiectis ſubſiſtere. Itaque cum in Accidentium genere ſint, quæ in Sacramento Euchariſtiæ peregrinæ formæ & ſpecies aliquando obſeruantur, aliquod, neceſſe eſt, & illæ habeant ſubiectum, cui inſint, & inhæreant. Quod verò illud? Hoc, præſente Capite inquirendum & definiendum eſt.

2. Neceſſe porrò eſt formas has, vel in Chriſti eſſe corpore atque ſanguine vel in ſpeciebus ſacramentalibus panis & vini: vel in aëre, alioue corpore Sacramentum circumſtante; vel in medio, quod intercedit inter viſum atq; Sacramentum: vel in ipſo viſus, quo ſpecies percipiuntur, organo.

3. Neceſſe, inquam, eſt in horum aliquo exiſtere. quid ita? quia cum ipſa viſione neceſſe eſt ſemper horum aliqua, concurrere; atque vt ſine omnibus his fiat prorſus impoſsibile. Siquidem in viſione omni, organi ſiue potentiæ eſt munus & officium; eſt plerumque obiectum externum, quod impreſsionem in potentiam facit. eſt, vt plurimum, medium, per quod vel in potentiam agit obiectum; vel in quo ſpecies rei, quæ videri exiſtimatur, effingitur. Cum igitur hæc tam multa variaque concurrant, in horum aliquo noſtræ formæ conſtituentur? vbi vero? Reſpondemus ſequentibus.

4. Sunt quandoque in ſolo viſus organo: ita vt rerum, quæ videri & apparere creduntur, prorſus ſit nihil extra oculum, aut certè extra hominem. Tales non temerè creduntur in Apparitione fuiſſe, quæ Duci Saxoniæ VVidekindo conceſſa; qua infantem ipſe ſolus in Sacramenti diſtributione notauit: in illa item, quã habuit Tho-

mas Cantipratenſis, quà ipſi Chriſtus viſus vir apparuit qui alijs pueri formam referebat.

Quandoque in ſolo medio videntur habuiſſe ſedem; atque ibidem productæ. Primum; non hoc eſſe impoſsibile, norunt docti. Deinde aliquando ibidem productas eſſe, ſi non multis à nobis Capite 11. allatis exemplis certè aliquibus perſuaderi poteſt. 5.

Quandoque etiam in corpore Sacramentum circumſtante veriſimile eſt ſubſtitiſſe. Hoc accidiſſe exiſtimamus in illa Apparitione, quæ Theſ. 20. Cap. 11. affertur, ex Laurentio Surio, qua S. Maria Oegniacenſis dicitur vidiſſe Chriſtum, ſub forma pueri, immenſo lumine coruſcantem, circa ædiculam; in qua Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, pro Catholicorum conſuetudine, aſſeruabatur. 6.

Cæterum, quoniam hæ iam recenſitæ Apparitiones, omnes, ſine reali Sacramenti immutatione perfectæ ſunt; ideoque facilis in his, ad propoſitam Quæſtionem fuit reſponſio; reſtat difficilior quæſtio, de ijs, in quibus realis Sacramenti facta eſt mutatio, qualem aliquando accidiſſe nemini dubium eſſe poteſt. Itaque reſpondendum adhuc eſt, vbi nam reſideant; & quæ ſubiecta habeant ſpecies atque formæ, quę in Apparitionibus conſpiciuntur, in quibus ipſum Sacramentum, quodam modo immutatur & alteratur. 7.

His verò neceſſe eſt, attribuamus ſubiectum, alterum ex duobus: videlicet, aut Chriſti corpus ſanguinemque, aut ſpecies ſacramentales, Chriſti corpus ſanguinemque continentes Neque enim hìc tertium aſsignare poſſumus. *Duabus rebus*, inquiunt Cyprianus de Cæna Domini, atque Auguſtinus de Catechiſ. rudibus cap. 6. *conſtat Euchariſtia, terreſtri atque cœleſti.* illa ſunt ſpecies viſibiles; hæc corpus & ſanguis Domini. In vtro horum edictas ſpecies conſtituemus? Ad quòd duo ſint dicta 8.

Primum eſt, Species atque figuras has non in Chriſti corpore atque ſanguine ſubſiſtere: (ſiue quod idem eſt) corpus Chriſti, Chriſtiq; ſanguinem ipſarum ſubiectum non eſſe. Quemadmodũ *mortuus Chriſtus ſemel, amplius iam non moritur*: ita amplius iam mutationibus, alterationibuſue, ratione vllarum ſpecierum, non eſt ſubiectus. 9.

Et profectò negari non poſſet; quin rurſus mori, atque, vt ita dicam, deſinere Chriſtus poſsit aliquando, ſi has ipſi figuras, tribueremus. Quomodo verò? quia ſubiecta ſubſtantiaſque rerum tum deſinere certum eſt, cum ipſarum quantitas; & quæ cum quantitate coniunctæ ſunt qualitates, tolluntur: quis verò fieri poſſe negabit, 10.

quin formæ hæ (v. g. carnis, pueri &c) in quas Euchariſtia eſt cō-
uerſa, igne abſumi; & in cineres redigi valeant?

11. Præterea ab his formis figuriſque denominationem Chriſtus acciperet diceretur rotundus à figura ſacramentali rotunda: quadratus à quadrata: albus ab alba: ruber à rubra: niger à nigra. Quā verò hæc ſunt indigna.

12. Et calefieri poteſt carnis ſpecies: & frigore conſtringi ſpecies ſanguinis. Rurſus poteſt diuidi, in partes ſecari (alia his ſimilia omitto) Et hæc omnia Chriſto conuenient? nunc calefiet ? nunc frigus patietur? nunc diuidetur? Certè conuenire debent, ſi quæ apparent peregrinæ formæ extra Chriſti carnem ſanguinemque non exiſtūt.

13. Hinc iam Alterum dictorum ſequitur: videlicet, formas has, quæ obſeruatæ ſunt, in ſpeciebus ſacramentalibus reſidere, & fundari. Res eſt clara Cum enim neceſſe ſit, aut in Chriſti eſſe corpore, ſanguineque, aut in hiſce ſacramentalibus ſpeciebus: & Chriſti corpus atque ſanguis, ipſarum capax non ſit, oportet in ſacramentalibus ſpeciebus eaſdem conſtituamus.

14. Præterea, peregrinæ formæ, in ſacramentalibus Apparitionibus accidunt vel ratione inuſitati coloris, (quando v g. hoſtia alba, rubrę carnis ſpeciem accipit) vel figuræ nouæ: (vt ſi puelluli figuram reddat) vel rarefactionis, & condēſationis. (vt dum maior, quæ ante minor, apparet & contra.) At hæc omnia ad ſpecies ſacramentales pertinent: Omnes igitur formæ ſpeciebus hærebunt ſacramentalibus.

15. Quod dicimus hac Ratiocinatione clarius docemus. In omni mutatione idem eſt ſubiectum eius formæ, quæ abijcitur, atque eius quæ de nouo acquiritur (Philoſophi vocant, *terminū à quo, & ad quē.*) At verò ſubiectum formæ, quę abijcitur, ſpecies ſunt ſacramentales non Chriſti corpus aut ſanguis: ſubiectum igitur formæ, quæ acquiritur, etiam ſpecies erunt ſacramentales. Hic quia certa omnia, probandum nihil.

16. Eſt quoque pro ſpeciebus ſacramentalibus hoc argumentum: quando peregrinæ aliquando deſierunt, rurſus apparuerint ſacramentales, quocirca quemadmodum aqua frigida verè cognoſcitur fuiſſe ſubiectum caloris accidentis quando poſt calorem, prius frigus reuertitur: ita verè cognoſcūtur ſubiectum peregrinarum Specierum ſacramentales ſpecies; quando peregrinus recedentibus redeunt ſacramentales, vt redierunt perſæpè. 1

17. Interim tamen, non omnes ſacramentales ſpecies peregrinarum ſubiectum ſunt: ex omnibus vna tantum eſt quantitas: Neq; enim ſubiecta accidentium alia ſunt præter ſubſtantiā & quantitatem (quę

ſubie-

ſubiectum quo in ſcholis dicitur, vt ſubſtantia *ſubiectum quod*) Quocirca cùm ſubſtantia Corporis Chriſti harum formarum ſubiectum eſſe nequeat, vt dictum: & præter hanc in Sacramento nulla ſit, ſi aliquod ſubiectum formæ hæ habent, vt habent, oportet habeant quantitatem.

Atque ita profectò res ſe habet. Nam & illa ſubiectum eſt albedinis, atque figuræ hoſtiæ, ſub qua eſt Chriſti caro: ſpecierum item illarum vini, ſub quibus eſt Chriſti ſanguis, quocirca & peregrinarũ erit carnis ſanguiniſque &c ſpecierum: cum *contrariarum*, quæ mutatione deponuntur, & acquiruntur, idem ſemper ſit ſubiectum.] 18.

Ergò, quæ quantitas prius, ſub candidi panis ſpecie, Chriſti continebat corpus, eadem omninò numero quantitas, poſt illius ſpeciei immutationem, idem Chriſti corpus continet, ſub ſpecie carnis rubræ ſi tamen ſubſtantia panis ſub illo poteſt conſeruari, dictum. Et quantitas, quæ ſub ſpecie vini prius continebat Chriſti ſanguinem eadem poſt, priori ſpecie depoſita, ſub ſpecie ſanguinis, verum continet Chriſti ſanguinem. In vtraque vt mutatione idem manet ſubiectum, Vna eademque quantitas. 19.

Hinc iam perſpicuum eſt, nihil eorũ, per ſe Chriſti corpori accidere, quæ peregrinis his formis accidere poſſunt. Nõ diuidi Chriſti corpus, ſi quæ videtur, & apparet caro, diuidatur: non in cineres redigi Chriſti corpus, ſi eadem in cineres redigatur: non calefieri aut conſtringi frigore, ſi calefiat aut frigore conſtringatur. Quemadmodum enim formæ hæ peregrinæ non in Chriſti ſunt corpore, ſed quantitate; à Chriſti corpore abſoluta, & quaſi per ſe ſubſiſtente, ita quæcunque his formis accidunt, quantitati abſolutæ accidunt non Chriſto. 20.

Verum dubium eſt: ſemperne peregrinæ hæ formæ (carnis, ſanguinis, infantis, &c.) in ſpeciebus ſint ſacramentalibus. Non enim ſemper eſſe eſt veriſimile. Quid enim ſi minima aliqua hoſtia formam accipiat Chriſti perfectum virum referentis? Quid ſi etiam ſanguis ab hoſtia defluat, alioque vaſe excipiatur, quam hoſtia conſeruetur. 21.

Quocirca duobus modis contingere dicemus, vt peregrinæ formæ extra ſacramentales ſint ſpecies, ſiue quantitatem. Vnus eſt ſi quantitas ſacramentalium peregrinis non ſufficiat, quemadmodum in priori exemplo acciderer: alter eſt, ſi à ſacramentalibus prorſus ſint ſeparatæ, vt accideret in poſteriori. 22.

Magna verò inter duos hos modos eſt differentia. Nam ſi peregrinæ ſpecies maiorem quantitatem habeant, quam contulerũt ſa- 23.

cramentales ſub illa, quam contulerunt ſpecies ſacramentales, verum Chriſti corpus continebitur, ſi tamen ſubſtantia panis ſub ijs ſalua eſſe poſsit, & ſub acceſſoria nequaquam At vbi peregrinæ ſpecies à ſacramentalibus prorſus ſunt ſeparatæ, vt accidit in hoſtijs, quæ ſanguine fluxerunt, qui calicibus fuit exceptus, nihil ibi eſt Chriſti, aut corporis, aut ſanguinis.

PARS TERTIA TRACTATVS SECVNDI IN QVA AGITVR DE Cauſis efficientibus Apparitionum Sacramentalium Chriſti, ſub peregrina ſpecie.

TErtia parte, huius Tractatus, Cau a efficiens potiſsimum huius Sacramentalis, ſub peregrina ſpecie, Apparitionis, inueſtiganda eſt. Hæc autem, vel Phyſica eſt, vel Moralis. Illa propriè habet rationem efficientis: hæc, quaſi efficientis: vt hic poteſt dici voluntas hominum, quæ Apparitioni occaſionem præbuit. Quia verò Efficiens in agendo certum in ſubiecta materia modum ſeruat; prius, qualis hic in hac Apparitione ſit, aperiendum eſt. Tribus ergò quaſi membris, tertia huius Tractatus pars conſtabit. A modo facimus initium.

CAPVT VIGESIMVM.

De modis, quibus Sacramentales Apparitiones ſub peregrinis formis accidunt.

Acci-

Accidunt modis varijs, ſcilicet.
Aut nouæ ſpeciei productione tantum:
Aut acceßione noua quantitatis ad Sacramentalem.
Aut immutatione quantitatis Sacramentalis:
Aut alteratione qualitatum in ſpeciebus Sacramentalibus.

Hi modi accidunt in Apparitionibus quæ vel ſunt totæ in ipſis ſpeciebus Sacramentalibus:
Vel totæ extra ipſas:
Vel partim extra, partim in ſpeciebus:
Veruntamen non omnes in omnibus Apparitionibus locum habent: &c.

APparitiones hæ, quemadmodum ex ſuperioribus colligitur, triplices poſſunt diſtingui. Nunc totæ ſunt in ipſis ſpeciebus ſacramentalibus; nunc totæ extra ſpecies ſacramentales: nunc partim extra ipſas, partim in ipſis. Primi exemplum præbet hoſtia conuerſa in carnem, ſeruata priori ſua quantitate. Secundi, Apparitio infantis, v. g. in ſolo viſus organo exiſtens. Tertij, hoſtia mutata in talem viri formam, cui hoſtiæ quantitas non fuit ſufficiens. 1.

Qualeſcunque verò ſint, neceſſe eſt fiant, aut nouæ tantum ſpeciei productione: aut acceſsione nouæ quantitatis ad ſacramentalem: aut quãtitatis ſacramentalis immutatione: aut alteratione qualitatum in ſpeciebus ſacramentalibus. 2.

Noua ſpecies producitur, cum Apparitio nullam extra ſenſum ſedem habet, aut certè abſque Sacramenti fit mutatione. Noua quãtitas accedit, cum ſacramentalis ſufficiens non eſt ad figuram, qua Apparitio in oculos incurrit. Sacramentalis quantitatis fit immutatio, quando v. g. rotunda hoſtiæ figurã accipit quadratã. Alteratio fit qualitatum, quando ſanguinis ſpeciem accipiunt ſpecies vini. 3.

His modis omnis Apparitio hæc accidit in tribus iam recenſitis Apparitionibus. veruntamen non omnes hi modi, in omni Apparitione, locum habent. quidam in hoc, alij in alio genere habent: & quoddam genus plures admittit, quoddam pauciores. Quod qua ratione verum ſit, recteque dicatur, clarum erit, ſi tria genera Apparitionum luſtrauerimus.

Primæ ergo illæ, quæ totæ ſunt in ipſis ſpeciebus ſacramentalibus, tribus modis accidunt. Nam vel aliam formam figuramque ſacramenta accipiunt ſub eadem quantitate. Vel alias induunt qualitates ſub eadem quantitate: vel qualitatis ſimul cum qualitate fit mutatio. Primum contingit, ſi hoſtia mu- 4.

tetur in candidum puellulum, aut ſpecies vini rubri in ſanguinē. Alterum, ſi ſpecies vini albi in ſanguinem. Tertium, ſi Crucifixi ſanguine cruenti, hoſtia accipiat figuram.

5. Secundæ Apparitiones, nouæ ſpeciei fiunt productione tantum; abſque vlla ſacramentalium ſpecierum, aut immutatione, aut acceſſione. Neque enim has oportet aut immutari; aut acceſsione externæ quantitatis creſcere; cùm quod videtur atque apparet, non in, ſed extra ſacramentum exiſtat.

6. Noua verò, quæ hic producitur, ſpecies, tripliciter ſe habet. Aut enim in ſolo eſt viſus organo: aut in medio aëre, eoque coacto formatur: aut circa ipſum ſacramentum in alio corpore effingitur; ita; vt à ſacramento ſeparata non videatur eſſe. In primo illo modo, viſio nulli contingit, niſi in cuius oculo eſt ſpecies. In ſecundo, poteſt contingere pluribus; quorum eodem modo viſus ſe habet ad medium, In tertio, omnibus, qui in Sacramentum viſum oculoſq; dirigunt.

7. Tertiæ Apparitiones pluribus modis accidunt. Nam cum hæ partim conſiſtant in ſpeciebus Sacramentalibus; partim extra has ſpecies; principio modi, qui locum habent, in primo illo genere, vbi Apparitio omnis in ſacramentalibus eſt ſpeciebus, etiam hîc poſſunt reperiri. Itaque & hic aliam formam figuramque ſacramenta poſſunt accipere, & alias item induere qualitates.

8. Deinde, noua quantitatis hîc fit acceſsio: quam neceſſe eſt fieri, ſi ſub priori ſacramenti quantitate, ſpecies, quæ exhibetur, non poſsit ſubſiſtere Quod quamuis rarius accidit, vt credimus: accidere tamen poſſe, non minus eſt probabile, quam euenire quaſcunque alias, in hoc genere Apparitiones.

9. Alia verò conditio eſt ſacramentalis quantitatis; alia eius, quæ ad ſacramentalem accedit, externæ: Sacramentalis eſt ſine ſubiecto; &, veluti ſubſtantia, per ſe exiſtit. Externa hæc, & acceſſoria, eſt in ſub-

10. iecto; nec ſuam, in qua reſidet ſubſtantiam relinquit.

Itaque fit, vt duplex hîc ſit modus quantitatis, ſub qua Chriſtus apparere dicitur. alter eſt ſacramentalis, alter naturalis. Vterque ſibi manet: neuter alteri permiſcetur: niſi forte ſacramentales ſpecies in tantum accideret corrumpi, vt panis vinique ſubſtantiæ ſub ijs conſiſtere nequirent. Quod ſi fiat, vna ratio erit quantitatis vtriuſque non duplex. Hoc de modo, quo Apparitiones hæ fiunt, breuiter, ſequitur de Efficiente cauſa.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quæ cauſa efficiens Apparitionis Chriſti ſacramentalis ſub peregrinis ſpeciebus: & qua ratione formæ fiant.

Poſſunt omnes à Deo eſſe & fieri.
Quid enim non poteſt Deus?
Poſſunt & Angelorum opera fieri.
Quia quæ hic requirũtur Angeli poſſunt præſtare.
Ab angelis quoque ipſæ fiunt.
Ita poſtulat ratio diuinæ prouidentiæ.

Tribus modis Angelorum opera perficiuntur.
Illuſione ſenſuum.
Quando in ſacramento nulla accidit mutatio.
Motu locali atque
Applicatione actiuorum ad paſſiua
Quando fit mutatio in ſacramento.

APparitionis nomine, quãdo Efficientem eius cauſam indagamus, non tam ipſam Apparitionem (*formaliter*) vt viſio quædam eſt intelligimus; quam res, ſiue figuras in hac Apparitione apparentes. Nec enim prius opus eſt inquirere, difficultatẽ nullam habet, propterea, quod Apparitio, ea ratione, actus ſit videntis, adeoque *vitalis*; vt diximus; ideoque principium, ſiue cauſam Efficientem habeat Viſum ipſum; qui viſionem & producit, & in ſe ſuſcipit. 1.

Res verò, ſiue ſpecies, quæ videntur, alias habent cauſas Efficientes. Et merito, quia obiecta ſunt, quæ viſu percipiuntur. quocirca neceſſe eſt, vt quemadmodum à viſu illæ diſtinguuntur, ita alias à viſu habeant cauſas, à quibus producuntur & efficiuntur. 2.

Omnes autem, quæ in his Apparitionibus ſunt & inueniuntur, vel propria ſunt viſus obiecta; vel viſui, cum alijs quibuſdam ſenſibus, ſunt communia. Propria ſunt ſpecies colorum, qui percipiuntur; albedo, videlicet, rubedo &c. Communia, figuræ, ſiue modi quantitatis, vt forma pueri, infantis, &c. 3.

Notandum & illud, duobus modis Res has in Apparitionibus huiuſmodi percipi; vel reuera, ſiue realiter; quando extra ſenſus ipſæ exiſtunt, & in ſenſus quaſi impreſsionem quandam faciant: vel ſecundum apparentiam tantum; quando, quæ viſu percipi exiſtimantur, formæ & figuræ, & colores, in ſolo ſunt ſenſu. 4.

Ergo Res, quarum cauſæ Efficientes in his Apparitionibus dandæ ſunt primò ſunt ſpecies atq; idola in humanis ſenſibus tantum 5.

Ee reſi-

reſidentia deinde colores alij, tertiò formæ atque figuræ aliæ atq; aliæ ſub quibus Chriſtus vt dicitur, apparet. Præter hæc nihil hic inuenitur. Et ob id ille propriè cauſa Efficiens harum Apparitionum dicetur, cui rectè decenterq; illorum trium effictio ſiue efformatio tribuitur. Et quis ille?

6. De Deo dubium non eſt quin vt omnia per ipſum facta aliquando, cœlum terra, & quæcunque cœli ambitu continentur; ita hæc, quæ illis multò ſunt inferiora poſsit. Optimè dixit Angelus, Lucæ 1. *Apud Deum nihil impoßibile.* Optimè Eſter, *In ditione tua cuncta ſunt poſita.* Eſter. 13.

7. Sic doctoribus vix dubium eſt; quin Angelorum miniſterio fieri omnia poſsint. Triplici enim virtute plurimum illi præſtare valent, per motum, ſcilicet, localem; per applicationem actiuorum ad paſsiua: per ſenſuum quandam, vt ita dicam, ludificationem Quantum valeant per motum localem, teſtatur motus cœlorum velociſsimus, tam magnorum vaſtiſsimorumque corporum, abſque vlla ipſorum defatigatione. Quantum, per applicationem actiuorum ad paſsiua, variæ Apparitiones Dei in veteri Teſtamento, ipſorum opera adminiſtratæ. Quantum, per ſenſuum ludificationem Sodomitæ cæcitateque ab illis percuſsi, quando vim in domum ſancti viri Loth fecerunt.

8. Vtrique igitur, Deus, inquam & Angeli poſſunt has Apparitiones efficere, veruntamen non eodem modo. Poteſt Deus, quo Angeli: ſed non Angeli, quo Deus. Nam quemadmodum illas Angeli poſſunt motu locali, applicatione actiuorum ad paſsiua, ſenſuumque illuſione; ita poteſt Deus, ſed Deus præterea poteſt per ſe abſque cauſis ſecundis agentibus & patientibus; hoc non poſſunt Angeli.

9. Atque hinc eſt, vt Apparitiones hæ reſpectu Dei poſsint dici, & eſſe nobis *ſupernaturales*; vt ſi ſolus ipſe aliquando agat, ad agendum ſecum nullam cauſarum ſecundarum aſſumens, quibus in ſimili negotio Angeli indigerent. Sed quatenus Angelorum opera perficiuntur; quia naturales ipſorum vires, ſecundarumque cauſarum, quæ ab Angelis aſſumuntur, non excedunt; quamuis naturales nō videantur, reuera tamen *naturales* ſunt, dicique poſſunt, & debent.

10. Verum ſit ita: Poſsint Apparitiones hę & Deum, & Angelos habere authores; ſed quem habent? Angelos habent: non Deum, vt plurimum. Perſuadet hoc ſuauis diuinę prouidentię, qua cuncta adminiſtrat, ratio. Quæcunque enim fieri poſſunt miniſterio cauſarum ſecundarum, quamuis ſine his, & per ſe illa poſsit Deus, non tamen

tamen per ſe illa operatur. Mouet cœlos per Angelos: producit hominem per maris fœminæque coniunctionem: animantia per virtutem naturalis ſeminis,&c.

11. Sed &, quæ omninò ipſius opera exiſtimari potuerunt, corpora, corporumque variæ formæ, quibus ſe in veteri Teſtamento conſpiciendum exhibuit, Angelorum opera ſunt omnia; quemadmodum docet liber primus de Apparitionibus Veteris Teſtamenti. Et quæ in fine mundi mortuorum erit reſurrectio ſine Angelorum miniſterio non perficietur: ſicut habet Libellus de glorioſa Chriſti in Nubibus Apparitione.

12. Alio verò, atque alio modo ex tribus, (quibus plurimum Angelos poſſe diximus) Apparitiones his, ſiue res, per quas Apparitiones hæ fiunt, efficiunt, prout aliæ atque aliæ ſunt Apparitiones. Nam ſi in ſacramento nulla ficta ſit immutatio illuſione ſenſuum Apparitiones perficiuntur: ſi immutatio aliqua fiat; illam vel motu locali efficiunt, vel applicatione actiuorum ad paſsiua.

13. Illuſio ſenſuum contingit, vel ex parte potentiæ, vel medij, vel corporis circa Euchariſtiam. Species enim Chriſti, quæ videri creditur, vel in organo ſenſus fingitur; vel producitur in medio; vel incipit eſſe in corpore aliquo, Euchariſtiæ vicino. Quomodocunque fiat, vbiuis formas, quæ videntur, producere poſſunt: in viſus organo, ſubſidio humorum atque ſpirituum & in ijs latentium ſpecierum: in medio, & circa Chriſti corpus, partim per ſe, immediatè, aërem condenſando, formamque, quam volunt, ipſi dando; Partim, mediatè, complicatione actiuorum & paſsiuorum, ad quā, quas volunt, formæ ſequuntur.

14. Motu verò locali, atque coniunctione actiuorum paſsiuorumq; vtuntur; quando in ſacramento immutatio aliqua exiſtit: & motu locali figuram peregrinam, vt plurimum, ſacramenta accipiunt actiuorum autem paſsiuorumque coniunctione peregrinos colores, qualis eſt ſanguinis. Vtroque fit, vt plurimum, ſanguis, qui ex hoſtia quandoque profluxiſſe eſt obſeruatus.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

An Apparitiones Chriſti Sacramentales ſub peregrinis ſpeciebus Quandoque Dæmonum opera perficiantur: quibuſue hæ Apparitiones Dæmoniacæ accidant.

Poſſunt fieri, quia plurimum valent dæmones ijs, quæ hic requiruntur,
Virtute mouendi corpora:
Facultate coniungendi actiua paſſiuis:
Illuſione ſenſuum.
Veriſimile quoque aliquando factas.
Si quæ factæ, ex ijs fuerunt, in quibus nulla in ſpeciebus Sacramentalibus mutatio accidit.
Non rectè dicitur illas à Dæmonibus factas,
Vbi ſpecies tandem corrumpuntur.
Quæ aliquando acciderunt, acciderunt hominibus,
Non infidelibus:
Non de veritate Sacramenti dubitantibus:
Non Sacramento abutentibus.
Sed qui ſibi de ſanctitate q. blandiuntur:
Seque alijs ſuperbè præferunt, &c.

1. MAgnam Dæmonum eſſe vim, atque poteſtatem norunt omnes. Et quoniam eiuſdem ſunt cum bonis Spiritibus conditionis; & nec minores ipſorum, quam illorũ vires; poterunt, vt videtur; & harum ſacramentalium Chriſti, ſub peregrinis ſpeciebus, non minus eſſe Authores, quàm Angeli boni.

2. Res eò facilius creditur, quod quibus modis Apparitiones hæ, ab Angelis perficiuntur, iiſdem etiam plurimum præſtent Dæmones, quo enim ſunt inferiores? An virtute corpora mouendi? an facultate componendi actiua paſsiuis? aut induſtria imponendi ſenſibus?

3. Virtute corpora mouendi non ſunt deſtituti. Nullum eſt adeo vaſtum corpus, quod dæmones quadam impreſsione loco mouere nequeant, & quidem velociſsimè; dummodo ea mutatione ordo vniuerſi non turbetur. Itaque poſſunt rem aliquam oculis ſubtrahere, & aliam ſubſtituere, tam præpoperè; vt animos oculoſque intuentium fallant, eiſque perſuadeant prioris in hanc poſteriorem integram conuerſionem. Talis exiſtimatur fuiſſe conuerſio ſociorum Diomedis in aues, de qua B. Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 18.

4. Nec ſunt deſtituti facultate actiua paſsiuis coniungendi Nam & hæc motu locali abſoluitur. Mira verò hæc & poſſunt, & præſtant, Nec mirum, cum rerum naturalium ſubſtantias proprietateſq; norint perfectiſsimè, norint etiam commoda applicandi tempora; & ea ſint ſolertia, vt optimè horum miniſterio, quos volunt, admirandos effectus producere queant. Hac induſtria vſi ſunt, quando pro.

pro voluntate Magorum AEgyptiorum, virgas in ſerpentes commutarunt; ranas item atque ciniphos produxerunt, quanquam ſint, qui velint ipſos non aduertentibus ſpectatoribus virgas ſubtraxiſſe, & eorum loco veros ſerpentes, virgis mole æquales ſuppoſuiſſe; tam ſubitò & ſubtiliter, vt AEgyptij ſectantes crederent ipſarum virgarum eſſe immutatam formam.

Nec minus poſſunt Dæmones ſenſibus imponere, quam Angeli 5.
boni: & quod non minus poſſunt, ſæpius hi quā boni, faciunt, nunc per obiectum quod fingunt, nunc per medium, quod immutant: nunc per ſenſus, quos occupant.

Illudunt ſiue decipiunt ratione obiecti (quemadmodum docet 6.
Molina noſter. 1. par. q. 3. ar. 4) primò, rerum oſtenſarum celeri agitatione, ſubita occultatione, varia collocatione, ſeparatione, vel conglutinatione lātente: deinde noui obiecti fabricatione, illiuſque potentiæ repreſentatione: tertiò oppiſitione alicuius externi corporis quod vi ſua efficiat, vt id quod videtur, aliud appareat, quam reuera ſit.

Illudunt ex parte medij, impediendo ſpecies rerum, ne ad ſenſus 7.
deferantur: medium item aliqua qualitate imbuendo, qua ſpecies quæ per medium defertur, quaſi inficitur, ideoque obiectum aliter quam eſt, repreſentet: præterea medium cōdenſando, aut etiam vehementius agitando nam & vtroque hoc modo res aliam formam in ſenſibus accipit, quam in ſe habet.

Illudunt ex parte potentiæ vel organi, ſitum eius immutando 8.
humores & ſpiritus, in quibus rerum ſpecies reſident, agitando & perturbando: vim ſentiendi hebetando, aut craſsiori aliquo humore ſpiritibus vitalibus viam obſtruendo, ne ad organum perueniāt. Omitto alios modos nobis incognitos, ipſis notiſsimos.

His modis ſenſibus Dæmones ſolent illudere, & mirabilia videri 9.
efficere. Quædam referimus ex Clemente Romano, lib. 2. Recognition. & libro 6. Conſtitutionum Apoſtol. quæ ille habet de Simone mago. Docet eundem (hac Dæmonum arte) *ex aere nouum creaſſe hominem: quibus valebat inuiſibilem factum: ſaxa quaſi lutum penetraſſe: ſtatuas animaſſe: in igne poſitum non arſiſſe: duas, velut Ianum, facies habentem ſe oſtendiſſe: in ouem aut capram ſe mutaſſe: in aërem ſublatum volaſſe: aurum plurimum exhibuiſſe repente: reges facere eoſq́; deijcere potuiſſe: falci præcepiſſe, vt ipſa iret & meteret, eamque iuiſſe, & decuplo plus cæteris meſſuiſſe: eundem, cum eſſet aliquādo Sellene meretrix in turre quadā, & accurriſſet multitudo ingens ad eam videndam, turrimque circumcinxiſſet adſtantium corona, feciſſe, vt illa per cunctas feneſtras turris illius, omni ſimul populo proſpiceret:*

 & pro-

& procumbere videretur: deniq; quod pueri incorrupti violenter necati animã adiuramentis euocaſſet, eiuſq; adiutorio talia patraret. Hæc clemens. Addit nõnulla Anaſtaſius Nicenus, quæſt. 23. in ſacras ſcrip. *Statuas,* inquit, *faciebat ambulare, & in igne volutatus non vrebatur: in aere volabat, & ex lapidibus panes faciebat, ſerpens fiebat, & in aliquos alias beſtias transformabatur: duas habebat facies: in aurum conuertebatur: in conuiuijs exhibebat ſpectra omnis generis: vaſa quæ erant in ædibus faciebat videri, tanquam quæ ſua ſponte mouerentur ad miniſterium, ijs, qui portabant, non viſis: efficiebat vt multæ vmbræ illum præcederent, quas dicebat eſſe animas defunctorum.*

10. Atque ex his clarum eſt, Apparitionum harum Dæmones authores eſſe poſſe. Quid, quod fuiſſe quidam credant? Certè Alexander Alenſis, 4. par. quæſt. 53. memb. 4 art. 3. & Gabriel. Biel, lectio 51. in Canonem Miſſ. illas opera Dæmonis credunt perfectas, in quibus viſa caro, aut ſanguis, temporis diuturnitate corrupta fuerunt. Hoc vtrum verum credi, dicique debeat, poſtea intelligetur.

11. Nos, profectò, factas aliquando non facilè negauerimus. Si enim Dæmones Chriſti ſpeciem atque imaginem, abſente ſacramento aliquando exhibuerunt, quid prohibet exhibeant præſente? Exhibuiſſe verò duobus exemplis inter alia docetur, cap. 26. libri de locis infeſtis: altero B. Martini, altero Secunduli. Cum enim Martinus morti proximus eſſet ea ſe ſpecie ipſi exhibuit Dæmon, quæ Chriſtum referret, & qua niſi habitus verſipellem prodidiſſet, fortè vir ſanctus deceptus fuiſſet. In eadem ſpecie apparuit Secundulo, & vt eremum relinqueret, author fuit.

12. Sed tamen non omnes admitterem per Dæmones fieri. Cũ enim harum Apparitionum quædam accidãt reali Sacramenti ipſius immutatione, (qua videlicet ſpecies ſacramentales vel nouam qualitatem induunt vel nouam accipiũt figuram) quædam fiant ſola ſenſuum quaſi illuſione, abſque vlla reali Sacramenti immutatione, has dixerim aliquando fieri opera Dæmonis, illas nequaquam.

13. Et has idcircò Dæmonibus authoribus, cõceſſerim, quia aliquas ipſius factas opera, non facilè iuerim inficias, hicque nulla fiat ſacramento irreuerentia: & quod verſipelles his illuſionibus intendunt optimè hoc Apparitionis genere poſſunt præſtare.

14. Illas, quæ cum reali ſpecierum ſacramentalium immutatione accidunt, per ipſos fieri negarim: tum, quod veriſimile ſit Deum illas non permittere: tum etiam quod ipſi Spiritus nequam; ſacramentũ vehementer horreant & fugiant. Notæ ſunt ſancti Bernardi atque Proſperi Aquitanici hiſtoriæ. Ille per Euchariſtiam Mediolani Dæmonium expulit hac ratione, *adeſt, inique Spiritus, ſumma poteſtas. In*

tuo

Digitized by Google

eius tibi virtute præcipio, vt ab hac eius ancilla egrediaris. Ille teſtatur Dæmonem profligatum à puella communicatione Corporis Chriſti. Vtrumq; exemplum, & alia præterea pro hoc argumento, habes cap. 26. de Dæmoniacis.

Quapropter non probatur ſententia Alexandri atque Gabrielis, qui etiam harum ſecundi generis, quaſdam opera Diaboli perfectas eſſe credunt: illas videlicet in quibus ſpecies carnis aut ſanguinis, in quas hoſtiæ fuerunt conuerſæ, computruerunt. Quam enim habet conſequentiam. Computruit caro, in quam hoſtia eſt conuerſa: ergò hoſtia Dæmonis arte, & opera in carnem fuit conuerſa? 15

Accedit quod hanc Alexandri atque Gabrielis ſententiam Eccleſia ſuo ritu quodammodo videatur damnare: ſiquidem quaſcunque peregrinas ſpecies, ſub quibus Chriſtus quandoque viſus eſt, magna habet in reuerentia, magnoque honore proſequitur, ſiue illæ à prima forma non degenerarint, ſiue corruptionem contraxerint. 16

Hominum autem rationem videntur habere Dæmones, dum his fictis Apparitionibus eoſdem faſcinant. Quibus ergò maximè hiſce illudunt? Non infidelibus ſuſpicor, & de veritate corporis Chriſti, in ſacramento, dubitantibus. Quoniam magni excellentiſque boni, id eſt, veræ fidei ipſis hac ratione præſens argumentum praberent, quemadmodum hac ratione præberi poſt demonſtrabitur. Quis verò quærere bonum mortalium, dixerit humani generis hoſtes, 17

Sic nec ijs qui ſacramentis altaris abutuntur. Nam & hos à ſcelere, quod patrarēt auocarēt, & ad ſaniora conſilia adducerent, quod etiā ab ipſorum ingenio eſt alienum. Et, quot, quamque fœdè impieque Sacramentis abutuntur ipſis denotiſsimi Malefici & Sagæ? quando verò auditum quod horum quenquam inſolita Apparitione terruerint Dæmones. 18

Illis maximè à Dæmonibus illudi crederem, qui ſibi de ſanctitate blandiuntur, reuelationibus gaudent, hoc nomine videri deſiderant, ſe alijs præferunt, melioreſque exiſtimant. Vnde & ſuum facilè iudicium aliorum, etiam prælatorum Eccleſiæ, anteponunt, & ſuis opinionibus, quamuis falſis ita adhærent, vt nullis rationibus ab ijs dimoueri poſsint, Sed de his alias. 19

CA-

Digitized by Google

quin formæ hæ (v. g. carnis, pueri &c) in quas Euchariſtia eſt cõuerſa, igne abſumi, & in cineres redigi valeant?

11. Præterea ab his formis figuriſque denominationem Chriſtus acciperet diceretur rotundus à figura ſacramentali rotunda: quadratus à quadrata: albus ab alba: ruber à rubra: niger à nigra. Quã verò hæc ſunt indigna.

12. Et calefieri poteſt carnis ſpecies: & frigore conſtringi ſpecies ſanguinis. Rurſus poteſt diuidi, in partes ſecari (alia his ſimilia omitto) Et hæc omnia Chriſto conuenient? nunc calefiet? nunc frigus patietur? nunc diuidetur? Certè conuenire debent, ſi quæ apparent peregrinæ formæ extra Chriſti carnem ſanguinemque non exiſtũt.

13. Hinc iam Alterum dictorum ſequitur: videlicet, formas has, quæ obſeruatæ ſunt, in ſpeciebus ſacramentalibus reſidere, & fundari. Res eſt clara Cum enim neceſſe ſit, aut in Chriſti eſſe corpore, ſanguineque, aut in hiſce ſacramentalibus ſpeciebus: & Chriſti corpus atque ſanguis, ipſarum capax non ſit, oportet in ſacramentalibus ſpeciebus eaſdem conſtituamus.

14. Præterea, peregrinæ formæ, in ſacramentalibus Apparitionibus accidunt vel ratione inuſitati coloris, (quando v g hoſtia alba, rubræ carnis ſpeciem accipit) vel figuræ nouæ: (vt ſi puelluli figuram reddat) vel rarefactionis, & condẽſationis. (vt dum maior, quæ ante minor, apparet & contra.) At hæc omnia ad ſpecies ſacramentales pertinent: Omnes igitur formæ ſpeciebus hærebunt ſacramentalibus.

15. Quod dicimus hac Ratiocinatione clarius docemus. In omni mutatione idem eſt ſubiectum eius formæ, quæ abijcitur, atque eius quæ de nouo acquiritur (Philoſophi vocant, *terminũ à quo, & ad quẽ.*) At verò ſubiectum formæ, quę abijcitur, ſpecies ſunt ſacramentales non Chriſti corpus aut ſanguis: ſubiectum igitur formæ, quæ acquiritur, etiam ſpecies erunt ſacramentales. Hic quia certa omnia, probandum nihil.

16. Eſt quoque pro ſpeciebus ſacramentalibus hoc argumentum: quando peregrinæ aliquando deſierunt, rurſus apparuerint ſacramentales, quocirca quemadmodum aqua frigida verè cognoſcitur fuiſſe ſubiectum caloris accidentis quando poſt calorem prius frigus reuertitur: ita verè cognoſcũtur ſubiectum peregrinarum Specierum ſacramentales ſpecies; quando peregrinis recedentibus redeunt ſacramentales, vt redierunt perſæpè.

17. Interim tamen, non omnes ſacramentales ſpecies peregrinarum ſubiectum ſunt: ex omnibus vna tantum eſt quantitas: Neq; enim ſubiecta accidentium alia ſunt præter ſubſtantiã & quantitatem (quę

ſubie-

ſubiectum quo in ſcholis dicitur, vt ſubſtantia *ſubiectum quod*) Quocirca cum ſubſtantia Corporis Chriſti harum formarum ſubiectum eſſe nequeat, vt dictum : & præter hanc in Sacramento nulla ſit, ſi aliquod ſubiectum formæ hæ habent , vt habent , oportet habeant quantitatem.

Atque ita profectò res ſe habet. Nam & illa ſubiectum eſt albedinis, atque figuræ hoſtiæ, ſub qua eſt Chriſti caro: ſpecierum item illarum vini, ſub quibus eſt Chriſti ſanguis, quocirca & peregrinarũ erit carnis ſanguiniſque &c ſpecierum: cum *contrariarum* , quæ mutatione deponuntur, & acquiruntur, idem ſemper ſit ſubiectum.] 18.

Ergò, quæ quantitas prius, ſub candidi panis ſpecie, Chriſti continebat corpus, eadem omninò numero quantitas, poſt illius ſpeciei immutationem, idem Chriſti corpus continet, ſub ſpecie carnis rubræ ſi tamen ſubſtantia panis ſub illo poteſt conſeruari, dictum. Et quantitas, quæ ſub ſpecie vini prius continebat Chriſti ſanguinem eadem poſt priori ſpecie depoſita, ſub ſpecie ſanguinis, verum continet Chriſti ſanguinem. In vtraque vt mutatione idem manet ſubiectum, Vna eademque quantitas. 19.

Hinc iam perſpicuum eſt, nihil eorũ, per ſe Chriſti corpori accidere, quæ peregrinis his formis accidere poſſunt. Nõ diuidi Chriſti corpus, ſi quæ videtur, & apparet caro, diuidatur: non in cineres redigi Chriſti corpus, ſi eadem in cineres redigatur: non calefieri aut conſtringi frigore, ſi calefiat aut frigore conſtringatur. Quemadmodum enim formæ hæ peregrinæ non in Chriſti ſunt corpore , ſed quantitate; à Chriſti corpore abſoluta, & quaſi per ſe ſubſiſtente, ita quæcunque his formis accidunt, quantitati abſolutæ accidunt non Chriſto. 20.

Verum dubium eſt: ſemperne peregrinæ hæ formæ (carnis, ſanguinis, infantis, &c.) in ſpeciebus ſint ſacramentalibus. Non enim ſemper eſſe eſt veriſimile. Quid enim ſi minima aliqua hoſtia formam accipiat Chriſti perfectum virum referentis ? Quid ſi etiam ſanguis ab hoſtia defluat, alioque vaſe excipiatur, quam hoſtia conſeruetur. 21.

Quocirca duobus modis contingere dicemus, vt peregrinæ formæ extra ſacramentales ſint ſpecies, ſiue quantitatem. Vnus eſt ſi quantitas ſacramentalium peregrinis non ſufficiat, quemadmodum in priori exemplo acciderer: alter eſt, ſi à ſacramentalibus prorſus ſint ſeparatæ, vt acciderct in poſteriori. 22.

Magna verò inter duos hos modos eſt differentia. Nam ſi peregrinæ ſpecies maiorem quantitatem habeant, quam contulerũt ſacramen- 23.

cramentales ſub illa, quam contulerunt ſpecies ſacramentales, verum Chriſti corpus continebitur, ſi tamen ſubſtantia panis ſub ijs ſalua eſſe poſsit, & ſub acceſſoria nequaquam At vbi peregrinæ ſpecies à ſacramentalibus prorſus ſunt ſeparatæ, vt accidit in hoſtijs, quæ ſanguine fluxerunt, qui calicibus fuit exceptus, nihil ibi eſt Chriſti, aut corporis, aut ſanguinis.

PARS TERTIA TRACTATVS SECVNDI IN QVA AGITVR DE Cauſis efficientibus Apparitionum Sacramentalium Chriſti, ſub peregrina ſpecie.

Tertia parte, huius Tractatus, Cau a efficiens potiſsimum huius Sacramentalis, ſub peregrina ſpecie, Apparitionis, inueſtiganda eſt. Hæc autem, vel Phyſica eſt, vel Moralis. Illa propriè habet rationem efficientis: hæc, quaſi efficientis: vt hîc poteſt dici voluntas hominum, quæ Apparitioni occaſionem præbuit. Quia verò Efficiens in agendo certum in ſubiecta materia modum ſeruat; prius, qualis hic in hac Apparitione ſit, aperiendum eſt. Tribus ergò quaſi membris, tertia huius Tractatus pars conſtabit. A modo facimus initium.

CAPVT VIGESIMVM.

De modis, quibus Sacramentales Apparitiones ſub peregrinis formis accidunt.

Acci-

Accidunt modi varij, ſcilicet.	*Hi modi accidunt in Apparitionibus quæ vel ſunt totæ in ipſis ſpeciebus Sacramentalibus:*
Aut noua ſpeciei productione tantum:	*Vel totæ extra ipſas:*
Aut acceſſione noua quantitatis ad Sacramentalem.	*Vel partim extra, partim in ſpeciebus:*
Aut immutatione quantitatis Sacramentalis:	*Veruntamen non omnes in omnibus Apparitionibus locum habent: &c.*
Aut alteratione qualitatum in ſpeciebus Sacramentalibus.	

APparitiones hæ, quemadmodum ex ſuperioribus 1.
colligitur, triplices poſſunt diſtingui. Nunc totæ ſunt
in ipſis ſpeciebus ſacramentalibus; nunc totæ extra
ſpecies ſacramentales: nunc partim extra ipſas, par-
tim in ipſis. Primi exemplum præbet hoſtia conuer-
ſa in carnem, ſeruata priori ſua quantitate. Secundi,
Apparitio infantis, v.g. in ſolo viſus organo exiſtens. Tertij, hoſtia
mutata in talem viri formam, cui hoſtiæ quantitas non fuit ſuffi-
ciens.

Qualeſcunque verò ſint, neceſſe eſt fiant, aut nouæ tantum ſpe- 2.
cies productione: aut acceſſione nouæ quantitatis ad ſacramenta-
lem: aut quãtitatis ſacramentalis immutatione: aut alteratione qua-
litatum in ſpeciebus ſacramentalibus.

Noua ſpecies producitur, cum Apparitio nullam extra ſenſum 3.
ſedem habet, aut certè abſque Sacramenti fit mutatione. Noua quã-
titas accedit, cum ſacramentalis ſufficiens non eſt ad figuram, qua
Apparitio in oculos incurrit. Sacramentalis quantitatis fit immu-
tatio, quando v.g. rotunda hoſtiæ figurã accipit quadratã. Alteratio
fit qualitatum, quando ſanguinis ſpeciem accipiunt ſpecies vini.

His modis omnis Apparitio hæc accidit in tribus iam recenſi-
tis Apparitionibus. veruntamen non omnes hi modi, in omni
Apparitione, locum habent. quidam in hoc, alij in alio genere ha-
bent: & quoddam genus plures admittit, quoddam pauciores.
Quod qua ratione verum ſit, recteque dicatur, clarum erit, ſi tria
genera Apparitionum luſtrauerimus.

Primæ ergo illæ, quæ totæ ſunt in ipſis ſpeciebus ſacramen- 4.
talibus, tribus modis accidunt. Nam vel aliam formam figu-
ramque ſacramenta accipiunt ſub eadem quantitate. Vel alias
induunt qualitates ſub eadem quantitate: vel qualitatis ſimul
cum qualitate fit mutatio. Primum contingit, ſi hoſtia mu-

tetur in candidum puellulum, aut ſpecies vini rubri in ſanguinē. Alterum, ſi ſpecies vini albi in ſanguinem. Tertium, ſi Crucifixi ſanguine cruenti, hoſtia accipiat figuram.

5. Secundæ Apparitiones, nouæ ſpeciei fiunt productione tantum; abſque vlla ſacramentalium ſpecierum, aut immutatione, aut acceſſione. Neque enim has oportet aut immutari; aut acceſsione externæ quantitatis creſcere; cùm quod videtur atque apparet, non in, ſed extra ſacramentum exiſtat.

6. Noua verò, quæ hic producitur, ſpecies, tripliciter ſe habet. Aut enim in ſolo eſt viſus organo: aut in medio aëre, eoque coacto formatur: aut circa ipſum ſacramentum in alio corpore effingitur; ita; vt à ſacramento ſeparata non videatur eſſe. In primo illo modo, viſio nulli contingit, niſi in cuius oculo eſt ſpecies. In ſecundo, poteſt contingere pluribus; quorum eodem modo viſus ſe habet ad medium. In tertio, omnibus, qui in Sacramentum viſum oculoſq; dirigunt.

7. Tertiæ Apparitiones pluribus modis accidunt. Nam cum hæ partim conſiſtant in ſpeciebus Sacramentalibus; partim extra has ſpecies; principio modi, qui locum habent, in primo illo genere, vbi Apparitio omnis in ſacramentalibus eſt ſpeciebus, etiam hîc poſſunt reperiri. Itaque & hic aliam formam figuramque ſacramenta poſſunt accipere, & alias item induere qualitates.

8. Deinde, noua quantitatis hîc fit acceſsio: quam neceſſe eſt fieri, ſi ſub priori ſacramenti quantitate, ſpecies, quæ exhibetur, non poſsit ſubſiſtere. Quod quamuis rarius accidit, vt credimus: accidere tamen poſſe, non minus eſt probabile, quam euenire quaſcunque alias, in hoc genere Apparitiones.

9. Alia verò conditio eſt ſacramentalis quantitatis; alia eius, quæ ad ſacramentalem accedit, externæ: Sacramentalis eſt ſine ſubiecto; &, veluti ſubſtantia, per ſe exiſtit. Externa hæc, & acceſſoria, eſt in ſub-
10. iecto; nec ſuam, in qua reſidet, ſubſtantiam relinquit.

Itaque fit, vt duplex hîc ſit modus quantitatis, ſub qua Chriſtus apparere dicitur. alter eſt ſacramentalis, alter naturalis. Vterque ſibi manet. neuter alteri permiſcetur: niſi forte ſacramentales ſpecies in tantum accideret corrumpi, vt panis vinique ſubſtantiæ ſub ijs conſiſtere nequirent. Quod ſi fiat, vna ratio erit quantitatis vtriuſque non duplex. Hoc de modo, quo Apparitiones hæ fiunt, breuiter, ſequitur de Efficiente cauſa.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quæ cauſa efficiens Apparitionis Chriſti ſacramentalis ſub peregrinis ſpeciebus:& qua ratione formæ fiant.

Poſſunt omnes à Deo eſſe & fieri.
Quid enim non poteſt Deus?
Poſſunt & Angelorum opera fieri.
Quia quæ hic requirũtur Angeli poſſunt præſtare.
Ab angelis quoque ipſæ fiunt.
Ita poſtulat ratio diuinæ prouidentiæ.

Tribus modis Angelorum opera perficiuntur.
Illuſione ſenſuum.
Quando in ſacramento nulla accidit mutatio.
Motu locali atque
Applicatione actiuorum ad paſſiua
Quando ſit mutatio in ſacramento.

APparitionis nomine, quãdo Efficientem eius cauſam indagamus, non tam ipſam Apparitionem (*formaliter*) vt viſio quædam eſt intelligimus; quam res, ſiue figuras in hac Apparitione apparentes. Nec enim prius opus eſt inquirere, difficultatẽ nullam habet, propterea, quod Apparitio, ea ratione, actus ſit videntis, adeoque *vitalis*; vt dicimus; ideoque principium, ſiue cauſam Efficientem habeat Viſum ipſum; qui viſionem & producit, & in ſe ſuſcipit. 1.

Res verò, ſiue ſpecies quæ videntur, alias habent cauſas Efficientes. Et merito, quia obiecta ſunt, quæ viſu percipiuntur. quocirca neceſſe eſt vt quemadmodum à viſu illæ diſtinguuntur, ita alias à viſu habeant cauſas, à quibus producuntur & efficiuntur. 2.

Omnes autem, quæ in his Apparitionibus ſunt & inueniuntur, vel propria ſunt viſus obiecta; vel viſui, cum alijs quibuſdam ſenſibus, ſunt communia. Propria ſunt ſpecies colorum, qui percipiuntur; albedo, videlicet, rubedo &c Communia, figuræ, ſiue modi quantitatis, vt forma pueri, infantis, &c. 3.

Notandum & illud, duobus modis Res has in Apparitionibus huiuſmodi percipi; vel reuera, ſiue realiter; quando extra ſenſus ipſæ exiſtunt, & in ſenſus quaſi impreſsionem quandam faciant: vel ſecundum apparentiam tantum; quando, quæ viſu percipi exiſtimantur, formæ & figuræ, & colores, in ſolo ſunt ſenſu. 4.

Ergo Res, quarum cauſæ Efficientes in his Apparitionibus dandæ ſunt primò ſunt ſpecies atq; idola in humanis ſenſibus tantum 5.

Digitized by Google

reſidentia deinde colores alij, tertiò formæ atque figuræ aliæ atque aliæ ſub quibus Chriſtus vt dicitur, apparet. Præter hæc nihil hic inuenitur. Et ob id ille propriè cauſa Efficiens harum Apparitionum dicetur, cui rectè decenterq; illorum trium effictio ſiue efformatio tribuitur. Et quis ille?

6. De Deo dubium non eſt quin vt omnia per ipſum facta aliquando, cœlum terra, & quæcunque cœli ambitu continentur; ita hæc, quæ illis multò ſunt inferiora poſsit. Optimè dixit Angelus, Lucæ 1. *Apud Deum nihil impoſsibile.* Optimè Eſter, *In ditione tua cuncta ſunt poſita.* Eſter. 13.

7. Sic doctoribus vix dubium eſt; quin Angelorum miniſterio fieri omnia poſsint. Triplici enim virtute plurimum illi præſtare valent per motum, ſcilicet, localem; per applicationem actiuorum ad paſsiua: per ſenſuum quandam, vt ita dicam, ludificationem Quantum valeant per motum localem, teſtatur motus cœlorum velociſſimus, tam magnorum vaſtiſsimorumque corporum, abſque vlla ipſorum defatigatione Quantum, per applicationem actiuorum ad paſsiua, variæ Apparitiones, Dei in veteri Teſtamento, ipſorum opera adminiſtratæ, Quantum, per ſenſuum ludificationem Sodomitæ, cæcitateque ab illis percuſsi, quando vim in domum ſancti viri Loth fecerunt.

8. Vtrique igitur, Deus, inquam & Angeli poſſunt has Apparitiones efficere, veruntamen non eodem modo. Poteſt Deus, quo Angeli: ſed non Angeli, quo Deus. Nam quemadmodum illas Angeli poſſunt motu locali, applicatione actiuorum ad paſsiua, ſenſuumque illuſione; ita poteſt Deus, ſed Deus præterea poteſt per ſe abſque cauſis ſecundis agentibus & patientibus; hoc non poſſunt Angeli.

9. Atque hinc eſt, vt Apparitiones hæ reſpectu Dei poſsint dici, & eſſe nobis *ſupernaturales*; vt ſi ſolus ipſe aliquando agat, ad agendum ſecum nullam cauſarum ſecundarum aſſumens, quibus in ſimili negotio Angeli indigerent. Sed quatenus Angelorum opera perficiuntur; quia naturales ipſorum vires, ſecundarumque cauſarum, quæ ab Angelis aſſumuntur, non excedunt; quamuis naturales nõ videantur, reuera tamen *naturales* ſunt, dicique poſſunt, & debent.

10. Verum ſit ita: Poſsint Apparitiones, hę & Deum, & Angelos habere authores; ſed quem habent? Angelos habent: non Deum, vt plurimum. Perſuadet hoc ſuauis diuinę prouidentię, qua cuncta adminiſtrat, ratio. Quæcunque enim fieri poſſunt miniſterio cauſarum ſecundarum, quamuis ſine his, & per ſe illa poſsit Deus, non tamen

tamen per ſe illa operatur. Mouet cœlos per Angelos: producit hominem per maris fœminæque coniunctionem: animantia per virtutem naturalis ſeminis,&c.

Sed &,quæ omninò ipſius opera exiſtimari potuerunt, corpora, corporumque variæ formæ, quibus ſe in veteri Teſtamento conſpiciendum exhibuit, Angelorum opera ſunt omnia; quemadmodum docet liber primus de Apparitionibus Veteris Teſtamenti. Et quæ in fine mundi mortuorum erit reſurrectio ſine Angelorum miniſterio non perficietur: ſicut habet Libellus de glorioſa Chriſti in Nubibus Apparitione. 11.

Alio verò,atque alio modo ex tribus,(quibus plurimum Angelos poſſe diximus) Apparitiones his,ſiue res,per quas Apparitiones hæ fiunt, efficiunt, prout aliæ atque aliæ ſunt Apparitiones. Nam ſi in ſacramento nulla ficta ſit immutatio illuſione ſenſuum Apparitiones perficiuntur: ſi immutatio aliqua fiat; illam vel motu locali efficiunt,vel applicatione actiuorum ad paſsiua. 12.

Illuſio ſenſuum contingit, vel ex parte potentiæ, vel medij, vel corporis circa Euchariſtiam. Species enim Chriſti, quæ videri creditur,vel in organo ſenſus fingitur; vel producitur in medio; vel incipit eſſe in corpore aliquo,Euchariſtiæ vicino. Quomodocunque fiat, vbiuis formas, quæ videntur,producere poſſunt:in viſus organo, ſubſidio humorum atque ſpirituum & in ijs latentium ſpecierum: in medio & circa Chriſti corpus, partim per ſe, immediatè, aërem condenſando,formamque, quam volunt,ipſi dando; Partim, mediatè, complicatione actiuorum & paſsiuorum,ad quã, quas volunt, formæ ſequuntur. 13.

Motu verò locali,atque coniunctione actiuorum paſsiuorumq; vtuntur; quando in ſacramento immutatio aliqua exiſtit: & motu locali figuram peregrinam,vt plurimum, ſacramenta accipiunt actiuorum autem paſsiuorumque coniunctione peregrinos colores,qualis eſt ſanguinis. Vtroque fit,vt plurimum, ſanguis, qui ex hoſtia quandoque profluxiſſe eſt obſeruatus. 14.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

An Apparitiones Chriſti Sacramentales ſub peregrinis ſpeciebus Quandoque Dæmonum opera perficiantur: quibuſue hæ Apparitiones Dæmoniacæ accidant.

Digitized by Google

Poſſunt fieri, quia plurimum valent dæmones iis, quæ hic requiruntur,
Virtute mouendi corpora:
Facultate coniungendi actiua paſſiuis:
Illuſione ſenſuum.
Veriſimile quoque aliquando factas.
Si quæ factæ, ex iis fuerunt, in quibus nulla in ſpeciebus Sacramentalibus mutatio accidit.
Non rectè dicitur illas à Dæmonibus factas,
Vbi ſpecies tandem corrumpuntur.
Quæ aliquando acciderunt, acciderunt hominibus,
Non infidelibus:
Non de veritate Sacramenti dubitantibus:
Non Sacramento abutentibus.
Sed qui ſibi de ſanctitate q. blandiuntur:
Seque aliis ſuperbè præferunt, &c.

1. MAgnam Dæmonum eſſe vim, atque poteſtatem norunt omnes. Et quoniam eiuſdem ſunt cum bonis Spiritibus conditionis; & nec minores ipſorum, quam illorũ vires; poterunt, vt videtur; & harum ſacramentalium Chriſti, ſub peregrinis ſpeciebus, non minus eſſe Authores, quàm Angeli boni.

2. Res eò facilius creditur, quod quibus modis Apparitiones hæ, ab Angelis perficiuntur, iiſdem etiam plurimum præſtent Dæmones, quo enim ſunt inferiores? An virtute corpora mouendi? an facultate componendi actiua paſsiuis? aut induſtria imponendi ſenſibus?

3. Virtute corpora mouendi non ſunt deſtituti. Nullum eſt adeo vaſtum corpus, quod dæmones quadam impreſsione loco mouere nequeant, & quidem velociſsimè; dummodo ea mutatione ordo vniuerſi non turbetur. Itaque poſſunt rem aliquam oculis ſubtrahere, & aliam ſubſtituere, tam præpoperè; vt animos oculoſque intuentium fallant, eiſque perſuadeant prioris in hanc poſteriorem integram conuerſionem. Talis exiſtimatur fuiſſe conuerſio ſociorum Diomedis in aues, de qua B. Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 18.

4. Nec ſunt deſtituti facultate actiua paſsiuis coniungendi Nam & hæc motu locali abſoluitur. Mira verò hæc & poſſunt, & præſtant, Nec mirum, cum rerum naturalium ſubſtantias proprietateſq; norint perfectiſsimè, norint etiam commoda applicandi tempora; & ea ſint ſolertia, vt optimè horum miniſterio, quos volunt, admirandos effectus producere queant. Hac induſtria vſi ſunt, quando pro

pro voluntate Magorum AEgyptiorum, virgas in ſerpentes commutarunt; ranas item atque ciniphos produxerunt, quanquam ſint, qui velint ipſos non aduertentibus ſpectatoribus virgas ſubtraxiſſe, & eorum loco veros ſerpentes, virgis mole æquales ſuppoſuiſſe; tam ſubitò & ſubtiliter, vt AEgyptij ſpectantes crederent ipſarum virgarum eſſe immutatam formam.

Nec minus poſſunt Dæmones ſenſibus imponere, quam Angeli boni: & quod non minus poſſunt, ſæpius hi quā boni, faciunt, nunc per obiectum quod fingunt, nunc per medium, quod immutant: nunc per ſenſus, quos occupant. 5.

Illudunt ſiue decipiunt ratione obiecti (quemadmodum docet Molina noſter. 1. par. q. 3. ar. 4) primò, rerum oſtenſarum celeri agitatione, ſubita occultatione, varia collocatione, ſeparatione, vel conglutinatione latente: deinde noui obiecti fabricatione, illiuſque potentiæ repreſentatione: tertiò oppiſitione alicuius externi corporis quod vi ſua efficiat, vt id quod videtur, aliud appareat, quam re uera ſit. 6.

Illudunt ex parte medij, impediendo ſpecies rerum, ne ad ſenſus deferantur: medium item aliqua qualitate imbuendo, qua ſpecies quæ per medium defertur, quaſi inficitur, ideoque obiectum aliter quam eſt, repreſentet: præterea medium cōdenſando aut etiam vehementius agitando nam & vtroque hoc modo res aliam formam in ſenſibus accipit, quam in ſe habet. 7.

Illudunt ex parte potentiæ vel organi, ſitum eius immutando humores & ſpiritus, in quibus rerum ſpecies reſident, agitando & perturbando: vim ſentiendi hebetando, aut craſsiori aliquo humore ſpiritibus vitalibus viam obſtruendo, ne ad organum perueniāt. Omitto alios modos nobis incognitos, ipſis notiſsimos. 8.

His modis ſenſibus Dæmones ſolent illudere, & mirabilia videri efficere. Quædam referimus ex Clemente Romano, lib. 2. Recognition. & libro 6. Conſtitutionum Apoſtol. quæ ille habet de Simone mago. Docet eundem (hac Dæmonum arte) *ex aere nouum creaſſe hominem: quibus valebat inuiſibilem factum: ſaxa quaſi lutum penetraſſe: ſtatuas animaſſe: in igne poſitum non arſiſſe: duas, velut lanum, facies habentem ſe oſtendiſſe: in ouem aut capram ſe mutaſſe: in aërem ſublatum volaſſe: aurum plurimum exhibuiſſe repente: veges facere eoſq; deijcere potuiſſe falci præcepiſſe, vt ipſa iret & meteret, eamque iuiſſe, & decuplo plus cæteris meſſuiſſe: eundem, cum eſſet aliquādo Sellene meretrix in turre quadā, & accurriſſet multitudo ingens ad eam videndam, turrimque circumcinxiſſet adſtantium corona, feciſſe, vt illa per cunctas feneſtras turris illius, omni ſimul populo proſpiceret:* 9.

eius tibi virtute præcipio, vt ab hac eius ancilla egrediaris. Ille teſtatur Dæmonem profligatum à puella communicatione Corporis Chriſti. Vtrumq; exemplum, & alia præterea pro hoc argumento, habes cap. 26. de Dæmoniacis.

Quapropter non probatur ſententia Alexandri atque Gabrielis, qui etiam harum ſecundi generis, quaſdam opera Diaboli perfectas eſſe credunt: illas videlicet in quibus ſpecies carnis aut ſanguinis, in quas hoſtiæ fuerunt conuerſæ, computruerunt. Quam enim habet conſequentiam. Computruit caro, in quam hoſtia eſt conuerſa: ergò hoſtia Dæmonis arte & opera in carnem fuit conuerſa? 15.

Accedit quod hanc Alexandri atque Gabrielis ſententiam Eccleſia ſuo ritu quodammodo videatur damnare: ſiquidem quaſcunque peregrinas ſpecies, ſub quibus Chriſtus quandoque viſus eſt, magna habet in reuerentia, magnoque honore proſequitur, ſiue illæ à prima forma non degenerarint, ſiue corruptionem contraxerint. 16

Hominum autem rationem videntur habere Dæmones, dum his fictis Apparitionibus eoſdem faſcinant. Quibus ergò maximè hiſce illudunt? Non infidelibus ſuſpicor, & de veritate corporis Chriſti, in ſacramento, dubitantibus. Quoniam magni excellentiſſque boni, id eſt, veræ fidei ipſis hac ratione præſens argumentum præberent, quemadmodum hac ratione præberi poſt demonſtrabitur. Quis verò quærere bonum mortalium, dixerit humani generis hoſtes. 17.

Sic nec ijs, qui ſacramentis altaris abutuntur. Nam & hos à ſcelere, quod patrarēt, auocarēt, & ad ſaniora conſilia adducerent, quod etiā ab ipſorum ingenio eſt alienum. Et, quot, quamque fœdè impieque Sacramentis abutuntur ipſis deuotiſsimi Malefici & Sagæ? quando verò auditum quod horum quenquam inſolita Apparitione terruerint Dæmones. 18.

Illis maximè à Dæmonibus illudi crederem, qui ſibi de ſanctitate blandiuntur, reuelationibus gaudent, hoc nomine videri deſiderant, ſe alijs præferunt, melioreſque exiſtimant. Vnde & ſuum facilè iudicium aliorum, etiam prælatorum Eccleſiæ, anteponunt, & ſuis opinionibus, quamuis falſis ita adhærent, vt nullis rationibus ab ijs dimoueri poſsint, Sed de his alias. 19.

CA-

runt; voluerunt inferre ſub ſacramento venerabili latenti. Hoc nomine damnantur Iudæi, qui Sacramentum à ſacrilegis Chriſtianis emptum, pugionibus confoderunt; atque, vt Chriſtus ſe in ſacramento proderet, impijs aliquando vocibus poſtularunt. Horum nos meminimus Theſ. 13. & Cap. 11.

Præbuit etiam occaſionem, quorundam in fide nutatio, ſiue de veritate corporis Chriſti, ſub ſacramento, dubius animus: vt Sacerdotis illius, cuius meminit Platina in Vrbano 4. Amalphitani quoque Epiſcopi, de quo Damianus, Tract. de Miraculis, apud Suriū, Tom. 7. Et Adolphi de Dieferne, apud Cæſarium, lib. 9. cap. 3. Vt mulierem omittam, atque Abbatem, quorum Theſ. 2 huius Cap facta mentio. 4.

Quarto præbuit occaſionē temeritas Sacramenta Domini Corporis & ſanguinis impura conſcientia tentantium ſumere In horum numero eſt mulier, cuius meminit Sigebertus ad annum Domini. 1180. Sacerdos quoque malæ vitæ, de quo in Vita Hugonis. Huc refero eos, qui non ſatis reuerenter ſacramenta tractarunt. inter quos fortè fuit Colonienſis, qui quam ſumpſerat Sacram hoſtiam, per vomitum eiecit. Vide Theſ. 4. Cap. 11. huius ſecundi Tractatus. 5.

Quinto loco ſunt, qui Euchariſtiam in profanos vſus conuerterunt, vt conuerterunt, primum ille, qui in aluiaria iniecit, ſpe conſeruandarum apium: deinde mulier, quæ ſuaſu malefici eandē certis carminibus incantauit, vt eadem maritum ab adulterio auocaret: tertiò alia non minus temeraria; quæ prunis impoſitam credidit valere ad amorem mariti ſibi conciliandum. Exempla hæc ad longum poſita ſunt Cap. vndecimo. 6.

Sexto loco dedit his Apparitionibus occaſionem ſtudium ſiue voluntas cognoſcendi myſteria Religionis Chriſtianæ. Hæc locū habuit in VVedekindo, Saxoniæ duce; atque Hebræo; cuius, in Vita B. Baſilij, meminit Amphilochius. Et ille quidem vidit de manu purpurati Sacerdotis pulchellum infantem ad os communicantiū tranſire: hic per manus Baſilij infantem communicantibus partiri. Res notæ ſunt ex ijs, quæ Cap. 11. ſunt dicta. 7.

Et hæc quæ diximus, Apparitionibus à nobis Capite 11 allatis occaſionem dederunt. Potuerunt & res plures dediſſe, fortè etiā derūt plures, ſed hæc præcipua. Aliquādo etiā ex hominū parte nihil potuit fuiſſe, & Deus ſuas habuiſſe cauſas, cur accidere eaſdē voluerit: quę vt nobis ſunt ignotę, ita Deo notiſsimæ, atq; iuſtiſsimę. 8.

Caput vigesimum quartum.

An cum, vel ſine hominum peccato aliquando acciderint hæ peregrinæ & inuſitatæ in Sacramento Apparitiones.

Quidam non peccarunt data ipſis occaſione.
Fortè & bene fecerunt.
Quidam grauiter peccarunt. Vt
Qui dubitarunt de veritate ſacramenti:
Qui indignè ad Sacramentum acceſſerunt:
Qui idem in prophanos vſus conuerterunt:
Qui ſæuierunt in Sacramentum.
Non videntur abſque omni peccato fuiſſe, omnes, qui
Has Apparitiones optarunt
Non videtur licitum eaſdem optare.
Id inſinuant in ſimilibus rebus.
B. Auguſtinus &
Gerſon. &c.

1. Quid iuſti æquitatiſque in dictis iam Apparitionibus fuerit, & vtrum aliquod aliquando hominum hîc delictum interuenerit, hoc Capite eſt explicandum, in quibuſdam facilis eſt reſponſio, in alijs difficilior. Nos tria rectè vereq; dici, exiſtimamus, quæ breuiter adiungimus.

2. Primum eſt aliquando nihil peccatum eſſe ab hominibus, quando his Apparitionibus, occaſionem dederunt. Quis peccati arguat VVidekindum, quando, vt Chriſtianorum religionem exploraret, habitum mutauit; & dum in aliorũ oberrat turba Chriſtum, in ſpecie infantali obſeruauit? Tantum abeſt, vt homo infidelis peccarit; vt hæc ſancta curioſitas principium illi fuerit ad fidem Chriſtianam amplectendam, tenendam, profitendam, propagandam. Idem fortè quis non malè dixerit de Hebræo, cuius apud Amphilochium fit mentio.

3. Alterum eſt, aliquando magnum hîc peccatum commiſſum eſſe & quidem à pluribus. Principio ijs, qui de veritate Corporis Chriſti in ſacramento dubitarunt. Quomodo enim iuſtè, atque ſine Dei offenſa hîc Chriſtianus homo poteſt dubitare; cui tot teſtimonia & argumenta ſuppetunt pro veritate Corporis Chriſti in Euchariſtię ſacramento confitenda? Hæc, quia alias proſecuti ſumus, hîc repetenda non ſunt.

4. Deinde ab illis, qui, cum conſcientia peccati mortalis, Corporis atque ſanguinis ſacramenta acceſſerunt; qui eò minus hunc acceſ-

ſum

ſum ſibi patere arbitrari debuerunt,quod iam olim grauiſsimè punitos eſſe, ex D. Paulo potuerunt cognoſcere eos, qui indignè ſacramenta percepiſſent. *Idcirco*, inquit ille, 1. Corinth. 11. (quia nimirum manducauerant & biberant indignè) *inter vos multi infirmi, & imbecilles; & dormiunt multi. Qui enim*, inquit idem, *manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Præterea ab ijs peccatum; qui ſacramenta in profanos vſus voluerunt conuertere;& conuerterunt; ſibique ſuæque libidini fecerūt ſeruire. A quibus etiam grauius, quam à prioribus creditur delictum; quod & hic ſacramenta indignè accipiantur plerumque; & præterea indignius tractentur. 5.

Denique grauiſsimè peccatum eſſe à Iudæis,qui in ſacramentum ſunt debachati, & in terris rurſus quodammodo Chriſtum crucifixerunt,dubium nullum eſſe poteſt. Quid enim horum (ſi non omnium, certè aliquorum) peccatum differt à peccato crucifigentium Chriſtum? quid quod horum,quorundam,illorum ſeparare potuerit? præſertim ſi ſummæ voluntatis nequitiæ ratio habeatur? vt ob id non immeritò in ſimiles ſacrilegos atque Blaſphemos, ſummis & exquiſitis ſupplicijs, pro Chriſti iniuria vindicanda animaduerterit Chriſtianus Magiſtratus. 6.

Tertiò dixero dubitari poſſe, an abſque omni omninò peccato fuerint omnes qui has ſibi Apparitiones fieri à Deo optarūt. Cur enim optarunt? An vt in fide, de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, confirmarentur? ad dubium & vacillantem eorum animum in fide hæc res arguit. An vt maiores haberent ſpirituales conſolationes? at magnas ſatis, ſufficienteſque, pij animi habere poſſunt quamuis etiā nullæ ipſis ſimiles Apparitiones contingant. Sciunt, vel ſcire debent,non minus præſentem eſſe Chriſtum, ſub ſpecie panis, quam carnis,aut infantis,aut crucifixi. 7.

Quod ſi quis ſanctos viros obijciat, qui has, vel alias ſibi reuelationes & Apparitiones diuinitus fieri poſtularunt (vt poſtulaſſe leguntur Ephrem apud Amphilochium,in vita Baſilij, Maurus apud Surium,Tom. 1. in vita eiuſdem,& Hereberti,apud eundem Suriū, Tom.2. (Quemadmodum ego hos non auderem damnare: ſic nec vererer alijs ſuadere, ne idem ſibi putarent imitandum. Sunt multa in ſanctis admiranda,quæ non imitanda. 8.

Probo doctrinam B. Auguſtini, lib.10. Confeſſ. in ſimili propemodum argumento, cui cum perſuadere conatus fuiſſet Dæmon, vt à Deo ſignum peteret,ille hoc detrectauit, non ignorans, quam multos hæc curioſitas perdidiſſet. Ideo alibi (lib. de vera Relig.) mo- 9.

uet his abſtineamus, & quod intra nos eſt Dei regnum, in ijs quæ videntur, non quæramus.

10. Poſt B. Auguſtinum idem monemur à Gerſone, cuius in ſimilibus magna authoritas eſt, hiſce verbis. *Enarrantur*, inquit, *exempla Sanctorum Patrum, qui curioſitatem huiuſmodi viſionum vel miraculorum tanquam pernicioſiſſimam fallaciſſimamq; refugerunt. A qua ſe Auguſtinus liberatum in ſuis Confeſſionibus, gloriatur in Domino. Quam propterea D. Bonauentura abhorrendam nimis determinat, totoque conatu repellendam, nunc orationibus nunc increpationibus, ſeu flagellationibus propriæ mentis & corporis, exēplo illius, qui vt tentatione careret ſuperbia, quæſiuit, & obtinuit à Deo, vt per tres menſes dæmoniaca vexatione torqueretur. Alter Sanctorum Patrū, dum ſibi Dæmon, transfiguratus in Chriſtum, diceret: Ego ſum Chriſtus, te perſonaliter viſitans, quia dignus es: confeſtim clauſit oculos vtraque manu, vociferans: Nolo hic Chriſtum videre: ſatis eſt ipſum in gloria ſi videro: ſtatimq; diſparuit. Alter ſub alijs verbis ſimilem ſeruauit in huiuſmodi illuſione humilitatem: Vide*, inquit, *ad quem miſſus es. Ego certè talis non ſum, quod dignus ſim hic videre Chriſtum.*

Ita Gerſon.

PARS QVARTA

DE FINIBVS IN HIS APPARITIONIBVS Sacramentalibus Chriſti ſub ſpecie peregrina propoſitis.

F*Ines agẽtium ſunt. Omne enim agens, inquit Ariſtoteles 2. Phyſicorum tex. 90. propter finem agit, maximè verò Deus atque Angeli, tam boni, quam mali. Ergo quando nobis hîc de finibus quæſtio eſt. quidnam agentibus ſiue cauſis Efficientibus in his Apparitionibus fuerit propoſitum, quæritur.*

Quia vero Apparitiones ipſæ, quandoque Deum (qui tamen per bonos Angelos hîc agit omnia) habent authorem, quandoque Dæmones, & horum contraria ſunt ſtudia, non ydem poſſunt Deo & Dæmonibus hîc propoſiti eſſe fines, vtrorumque igitur inquirendi ſunt, ſed Dei imprimis, & ante Dæmonum.

Deus autem videtur has velle ſeruire vel inſtitutioni, vel conſolationi, vel redargutioni: In tertia hoc parũ plerunque fructus exſpectatur: Et in primo vel fides Chriſtiana iuuatur, vel formantur boni mores. In ſecundo illo nullum per ſe horum intenditur. Hæc de finibus breuiter: in ſequentibus paulò fuſius illa explicanda. A Deo principium facimus, & initio quomodo fidei cauſam his Apparitionibus promoueat aperiendum.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Quomodo à Deo fides Chriſtiana his Apparitionibus Chriſti, ſub peregrinis ſpeciebus, promoueatur.

Promouetur primum ipſa fides in genere.
Quia in quibuſdam nihil aliud potuit eſſe propoſitum.
Confirmantur deinde iiſdem quidam fidei articuli illi, de veritate Euchariſtiæ:
De ſufficientia alterius:
De ſacramento extra vſum.
Magnũ argumentum ex ipſis ſumitur pro tribus dictis articulis.
Sed tamen non authoritate harum Apparitionum tantum in dictis nituntur Chriſtiani, ſed præterea
Verbo Dei:
Traditione maiorum:
Conſenſione totius Eccleſiæ.

1. NOuum non eſt Deo, homines per miracula, reſq; prodigioſas vel ad fidem Chriſtianamque religionem adducere, vel in fide ſuſcepta ſemel, nutantes confirmare & conſeruare. Intellexit hoc B. Apoſtolus: vnde de quodã quaſi miraculorum genere loquens, *Linguæ*, inquit, *in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus.* 1. Cor. 14.

2. Et Chriſtus Dominus id ſuo exemplo, ſuaque doctrina egregiè confirmat: quando diſcipulos Ioannis Baptiſtæ, ad ſe, cauſa inſtructionis, miſſos ad miracula reuocat: ex his ipſos volens intelligere, quid credere, quidue ſentire de ſe debeant. *Euntes*, inquit, *renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis: Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur* Matth. 11. Idẽ docet idcircò nõ ſine infidelitatis peccato magno eſſe Iudæos, quod etiam, poſtquam præclara eius opera in miraculorum patratione vidiſſent, ipſi tamen non crederent *Si*, inquit Ioannis. 15. *opera non feciſſem in iis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Hinc & Apoſtolos quos fidei propagandæ gratia in vniuerſum mundum miſit virtute miraculorum voluit eſſe inſtructos. Ita enim, Matth. 10. ad eoſdem. *Euntes*, inquit, *prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite.* Et poſtquam ſecundò, iam ad cœlum aſcenſurus, hæc ipſis mandata dediſſet, Marci vltimò, dicitur, quod *profecti prædicauerint vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Duobus autem modis miracula, ſiue prodigia, in fidei negotio 3.
ſeruiunt,& ſeruiuerunt. Nam vel caput religionis & fidei ſiue ipſam religionem confirmant, veramque conſeruant, vel certa quædam & ſingularia Chriſtianæ religionis dogmata. v. g. Chriſti diuinitatem proceſsionem Spiritus ſancti à Patre & Filio, vim virtutemque ſacramentorum nouæ legis, mortuorum reſurrectionem, purgatorias, poſt hanc vitam animarum pœnas.

In priori genere ſeruiuerunt propemodum quæ à Chriſto patrabantur atque Apoſtolis, qui *vbique prædicabant, ſermonem confirmante Domino ſequentibus ſignis*: in poſteriori plura, quæ iacto aliquali fundaméto Chriſtianę religionis acciderunt: qualia ſunt, aqua euaneſcẽs, pro Baptiſmo nõ repetendo, de quo Nicephorus, lib. 14. cap 17. variæ Apparitiones piè defunctorum, viuorũ ſubſidia poſtulantiũ, de quibus in Appendice ad Libellum de Apparitionibus omnis generis Spirituum: mortuorum quorundam ad præſentem vitam reditus, de quibus vtrumque Teſtamentum: ampulla Chriſmatis, quæ, inter ipſa ſaxa proiecta; integra permanſit pro teſtimonio ſacramenti Confirmationis, de qua Optat. Milleuit. deniq; pro Chriſti diuinitate confirmanda tempore Arij primum Chriſtus in forma pueri apparens Petro Alexandrino, & quærentis veſtem ſuam ab Ario ſciſſam (apud Surium, Tomo 6 15. Nouemb.) deinde ſubſcriptiones duorum Epiſcoporum Chryſanthi atque Muſonij, qui ex hac vita diſceſſerunt, cum nondum definitioni Nicenæ Synodi ſubſcripſiſſent: de his enim prodidit Gregorius Cæſarienſis, (apud Lipomannum, Tom.6.) in orat. de Nicena Synod. quod ſuperſtites Niceni Concilij Patres ad communem locum in quo dormiebant acceſſerint, hacque ad mortuos oratione ſint vſi. *O fratres,* dixerunt, *& Patres, præclarum nobiſcum certamen decertaſtis, curſum perfeciſtis, fidem ſeruaſtis. Si ergò quod factum eſt, Deo gratum iudicatis, nunc enim purius cernitis, ne quid ſit impedimento, quo minus vos quoque deciſionem ſubſignetis.* Hæc ſimul & dixerunt, & ſignata deciſione ſanctorũ Patrum, loculo impoſita, totam illam noctem inſomnem peragunt in oratione. Die autem ſequenti, cum veniſſent ad loculum, ſolutis quæ erant impoſita ſignaculis, cum ſanctam reuoluiſſent deciſioonem, inuenerunt ſanctorum Patrum ad eos adiectas ſubſcriptiones, &c.

Atque vt Deo, in alijs fidei Chriſtianę articulis propoſitum fuit 5.
non rarò mentes hominum miraculis inducere, & confirmare; ita fuit in grauiſsimo difficilimoque ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento. Nam & pro hoc voluit ſeruire miracula atque prodigioſa

que animo cupiebant Chriſtianæ religionis myſteria intelligere, quod laude non reprehenſione dignum erat. Neque, vt hinc conſolationem ſpiritualem acciperent; illa benè in fide fundatis, & qui excellenti in Deum charitate flagrant (quales illi non erant) vt plurimum conceditur. Neque vt à vitijs declinarent & in virtutum ſtudia incumberent & hoc fidei requirit fundamēta, ſine quibus nulla vera ſolidaque virtus ſubſiſtit. Itaque viſione hac eos Deus dignatus eſt, vt ad Chriſtianæ religionis profeſsionem adducerentur.

Et hoc ſubſecutus effectus probauit. Nam Spiritui ſancto poſt Apparitionem factam non reſtiterunt: mox animum ad Chriſtianā religionem adiecerunt: & ille quidem in Germania magno Germanorum commodo, hic in Græcia cum ſuo ſuorumque fructu non pœnitendo Res ex 11 capite eſt clara. 11.

Leue verò calcar non attulit vtrique viſio. Quid enim aliud aut debuerunt aut potuerunt exiſtimare, quàm Dei ſingulare opus eſſe quam habebant, Apparitionem. Profectò hoc agnouit Imperator Carolus. Hinc hæc ipſius vox. *Plus tibi aliquid, vt video inde, à Deo, quam cunctis ſacerdotibus & nobis conceſſum eſt.* Sit igitur hic primus finis, qui Deo in his Apparitionibus ad fidei negotium agendum propoſitus eſt. 12.

Alter eſt, quod ijſdem iam Chriſtianos atque fideles, in fide quibuſdam articulis erudiat atque confirmet, & quidem tribus Primū enim Apparitiones hæ de veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia dubitantes confirmārunt, deinde indoctiores quoſdam erudierūt, ſufficere alteram ſpeciem communicaturis, & non minus Chriſti ſanguinem percipere eos, qui ſub altera panis ſpecie, ſacramenta accipiunt, quam qui ſub vtraque panis & vini. Tertiò verum perfectumque ſacramentum eſſe Euchariſtiam, etiam extra omnem ſumentium vſum. 13.

Magna hæc vtilitas eſt harum Apparitionum, quia magna incumbit Chriſtiano populo neceſsitas, ne de horum vllo dubitet, dubitare ſine præſenti animæ ſalutiſque diſcrimine non poteſt. Quocirca & anathema in contrarium ſentientes ferunt Patres concilij Tridentini. Pro neceſſaria profeſsione veritatis Corporis Chriſti, eſt Canon 1. ſeſsion. 31. vbi ſic habetur. *Si quis negauerit in Sanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramēto, contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter, corpus et ſanguinem, vna cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, anathema ſit.* Pro ſufficientia alterius ſpeciei eſt Canon. 3. Seſſ 21. ſequens. *Si quis negauerit totum ac integrum Chriſtum, ſub vna panis ſpecie ſumi, anathema ſit.* Pro veritate Sacramenti extra vſum eſt Canon. 4. ſeſſ 13. cuius 14.

Digitized by Google

hæc ſunt verba: *Si quis dixerit, peracta conſecratione in admirabili Euchariſtia Sacramento, non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſed tantum in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt, & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini, anathemà ſit.*

15\. Egregiè verò pro ſingulis his tribus noſtræ Apparitiones Chriſti ſub peregrinis ſpeciebus valét. Pro veritate enim corporis Chriſti in Euchariſtia ſunt ſequentes, primum facta matronæ in præſentia B Gregorij: deinde facta ſacerdoti, inter miſſarum ſolemnia, tertiò facta Abbati, ad preces duorum ſociorum, quartò facta Epiſcopo Amalphitano, &c. Cum enim hi omnes vel de veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia addubitarent, vel de elementorum in cõſecratione, tranſubſtantiatione quidnam verè realiterque ſub ſacramentalibus ſpeciebus contineretur benè Deus demonſtrauit, quãdo ſpecies ipſæ nunc in carnem, nunc in ſanguinem, nunc in puerum atque infantem ſunt transmutatæ.

16\. Quod nõ minus ſanguis Chriſti in ſacramento percipiatur, altera panis ſpecie porrecta, quàm vtraq; panis & vini: & præterea quod ſanguis à Chriſti corpore diuiſus non ſit norunt quidem doctiores ſine exhibitione harum peregrinarum formarum: indoctiores autem id facilius docentur quando hoſtias obſeruant nunc fluere, nunc madere ſanguine Atq; hoc etiam Deo in his Apparitionibus propoſitum fuiſſe quidam idcircò facilius credunt; quod eo tempore cruentæ hoſtiæ ſint obſeruatæ, quo Hæretici impotẽtius calicem vrſerunt.

17\. Similiter magnum argumentum ex ijſdem Apparitionibus ſumitur, vt credatur extra vſum, veram rationem ſacramenti Euchariſtiæ exiſtere Chriſtumque ſacramento præſentem eſſe, non ſolum dum ſumitur vt quidam ineptè ſomniant: verum etiam quando de ſumptione nulla eſt cogitatio. In alueario proiectũ Sacamentum, verum Chriſti corpus continuiſſe probat forma ſpecioſiſsimi pueri, in quam videbatur mutatum, teſte Petro Cluniacenſi, lib. 1. de Miraculis Cap. 1. & tamen nullus eo tempore erat ſacramenti vſus. Sic vſus hoſtiæ ſacramentalis non erat, vt pugionibus confoderetur: & tamen, ſanguis ex hoſtia fluens præſentiæ Chriſti certum fuit argumentum.

18\. Et hæc quidem Deo hiſce Apparitionibus propoſita fuiſſe, facilè crediderim; tum præſertim, quando aliorum finium, quos hic quoq; intendere ſolet, rationem non habuit. Interim ſi aliud propoſitum fuit, profectò ad hos de Euchariſtiæ Sacramento articulos robo-

roborandos,has apparitones plurimum poſſe nemo prudenter negauerit.

Id addiderim, pro ſciolis quibuſdam, non omne nos cauſæ noſtræ Euchariſticæ præſidium in his ponere,vt illi nobis per calumniam obijciunt, quaſi fundamenta fidei noſtræ nudis, & non ſatis certis apparitionibus atque reuelationibus confirmemus. Non tam inepti ſunt Catholici, vt hæc ſuæ profeſsionis exiſtiment præcipua præſidia. Habent pro hac,quemadmodum & alijs omnibus,fundamenta firmiora certioraque: Dei verbum, Traditiones diuinas,cõſenſum vniuerſalis Eccleſiæ &c. Ad quæ cum Apparitiones hæ accedunt, & firmius faciliuſque credimus,& pluribus argumentis vrgemur, diuinæ bonitatis atque clementiæ agnoſcere atque prædicare erga nos promptum ſtudium. 19.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Quomodo eædem Apparitiones ſub peregrinis formis faciant ad bonos & Chriſtianos mores.

Docent.

Non abutendum Sacramento Euchariſtiæ:
Non cum conſcientia peccati illud accipiendum:
Nulla irreuerentia accipiendum ſuum ipſi honorem deferendum:
Sacrilegia cauenda, vt quæ Deum habeant vltorem:
Magnam vim eſſe orationis:
Placere Deo renunciationem mundi:
Deo nihil eſt occultum.

Qvemadmodum dictum eſt præcedenti Cap. fidei negotium miris, inſolitis & prodigioſis; rebus agi, incrementa ſumere, conſeruari; confirmari; ita dubium non eſt eaſdem ad morum facere compoſitionem, & vitam Chriſtianam piè feliciterque tranſigendam. 1.

Exempla huius ſuppeditat & Vetus & Nouum Teſtamentum. 2.
Heliodorus ſacrilegus.Dei contemptor,& templorum profanator poſtquam ab inuiſo equite alijſque duobus ignotis iuuenibus egregiè verberibus fuit exceptus,*teſtabatur*,vt loquitur 2.Machab.liber cap. 3.*omnibus opera Dei magna,cenſebatque,ſi quis ſecundò,à Rege Antiocho,*hoſtem ipſius Hieroſolymã mittendum;fore vt egregiè flagellatum reciperet.Et apud Lucam,nouo prodigioſoque genere exi-

re. Quid enim homo, alioqui de Catholica religione benè ſentiens aliud potuit ſuſpicari, quam prodigio hoc temerariam ſuam audaciam damnari & admoneri ſe ſancta ſanctè tractanda eſſe?

9\. Tertiũ eſt Curandũ ſeriò, ne poſt accepta & ſumpta ſacraméta, Eucharistiæ vlla fiat irreuerentia. Hanc rationem puto valuiſſe in Apparitione, qua puer eſt viſus Coloniæ, poſtquam vt refertur, quidam poſt ſacramenti ſumptionem mox ad profanos cibos eſt conuerſus, atque ita ſe infarciuit, vt per vomitum ſacramentum reddere fuerit coactus.

Quartum poteſt eſſe, Reuerenter ſacramentum eſſe conſeruandum, nec permittendum, vt ipſi ſuus deſit honor, ſed maximè ne ſordidè tractetur, & habeatur. An non huius debuit admonere hoſtia Duacenſis, quæ in terram ceciderat, & inde primum Angelorũ manibus in altari repoſita deinde mox retulit faciem ſpecioſiſsimi infantis? Eiuſdem admonent ſua præſentia Angeli quos altaris ſacrificio adorabundos aſtitiſſe teſtatur B. Chryſoſtomus, lib. 6 de Sacerdotio Eius hæc eſt oratio. *Ego commemorantem olim quendam audiui, cum diceret ſenem quendam admirabilem virum, ac cui reuelationum myſteria multa fuiſſent diuinitus detecta, ſibi narraſſe, ſe tali viſione à Deo dignũ olim habitum eſſe, ac per illud tempus, ſacrificij intellige, de repente Angelorum multitudinem conſpexiſſe, fulgentibus veſtibus indutorum, altare ipſum circundantium, denique ſic capite inclinatorum, vt ſi qui milites præſente rege ſtantes videat.* Ita B. Chryſoſtomus. 10.

11\. Quintum eſt, Deum vindicem eſſe ſeuerum ſacrilegorum, ideoque omnibus modis ſacrilegia, & quidquid ad contemptum diuini nominis facit, declinandum eſſe. Docent hoc Apparitiones quæ ſacrilegis Iudæis in Euchariſtiam ſacratiſsimam barbarico furore debacchantibus, magna cum ipſorum confuſione, ſunt factæ, quas nos recenſuimus Cap. 11. Theſ. 10. 11. 12. 13. facit & huc quod Optatus Milleuitanus de Donatiſtis refert, qui à canibus delacerati ſunt quibus impiè ſacram hoſtiam obiecerant Vide Breidenb. lib. 1. Collationum & Optat lib. 2. contra Parmen.

12\. His accedit, quod hinc etiam colligi poſſit, quanta ſit vis atque præſtantia orationis; eius videlicet, quæ cum ſtudio proximi ſalutem promouendi eſt coniuncta. Quamuis enim hæc etiam cognoſcatur ex alijs rebus, naturæ vires ſuperantibus; quæ oratione ad Deum facta obtentæ ſunt; eius tamen etiam in his Apparitionibus argumentum dari, docet oratio B. Gregorij, vota ſua coniungentis cum eodem populi, atque item duorum ſanctorum eremitarum. Nam illius populique precibus hoſtia creditur in carnem conuerſa,

de Corpore & ſanguine Domini, cap. 14. Et demonſtrari poteſt exẽplis Phlegili atque S. Mariæ Oegniacenſis. verum quoniam hoc quidam vix credunt, hoc capite docebitur & factum eſſe; vt conuenienter meritoque factum eſſe, fierique adhuc poſſe.

Et factum quidem haud obſcurè colligitur exemplo Phlegili, qui 2.
hanc ſibi contingere Apparitionem & petijt & obtinuit, quemadmodum refert Paſchaſius. Quid enim aliud in apparitione ſibi facta Deo propoſitum eſſe potuit? An fortè, quæ in alijs Apparitionibus, hic eum rationes mouere potuerunt. Nullam illarum hic locum habuiſſe non malè dixeris.

Non ad fidem religionemque Chriſtianam hac Apparitione ad- 3.
ducendus erat Phlegilus, quemadmodum adducendus VVidekindus apud Krãtzium, & Hebręus apud Amphilochium. Iam dudum ab ineunte ætate Chriſtianæ religionis myſterijs fuerat imbutus.

Non erat in fide ſemel ſuſcepta confirmandus, quemadmodum 4.
confirmandi, qui aut de veritate Corporis Chriſti in Sacramento dubitarunt, aut dubium habuerunt animum de Tranſſubſtantiatione elementorum. Dubium animum in huius ſacramenti myſterijs non habuit Phlegilus: nec dubium ſine peccato habere potuiſſet.

Forſitan à vitijs ſic fuit auocandus, quibus in Euchariſtiam fuit 5.
iniurius: quia, ſcilicet, aut indignè ſacramenta acceſsit, aut non in debito honore habuit: aut irreuerentius tractauit. De nullo horum in ſuſpicionem venit vnquam Phlegilus.

An fortaſsis debuit hac ratione ad ſtudium virtutum prouocari? 6.
At ab hoc ſtudio plurimum commendatur: vt taceam, quod ad hoc viſio vix aliquid per ſe facere videatur.

Debuit, ſcilicet, vim orationis intelligere: & ob id permiſſa & cõ- 7.
ceſſa Apparitio. At eandem probè cognouerat, ex infinitis propemodum Veteris nouique Teſtamenti exemplis Chriſtique egregijs promiſsionibus. Et quia magnam eius vim eſſe credidit, magnam rem, hanc inquam Apparitionem, petere à Deo auſus fuit.

Ergò quam oratione ad Deum facta obtinuit, eandem vitæ inno- 8.
centia atque integritate quaſi meruit: permiſſaq; illi Apparitio pro animi ſui conſolatione, ſpiritualique gaudio: vt docent, & bene docent, quos initio produximus, Algerus & Paſchaſius.

Hinc eſt, vt voti compos factus, & præſentem Chriſtum iam ſub 9.
ſpecie infantis habens, ſe quaſi effuderit, & gaudij ſui atque conſolationis ſpiritualis egregia argumenta dederit: imitatus Simeonem illum Euangelicum, cuius laus eſt apud S. Lucam, cap. 2. puerũ contrectarit, complexus ſit, oſculatus ſit, & vbi pietati ſuæ ſatisfecit,

quemadmodum Simeon matri, ita ipſe altari Dominum reddiderit rogaritque priſtinæ formæ ſacramentum reſtitui.

10. Quod de Phlegilo docemus, in alijs in quibus eædé rationes quę in hoc valent, locum habere credimus. Verũ quiquid ſit vel de hoc vel de alijs; dubitare rectè nõ poteſt homo Chriſtianus, quin hęc res de earum genere ſit, quæ fieri facillimè poſſunt, & quas Deus fieri, iuſtiſsimè poteſt velle. Quod breuiter docemus ſequentibus.

11. Primũ neminem latet ſingularibus beneficijs Deũ eos proſequi ſingulares ſuos amicos; & eos præ reliquis, quibus vt cũ Deo ſint coniunctiſsimi, præcipuum eſt ſtudium *Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum Pater meus*, inquit, Dominus, Ioan. 12. *Et ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus*, &c. Et 1. Reg. 2. *qui honorificauerit me, glorificabo eum.* Sed egregiè prolixeque id demonſtrat, Pſalmus 90: *Qui habitat in adiutorio altiſsimi* &c, Quid igitur eoſdem hac Apparitione dignabitur?

12. Fortè maius pręmium atque merces hæc Appartio eſt, quàm vllius hominis poſsit eſſe meritum. At non mercedis aut præmij loco ipſa conceditur: ſed in ſignum amoris, quo dilgentes ſe Deus proſequitur. Et ſi miniſtros Chriſti Pater honorificat; & honorificat in cœlis atque terris, multo maioribus bonis quam viſio hæc eſſe poſsit; viſionem quæ minus bonum eſt, nunquam admittet?

13. Nec eſt, quod quis vereatur ſuperbiendi atque ſe erigendi occaſionem hominibus hac ratione dari: aut ſic facilè induci poſſe mortales, vt de ſe multum præſumant, ſe ſanctos & iuſtos credant. Non certa ſanctitatis probitatiſquè ſunt argumenta hæ, quæ conceduntur Apparitiones: etiam impijs hominibus ſunt comunes, quemadmodum Exempla 11. Capitis docent.

14. Quid, quod pijs hominibus incitamenta ſint ad gratiarum actionem Deo reddendam? ad maiores etiam progreſſus in ſtudio virtutum faciendos; Neque enim non poſſunt intelligere; quod quo à pluribus à Deo beneficijs ornantur, eo mag[illegible]geantur debito gratiarum actionis, ſtudijſque virtutum: Ne ſi acceptis beneficijs ſint ingrati, accipiendis in poſterum inueniantur indigni.

15. Quod ſi Deus, quam rationem ſeruat cum impijs eandem ſeruat (ſeruare quis negabit) cum probis, & iuſtis; facilius credetur has Apparitiones quandoque ſanctis hominibus accidere. Illorũ infernus quandoque in hac vita incipiet ergò & horum quandoq; in hac vita cœlum ſiue fœilcitatis aliqua ſpecies, Iam vero viſio Dei fœlicitas perfecta: huius fœlicitatis ſpecies, ſeu vmbra quędam erit Apparitio hæc Chriſti in hac vita.

Et

Et facilius credetur has Apparitiones ſanctis hominibus, pro i-ſorum conſolatione concedi, quo pluribus exemplis conſtat non rarò eoſdem diuinis reuelationibus illuſtrari, & illuſtratos eſſe De Apoſtolo Paulo manifeſtum eſt quod quantiſque reuelationibus diuinitus fuerit cumulatus: Nota eſt ipſius confeſsio: *Raptus ſum in tertium cœlum*, &c. Habuit & ſuas in Apoſtolorum actis S. Petrus. Quid quod vix in Apoſtolorum vllo eas deſideremus. 16.

Sunt & alij ſancti hoc nomine celebres, partim in veteri; partim in noua lege, & quidem in vtroque ſexu, quemadmodum in fœminino ſexu apud Chriſtianos ſunt S Angela Bohema: S. Brigitta Sueua vidua S. Brigida virgo Scota: S. Gertrudis Brabanta: S. Hildegardis S. Catarina Senenſis. 17.

Nec eſt, quod quis dicat de diuinis rebus hos inſtitutos tantum fuiſſe, per reuelationes diuinitus factas, Chriſtum ipſis ſe non exhibuiſſe Quid enim intereſt Chriſtum per reuelationes videas, an res arcanas diuinaſque, & quid ſi qui de rebus arcanis inſtituti ſunt Chriſtum quandoque vidiſſe dicamus? De Apoſtolis hoc pluribus exemplis doceri poteſt 18.

Sed fuerint reuelationes ſanctis hominibus factæ abſque exhibitione Chriſti, profectò negari non debet Chriſtum ſæpè ſanctis hominibus ſe exhibuiſſe, nunc ſomno occupatis, etiã vigilantibus. Docet hoc liber de Chriſti Apparitionibus, Imperſonalibus mox dandus Et qui extra Sacramentum ſæpiſsimè apparuit, & ſe exhibuit, huic prohibitum erit, ne appareat in ſacramento. 19

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Quod Deus quandoque voluerit accidere has Apparitiones ad confundendos hoſtes Chriſtianæ religionis.

Solet enim haud rarò confundere contrarios.
Chriſto in propria perſona:
Item in ſuis membris:
In ſuis imaginibus:
In rebus ad cultum Chriſti pertinentibus:
In mandatis, ab ipſo datis:
Et fuiſſe etiam in quibuſdam apparitionibus Deo propoſitum confuſionem quorundam probant factæ Iudæis aliquibus, quibus non profuerunt.
Ad fidem amplectendam, confirmandam:
Ad Chriſtianos mores:
Ad Spiritualem conſolationem.

1 *DVrum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Ita ad Saulum Tarcenſem de cœlo Dominus, quando ille ſpirans minarũ & cædis, profectus Damaſcum, vt ſi quos eius viæ viros ac mulieres inueniret perduceret Hieruſalem. Significat verò fruſtra labores ſuſcipere, ſeque confundere, imò ſibi obeſſe, & detrimenta potius, quam lucra reportare, qui prauo & peruerſo ſtudio ſe ipſi opponunt: quemadmodum qui contra ſtimulum calcitrant, potius læduntur, quam lædunt.

2. Atque ita ſanè, vt plurimum accidit. Confuſionem, ſi non quid deterius, reportarunt qui quouis modo Chriſto contrarij fuerunt vel in ſe, vel in ſuis, vel in ipſius imaginibus, vel in rebus ad ipſius cultum pertinentibus, vel etiam in contemptu atque negligentia ipſius mandatorum. Quemadmodum omnibus his modis contra ſtimulum quaſi contingit calcitrare, ita omnibus lædi & confundi.

3. In proprio corpore, atque adeò propriâ perſona ipſi contrarij fuerunt Iudæi, cum olim in terra communem nobiſcum vitã ageret nunc quo fructu porrò; nũc eos ipſe verbis perſtrinxit, nũc ex manibus eorum dilapſus: nunc etiam in cruce pendens accerſitis pro ſe quaſi omnibus elementis, & à fide vera alienis hominibus, confudit & toti tandem mundo fecit contemptibiles.

4. Cõtrarius ipſi in ſibi deuotis Chriſtianis fuit Saulus, vt diximus & qui non niſi minas & cædes ſpirabat, voce diuinitus admonitus, atque in terram proſtratus, in hanc humilitate pleniſsimam vocẽ erupit: *Domine quid me vis facere?* ab illoque tempore tantò conſtantius pertinaciuſque Chriſti gloriam cæpit defendere, quantò maiori cum furore & barbarie eandem omnibus locis volebat eſſe proſcriptam.

Contra Chriſti Imagines quidam fuerunt inſolentiores. quid:
5. verò præter confuſionem perpetuamque ignominiam reportarũt. Refert Gregorius Turonenſis, lib. 1. cap. 22. de gloria Martyrum, fuiſſe Iudæum, qui in Chriſti imaginem ſæuijt, illamque telo transfodit: in imagine impiè ſuæ voluntatis argumenta daturus, quæ in Chriſto ipſo libenter exercuiſſet. Sed ſanguine vbertim ex imagine profluente primum confuſus eſt, deinde proditus & lapidum turbine oppreſſus à Chriſtianis, miſeram animam efflauit Similia exempla plura ex varijs Authoribus collegit Breidenbachius lib. 3. Collationum.

6 Et apertè Chriſti Regni, rerumque ad Chriſti religionem, cultumque pertinentium, ſe publicum hoſtem profeſſus eſt Iulianus Apoſtata Sed quãta cum ſui ignominia? dedecore? confuſione? ipſe

Se

ſe à Galilæo (Chriſto) victum eſſe animam exſpirās, blaſphemo ore confeſſus eſt. Occiſus fuit incerti ſpiculo & diuina viſio prius oſtēſa fuit S. Baſilio: cui cum B. Virgine S. Mercurius apparuit & diſcedens, & cruentam haſtam referens, quemadmodum ex Helladio D. Baſilij diſcipulo docuit Damaſcenus, lib de Imaginib Vide Sozomen, lib. 6. cap. 2. & Nicephorum lib. 1 . cap 35.

Nec tuti ſemper fuerunt, qui non ita potenter in Chriſtum ſæuierunt: ſed tamen hoc ipſo contra eundem calcitraſſe dici poſſunt, quod legibus ab ipſo latis aut reſtiterunt, aut non ſatisfecerunt. Volebat Dominus, vt *quæ gratis ſui accipiſſent, gratis darent*. Id non attendens Simon Magus, cum per impoſitionem manus Apoſtolorum obſeruaret dari Spiritum ſanctum, petit & hanc ſibi tradi poteſtatem, non leui pecuniæ ſumma Apoſtolis oblata Quod verò in Chriſti perſona Petrus? *Pecunia tua*, inquit, *tecum ſit in perditionem* Actuum cap. 8. 7.

Hæc cum ita ſint, nō mirum cuiquam videri debet, ſi & ijs Chriſtus opponat, eos egregiè confundat qui in ſanctiſsimum ſacramētum Euchariſtiæ, in quo verè realiterque Chriſti corpus eſt atque ſanguis, ſunt ſacrilegi: & quam Chriſto in propria perſona optarēt, hanc in ſacroſancto ſacramento irrogant contumeliam. In quorum genere complures Iudæi fuerunt, quorum Theſibus 10. 11. 12. 13. capitis 11. mentionem fecimus. 8.

Et egregiè ipſos in hoc ſacramēto confundit, Credebant Chriſtū nō eſſe Deum vnde per ſummam contumeliam obijciebāt: Si Chriſtianorum eſſet Deus, ſe oſtenderet in nomine mille diabolorum Quid vero? Mox ad impiam vocem prolatam hoſtia ſanguine fluxit magno Chriſti diuinitatis argumento. Volebant nequitias & ſacrilegia eſſe occultiſsima: Ipſe vero effecit, vt in omnium eſſent oculis, & ad poſterorum venirent memoriam. Omnem illi Chriſto ſubtractum cupiebant eſſe honorem: Chriſtus ſuum honorē ijs ipſis hoſtijs promouit, & promouet; quibus illi quā potuerunt, intulerunt iniuriam. Volebant de Chriſto in hoſtijs quaſi vindictam ſumere: Chriſtus ex ijſdem hoſtijs ſe quaſi vlciſcitur quando effuſo ſanguine eorum ſcelus prodit; & in Magiſtratuum poteſtatem tradit extremis ſupplicijs excruciandos. 9.

Atque hic etiam vnus eſt finium, qui Chriſto in his prodigioſos Apparitionibus, ſub peregrina ſpecie in ſacramento, propoſiti fuerunt vt ob id d c . & credi debeat, quod quemadmodum illæ valent ad fidem perſuadendam & confirmandam: ad mores Chriſtianos formandos: ad piorum Chriſto deuotorum conſolationem, ita ad 10.

quorundam refractariorum inſignem confuſionem.

11. Neque enim de hoc rectè dubitabitur. Quorſum enim hæ inter priuatos ſacrilegorum Iudęorum parietes, apud Chriſti Chriſtianorumque coniuratiſsimos hoſtes? vbi ipſis hiſce Apparitionibus prodigioſis ſpectatores facti ſunt deteriores? quorſum, inquam, eſſe potuerunt?

12. Non his fides Chriſtiana erat perſuadenda, apud eos; apud quos tot prophetarum vaticinia nihil profuerunt. Nec erant in fide confirmandi, qui fidem Chriſtianam omnibus modis oppugnabant.

13. Nec erant his ad ſaniora conſilia vocandi; à fuga, videlicet, vitiorum; ad ſtudia virtutum. Quoniam vbi fidei iacta fundamenta non ſunt, vt apud Iudæos non erant, parum proſunt ad æternam vitam aut vitiorum fuga aut ſtudium exercitatioque virtutum.

14. Conſolatione ſpirituali quis dignos cenſeat? Hac Deus in virtutum ſtudio exercitatiſsimos & quibus frequens eſt de diuinis rebus meditatio, dignatur. Quid horum in perfidis Iudæis? qui hoſtili furioſoque animo Sacramenta aggrediebantur? & prodigijs territi, animos in nequitia confirmabant? & non minora bella contra conſcientiam, ſceleris teſtem; quam ipſum ſacramentum geſſerunt?

15. Maneat igitur ad ipſorum confuſionem Deum voluiſſe has ipſis valere Apparitiones: & quemadmodum vltus eſt, in ſe, ſuas imagines in ſibi deuotos, in ſuas leges atque ſacra iniurioſos; ita his indignationem iuſtiſsimam voluiſſe demonſtrare Iudæis, cum ſumma ipſorum confuſione.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Quidnam Dæmonibus propoſitum ſit, quando ſimilibus Apparitionibus homines dementant.

Propoſita eſt hominum pernicies non ſalus:	*Complacentiam verò excitat facilè.*
Et vtuntur ob id medijs illi conuenientibus.	*Et magnitudo ſiue dignitas Apparitionis.*
Hic ipſis plurimum ſeruit conplacentia;	*Et earundem varitas.*
Præſens animarum periculum,	*Hinc ardua ſolet Deus adiungere Reuelationibus.*
Ob ſuperbiam, &	*Et ſancti eaſdem deprecari, aut certè non expetere ſolent &c.*
Contemptum aliorum, &c.	

Qui

QVia non ſolum à Deo ſunt noſtræ, de quibus agimus Apparitiones ſacramentales ſub peregrinis ſpeciebus: verum etiam quandoque Dæmones habent authores idcircò quid & ipſis in his propoſitum ſit eſt aperiendū, vt perfecta ſit quam damus de his Apparitionibus tractatio. 1.

Certum verò illud eſt aliud Dæmonibus, aliud Deo propoſitum eſſe. Contraria ſunt eorum ſtudia Dei ſtudium opera Dæmonum diſſoluere: horum euertere ciuitatem Dei, atque altare contra altare erigere. Quocirca cum in rebus omnibus Deus mortalium ſalutem quærat: non ſalutem ſed interitum quærent Dæmones; vt idcirco optimè ipſos leonibus rugientibus comparat Apoſtolus, qui circumeundo quærant quos deuorent. 2.

Sed vltimus ille finis Dei eſt: & vltimus hic diabolorum. Intermedios, & hunc quaſi antecedentes alios habet Deus, quibus dum inſiſtunt mortales fœliciter ad illum vltimum perueniunt: qui in his Apparitionibus plerique illorum ſunt, quos, præcedentibus Capitibus, diximus Deo propoſitos fuiſſe; ſcilicet in fide Chriſtiana inſtitutionem & confirmationem: bonorum morum formationem & animorum recreationem & conſolationem &c. 3.

Et præter vltimum illum (hominum interitum & perniciem) alios habent Dæmones, quibus tanquam medijs ad extremum mortales deducunt: qui quemadmodum vltimus Dei vltimo ipſorum contrarius eſt, ita hi tanquam ad vltimum præcurſores, illis intermedijs Dei ſunt contrarij. 4.

Quocirca Dæmonibus propoſitum non erit homines, (quibus hiſce Apparitionibus illudunt) in fide inſtituere; aut ad bonos mores inducere: aut ſpirituali voluptate animos afficere: hæc Deus quærit ſuo fini illa non ſeruiunt, aliud quærent. Et quid illud? 5.

Vno verbo dixerim Complacentiam ſui Hoc primum intendent verſipelles, vt earum mentes, quos Apparitionibus hiſce faſcinant ad ſibi complacendum inducant, quod vt credā, duabus rationibus perſuadeor. Altera eſt, quod hac re præſens animarū periculum afferatur: altera quod ad hanc in hominum animis generandam plurimum hæ Appartiones facere poſſe exiſtimentur. Vtrumque ſequentibus docendum eſt. 6.

Et prius illud docent fructus, qui cum ſui complacentia ſunt coniuncti. Qui illi Pauci quidem; veruntamen fœcundi plurimumque perinicioſi. Sunt illi, vt plurimum, ſuperbia, atque aliorum contemptus. Quam hi pernicioſa progenie abundantes? 7.

Ex ſuperbia præſumptio eſt, qua proprijs meritis exiſtimatur 8.

 poſſi-

Digitized by Google

poſsideri, quæ diuinitus poſsidentur. Hanc ſequitur ingratitudo beſtia Deo hominibuſque inuiſa. Cui enim gratiarum actionem referes, ſi pro quo gratias agas, non inuenies? Et quid inueuies, ſi tuis meritis omnia te habere perſuaſus es? Cum ingratitudine, vt plurimum coniuncta eſt impudentia, quæ honorem reuerentiamque Dei tollit, cui tamen etiam à ſanctiſsimis cum honore & tremore ſeruiendum eſt.

9. Contemptus aliorum tollit tantopere commendatam atq; prorſus in Chriſtiana Republica neceſſariam obedientiam. Qui enim ſibi placent, quia ſe cæteris, vel meliores, vel doctiores, exiſtimant, non aliorum imperia admittunt vt ſua iudicia aliorum præferunt, ita ſua putant præcedere debere imperata & conſilia.

10. Quam verò pernicioſæ ſunt hæ peſtes, præſumptio? ingratitudo? impudentia? inobedientia? Quod his machinis ex arce virtutis, ad quam humilitatis gradibus ſancti homines aſcenderunt, præcipites acti? quod extrema allata calamitas? Exemplis abundamus; ſed breuitatis ſtudioſi ad id, quod reſtat, accedimus, docemuſque has Apparitiones ad ſui complacentiam in hominum animis inſerendam plurimum Dæmonibus ſeruire poſſe.

11. Et poſſe ſeruire dignitas atque magnitudo ipſarum Apparitionũ earundemque raritas probat. Quanta, quæſo res eſt Chriſtum, Filiũ Dei, ſub humana ſpecie, aut certè peregrina carnis, quæ alioquin verè in ſacramento latet, conſpicere? Et cum viſio hæc paucis admodum contingat quam facilè ſibi cõplacebit homo; ſi hac ſe viſione, præ cæteris, à Deo dignari animaduertat? præſertim ſi ſtudium virtutum præceſſerit, & propter illam viſio dari credatur?

12. Multa ſunt quæ hominum animos erigunt, & vt ſibi complaceãt, efficiunt, ſed inter multa vix quidquam facilius potentiuſq;, quam bonorum diuinitus acceptorum æſtimatio. Cum enim fomentum complacentiæ ſit bonorum poſſeſsio, quo maiora bona fuerint maior materia complacentiæ data videtur. Inter bona verò, quę maiora, quam quæ diuinitus dantur? & dantur rariſsimè? & intuitu virtutis dari creduntur? vt creduntur hæ Apparitiones?

13. Hinc & Apoſtololo Paulo frænum iniectum fuit: vt quantum ex horum bonorum poſſeſsione poſſet diſſolui, tantum aduerſantis mali fræno contineretur; & ex hoc tantum animus deprimeretur, quantum ex illo poſſet eleuari, *Ne magnitudo*, inquit, *reuelationum me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet* 2. Corinth. 12.

14. Hinc quoque eſſe dicam, vt qui ſolidis ſemper virtutibus inſtiterunt,

terunt, tantum abeſt, vt has ſimileſque viſiones à Deo expetierint, vt etiam oblatas difficulter admiſerint: maluerintque potius ijs carere, quam cum periculo aliquo ſanctę humilitatis potiri & frui. De S. Coleta virgine legimus, quod Deo multa ei ſecreta reuelare volenti, reſponderit: *Domine Deus ſufficit mihi, te ſolum cognoſcere, & peccata mea eorumque abs te veniam obtinere.* Sic Stephanus Iuliacus in eius vita cap. 5.

Fuerunt alij, qui quando eædem illis diuinitus ſunt oblatæ, ne 15.
hos nomine ab alijs ſuſpicerentur atque ita gemino quaſi laqueo diuin ſcilicet fauoris, & humani applauſus, irretirentur, eas apud ſe ſummo ſilentio continuerunt, & diligenter, ne ad aliorum notitiam peruenirent, adlaborarunt. Hoc nomine commendatur S. Hildegardis, quæ vix ſuperiorum iuſſu induci potuit, vt ſuas proderet: nec inducta fuit, donec Eugenius Pontifex, eã ad reuelationes ſuas ſcribendum animauit, quemadmodum teſtatur in eius vita, lib. 1. cap. 4. Theodoric. Abb. Sic Arſenius ſibi factas nunquam, niſi aliorum poſceret vtilitas, narrabat, & tum narrabat, quaſi alteri ſibi nõ accidiſſent. Ita Metaphraſtes in eius vita ad rem noſtram noſtraſque Apparitiones magis accedit ſtudium S. Libuinæ. Huic enim cum Chriſtus vigilanti apparens, quinque vulnerum ſuorum ſigna luculenter impreſſa reliquiſſet: & cerneret virgo tam hiantia vulnera latere non poſſe: timeretque concurſum & applauſum hominũ, ſic Deum deprecata ſcribitur: *Maneat obſecro, Domine, hoc dignationis ſacramentum inter me & te. Sufficit enim mihi gratia tua.* Hoc Ioan Brugmannus, in vita eius cap. 8 part. 2.

Aliqui, qui huius ſilentij non tantam rationem habuerunt, aliquid humanitus ſunt paſſi Cognouit id, cuius iam mentionem fe- 1.
cimus S. Lebuina. diuinitus enim inſtituta intellexit quendam ſolitum Reuelationes ſuas narrare & quod facilè accidit, narrationis calore quędam de ſuo adijcere, idcircò pœnis purgatorij addictum eſſe. Et hoc Brugmannus.

Quid quod horum nomine quidam inſoleſcere cæperunt? eoq; 17.
arrogantię venerunt, vt primum quidem fructus bonorum operũ, quæ multis magniſq; laboribus ſibi cõparaſſent iacturam fecerint; deinde ad miſerrimas vitæ conditiones peruenerint? illa tentarint quæ & humanis & diuinis legibus eſſent contraria. Exemplo hic eſt Magdalena de la Cruz, Cardubæ, quæ eo progreſſa eſt, vt ſolemni ritu (quaſi per eam Chriſti loquente) hoſtiam incruentam prolatis verbis Canonis conſecrare auderet de qua P Ribadinera, lib. 1. patris noſtri Ignatij cap. 10. Sed rerum magis Particulariũ fines etiã inueſtigemus.

Caput Trigesimum.

Inquiruntur cauſæ & rationes formarum peregrinarum, ſub quibus Chriſtus creditur exhibitus in ſacramento.

Vna omnibus eſt communis, Dei voluntas
Propria alia & alia:
Crucifixi ratio, memoria paſſionis:
Pueri exiguitas ſpecierum,
Innocentia Chriſti,
Caſtitas eiuſdem,
Faciei, Chriſti præſentia.
Carnis, Chriſti item præſentia,
Et quia caro ipſius eſt cibus hic.
Sanguinis, eadem rationes,
Et quia ſanguis in vtraque ſpecie datur.
Manus Chriſti in Sacramento potentia.
Agni, illud, Ecce Agnus Dei.
Et quia ipſe Agnus occiſus ab origine mundi.

1. IN genere fines Apparitionum Chriſti, in Venerabili Sacramento, ſub peregrinis ſpeciebus, expoſuimus: reſtat fines ſiue rationes ſcrutemur, cur has potius, quam illas formas aſſumpſerit: & videri voluerit, nunc ſub ſpecie hominis ſiue crucifixi, ſiue infantis: nunc partium hominis, faciei, carnis, ſanguinis, manus: nunc quoq; agnelli. Nam quemadmodũ ſine ratione ſub peregrina ſpecie non apparuit; ita ſine ratione, ſub hac vel illa ſpecie non apparuit.

2. Fuit quidem vna in omnibus ratio; voluntas diuina: qua vt apparere voluit, ita potuit, ſub qua voluit forma, apparere: veruntamen quia ſine magno conſilio agit nihil, ita ſine conſilio hic vel minimum voluiſſe qui credit, dubito vtrum Chriſto iniuriam faciat. Ergo quæ cauſæ ſpecierum & formarum? Quantum ratione conſequi poſſumus, dicimus.

3. Crucifixi forma exhibita eſt; vt cuius ſacramenta tractarentur doceretur: illius, videlicet, qui crucem, pro hominum genere ſuſtinuiſſet; & hoc ſacramentum in memoriam paſſionis ſuæ atque Crucis peragi inter fideles inſtituiſſet, fortè & hoc Chriſti paſſio in memoriam erat reuocanda, certè reuocãdam in vſu huius ſacramenti & Dominus inſinuat Matth. 26. & explicat egregiè S. Paulus dicens: *Hæc quotieſcunque feceritis, mortem Domini annunciabitis*, 1. Corinth 11.

4. Puer exhibitus fortè reſpondit ſpeciebus ſacramentalibus, quæ magnæ eſſe non ſolent; & facilius infantem, quàm virum referunt

forte

ſortè & pudicitiæ, caſtitatis atque innocentiæ Chriſti qui ſub ſacramento continetur, argumentum eſt. Poſterius hoc non diſplicet: prius magis placet. Amica quoque magis eſt pueri quam viri forma.

Facies hominem prodit, ergò facies exhibita in ſacramento, hoc 5. fine exhibita eſt, vt Chriſtum prodat, qui ſub ſacramento latet. Hinc eſt, vt non qualemcunque faciem, ſed talem, qualis Chriſti fuiſſe creditur exhibitam exiſtimem. oſtenduntur & in Franconia prodigioſæ quædam facies in *Corporali*, vt vocamus, ex effuſo ſanguine domini, eo contractę quæ quod dicimus, eo ipſo confirmant, quod Chriſti coronatam faciem referant.

Carnis exhibitæ neſcio vtrum alia cauſa detur; quam quod ſolam Chriſti præſentiam teſtetur. Niſi fortè huius ratio dicatur illis 6. *Caro mea eſt verè cibus*, Ioan. 6 hoc enim de Sacamento intelligi noriunt docti.

Idem dici poteſt de ſpecie ſanguinis. Nã & ſanguinis Chriſtus me- 7. minit. & ſanguis Chriſti in ſacramento eſt præſens. Sunt etiam qui credant hoc inſinuari non abeſſe à ſacrmento verum Chriſti ſanguinem: ſed ratio hæc tantum locum habet, quando ſanguis ex hoſtia defluxit, non quando in calice ille depræhenſus eſt.

Mimus, cuius iudicium fuerit, difficulter dixeris. Potentiæ alioquin atque virtutis eſſe ſymbolum notarunt multi; & Multa do- 8. cent Sacrarum Scripturarum loca. vtrum hic ſit, incertum hoc certum; ſingularem Chriſti potentiã in ſacramento multis argumentis demonſtari

Agnus ſuſpicor alludit ad illud Ioannis 1. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*. Et profectò egregiè conuenit cum ſacramento, 9.
in quo Agni ab origine mundi occiſi ſanguis pro
mundi peccatis offertur hæc
breuiter.

PARS QVINTA DISPVTATIONIS DE APPARIT. SACRAmentali qua de vſu ſpecierum Sacramentalium peregrinarum, ſub quibus Chriſtus creditur Apparuiſſe agitur.

DVplicem harum ſpecierum vſum diſtinguere poſſumus, vnus ad ſumptionem pertinet: alter in cultu & honore ijs deferendo conſiſtit. Ibi quæritur, vtrum hæ ſpecies, in quas ſacramentum conuertitur, ſumi poſſint, vel debeant: hic, vtrum cultus ijs aliquis, ſiue veneratio tribuenda, vtrumque breuiſſimè, vltima hac Diſputationis parte expediendum eſt. Sit igitur.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

Quid ſentiendum de ſumptione ſpecierum peregrinarum in Sacramento Euchariſtiæ.

Si poſt peregrinas depoſitas, redeant Sacramentales illæ ſecundæ.
Quid enim ſumptionem hic prohibet?
Quid quod lex ſumptionem vrgeat?
Si peregrinæ perſeuerant nulla neceſſitas incumbit eaſdem ſumendi.
Nec quidem ſacerdoti celebranti.
Eidem nec incumbit nouam cōſecrationem inſtituere vt perfectum abſoluerit ſacrificium.

I. SAcramentū Euchariſtiæ à Chriſto Domino inſtitutū eſſe vt ſumatur. nemo Chriſtianorū ignorare poteſt. Nā & nomina cibi atq; potus, quę ſumuntur, obtinet, & vt ſumatur Chriſti mandato vrgentur fideles, *Niſi,* inquit Dominus Ioan. 6. *manducaueritis carnem filij hominis, & ſanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis* Hinc idem Dominus, ſacramentum primo inſtituens, dixit, *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum,* & rurſus *porrigens calicem, Bibite ex eo omnes.* Matth. 26.

Hæc

Hæc cum ita ſint, non ſine cauſa quæritur, vtrum etiam, ſi ſpecies ſacramentales Chriſtus in ſacramento deponat, & peregrinas quaſi aſſumat, ſumi vel debeat, vel poſsit. Horror forſitan ſuadebit ſumptionem intermittendam: neceſsitas verò diuini præcepti non negligendam. Quid verò. 2.

Duplici diſtinctione præmiſſa res definienda eſt. Altera ex parte ſpecierum ſacramentalium ſumitur, altera ex parte obligationis ſumendi. Nam ibi vel ſpecies ſacramentales, poſt peregrinas, ſub quibus Chriſtus apparuit, ſunt reſtitutæ, vel eædem perſeuerant, hic verò, vel quid fieri neceſſe ſit, vel quid poſsit fieri, diſputatio eſt. 3.

Ergò ſi ſpecies ſacramentales ſacramento ſunt reſtitutæ, & peregrinæ depoſitæ reuerenter illæ religioſeque ſunt ſumendæ. Quid enim hîc ſumptionem poteſt prohibere? Horror peregrinarum ſpecierum? at illæ iam depoſitæ. Periculum quod timetur, vomitus? at illud hîc non maius, quam ſi nulla obſeruata fuiſſet tranſmutatio. Lex forte vel mandatum ſumptionem vetans? at quæ vetat? nulla inuenitur. 4.

Quid quod Sacerdoti (ſi hæc tranſmutatio ſpecierum tempore ſacrificij accidat) neceſsitas incumbat, vt ſpecies ſacramentales ſumat. Probabile enim eſt, non minus ad perfectionem ſacrificij neceſſarium eſſe ſumptionem vtriuſque ſpeciei, quam vtriuſq; conſecrationem, quo ſit etiam, vt quando alteram ſpeciem deficere contingit (contingit verò multis modis) illius noua conſecratio ſit neceſſaria, ne mancum ſit, mutilumque ſacrificium. 5.

Verum ſi peregrinæ formæ permaneāt, tanta neceſsitas ſpecies illas ſumendi non eſt, nec ipſis quidem ſacerdotibus, impoſita: nec ſi horror etiam ſumptionē non impediret, nec etiam ſi nulla propter vomitum irreuerentia timeretur. Sed nec vlla lex eſt, quæ ſumptionem mandat. 6.

Addo quod non ſine ratione dubitent quidam, vtrum vel poſsit ſub peregrinis ſpeciebus ſacramentum ſumi. Certè inueniuntur inter Scholaſticos Doctores non pauci, nec leuis eruditionis qui conſeruandas, non conſumendas ſpecies illas arbitrentur. Et hi partim pro ſua ſententia credunt eſſe horrorem ſumentium partim irreuerentiam, quæ per Vomitum poteſt accidere: partim etiam, quod hîc ſub forma humani cibi (ſub qua Chriſtus ſumendum reliquit) ſacramentum non accipiatur. 7.

Nos ad has leges mortales non aſtringimus: nec tantam illis neceſsitatem imponimus, quid enim, ſi nullus ſit horror? nullum irreuerentiæ periculum? Sed tamen quia conſuetudo recepta eſt, vt 8.

ſpecies conſeruentur, potius conſeruandas, quam abſumendas, exiſtimamus.

9. Conſuetudini forſitan graues rationes cauſam dederunt. Neque enim dubium eſt, harum ſpecierum præſentia in fide Chriſti fideles confirmari: maioribus ſtimulis ad dignè ſacramenta tractanda inſtigari: pluribus diuinæ beneficentiæ argumentis ad gratiarum actionem prouocari.

10. Cæterum hic nunc, quæſtio oritur, quid ſacrificanti Sacerdoti agendum ſi mutatio ſacramentalium ſpecierum in peregrinas, tempore ſacrificij accidat an nouam auſpicabitur conſecrationem? Ita ſentiunt quidam; ſiue in vtraque ſpecie tranſmutatio ſit facta; ſiue facta in altera tantum: propterea, quod perfectum ſacrificium, vt dicunt, poſtulet, vt non ſolum à Deo efferatur, verum etiam à ſacrificante abſumatur. Vt quidem hoc fiat probamus: verum, vtrū omninò ſit neceſſarium, non intelligimus.

11. Fortè neque ſi in vtraque ſpecie tranſmutatio eſt facta, noua vtriuſque ſpeciei conſecratione, eſt opus: neque opus alterius ſpeciei conſecratione, ſi facta mutatio tantum in altera. Quia ibi non ſupplebitur ſacrificij defectus, ſed noua conſecratione nouum repetetur ſacrificium. hic non neceſſe ſupplere alteram ſacrificij partem, quod iam antea ſacrificium fuerit perfectum vtriuſque ſpeciei conſecratione, vt porrò totum, (id eſt ſub vtraque parte) à ſacrificante ſumatur, quæ ratio cogat hic, vbi, miraculo quaſi, prohiberi Sacerdos videtur, non intelligo.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

An Chriſto ſub ſpeciebus ſacramentalibus & Sacramento Chriſtum continenti, diuinus cultus tribui poſsit ac debeat.

Chriſtus ſub ſacramentalibus ſpeciebus eſt adorandus.	*Recepta & probata olim fuit hæc adoratio.*
Quia etiam tum, verus eſt Deus.	*Adorandum etiam eſt ſacramentum Euchariſtiæ, quod Chriſtum continet*
Maioribus argumentis vrgemur ad adorationem hanc.	*Patet exemplo purpureæ,*
Sunt qui hanc adorationem velint præceptam.	*Sententia Patrum*
	Definitione Conciliorum.

De

DE tribus, in his Apparitionibus Chriſti ſacramentalibus ſub ſpeciebus peregrinis, quæſtio eſſe poteſt, quando in controuerſiam vocatur, an & quis ijs cultus reuerentiaque debeatur. De ſpeciebus, quæ verè Chriſti corpus ſanguinem que continent; quales illas eſſe diximus, ſub quibus verè panis vinique ſubſtantia poteſt exiſtere. Deinde de ſpeciebus in quibus tanta facta alteratio; vt panis vinique ſubſtantia ſub ijs nequeat conſeruari. Denique de ſpeciebus quibuſdam. quæ & omnino à ſacramentalibus ſunt diſtinctæ & Chriſtum ſub imagine vel pueri, Crucifixi, &c referunt. De his tribus inquam quæſtio eſt: Quia horum trium ſemper aliquod, in his Apparitionibus inuenitur. Sed ad primum reſpondebitur præſenti capite. 1.

De hoc verò duo à nobis aſſeruntur primum eſt: Chriſtum ſub ſpeciebus ſacramentalibus adorandum eſſe Alterum, totum quod in oculos incurrit (quod ſunt ſpecies corpus dominicum continentes) eſſe adorandum. Prius illis opponimus, qui corpus Chriſti in ſacramento contineri negant: aut ſi hoc concedant, negant adorandum, quia non eo fine, vt adoretur, in ſacramento ſit relictũ; ſed ſolum, vt ſumatur: Poſterius illis, qui, quia timent ne diuinum honorem ad creaturas transferant, Chriſtum ſed non ſacramentum docent adorandum. 2.

Verum facillimè prius demonſtratur, Quid enim? An non Dominum Deum iuſtè adoraueris? aut Dominus Deus non eſt, qui ſub ſacramento eſt, Chriſtus Ieſus? Alium Ieſum, ſub ſacramento ignoramus, quam, quem in ſymbolo confitemur Dominum noſtrum conceptum de ſpiritu ſancto, natum ex Maria Virgine. Quod verò adorandus ſit; ita cordibus hominum impreſſa lex eſt vt expungi nulla ratione poſsit. Vt interim taceam, adorationem Dei præceptam, & Matth. 4. ***Dominum Deum tuum adorabis***: &. Apo. 14. ***Adorate eum, qui fecit cælum & terram.*** & Pſal. 69.: ***Adorate eum, omnes Angeli eius.*** 3.

Hinc mirum non eſt, quod diuinum honorem Chriſto olim inter homines verſanti, quidam tribuerint; nulla etiam habita ratione, vbi adorarent. Adorarunt in ſtabulo Reges, Math 2 exiſtentem in via leproſus, Mat. 9. & mulier Cananæa. Mat. 15. in templo cæcus natus, Ioan. 9. in vtero matris Baptiſta Ioannes, Luc. 1. 4.

Porro, qui, per ſe, adorandus eſt Dominus, ille in ſacramento maioribus argumentis homines ad adorationem vrget: argumentis, ſcilicet, ſummæ humanitatis & beneuolentiæ. Quid enim hæc 5.

poſsint,& debeant; docent duo inſignes adoratores Chriſti, Cẽturio, atque Thomas. quorum hic poſt exhibita vulnera in illam vocem prorupit, *Dominus meus & Deus meus*: ille propenſum in ſe Domini ſtudium ſentiens, *Domine*, dicebat, *non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Quocirca, cum in Euchariſtiæ ſacramento maioribus argumentis ſuum erga homines ſtudium Dominus demonſtret, non adorandus ſolum, ſed pluribus nominibus, iuſtioribuſque ex cauſis adorandus eſt.

6. Nec eſt, quod quis hic præceptum vrgeat adorationem imperantis, quaſi nihil liceat, ad quod præcepto non vrgearis, plurima, & honeſtiſsima ſunt, & Deo gratiſsima, ad quæ nulla neceſsitate præcepti, ſed ſola honeſtatis ratione tenentur mortales. Quid ſi ex horum genere ſit Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento adoratio?

7. Et vt à materia noſtra non diſcedamus, quo præcepto vrgebantur tres Magi, quando recens natum adorarunt Dominum in Bethleem? quo cæcus natus, quando viuum adorauit in templo? quo Cẽturio quando pendentem in Cruce? Quod ſi naturæ legem proferas eandem ego producam pro adorando Chriſto in Euchariſtia: quoniam alius in Euchariſtia non adoratur, quam quem adorarunt, Magi, cæcus, Centurio.

8. Addo, quod quidam, adorationem Chriſti in Euchariſtia præceptam velint: & præceptam. Pſalmo 98. vbi dicitur. *Adorate ſcabellum pedum eius.* Pedum enim Chriſti ſcabellum eſt terra (ſecundum illud Iſaiæ 66. *Cœlum mihi ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum*) quæ adorari dicitur, quando ſub ſpecie panis, quem terra produxit, adoratur Chriſtus. Certè ita hunc locum exponit B. Auguſtinus, in Pſal. 98. Verba eius ſunt ſequentia.

9. *Videte; fratres, quid nos iubeat adorare. Alio loco Scriptura dicit, Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Ergò terram nos iubet adorare, quia dixit alio loco. quid ſit ſcabellum pedum Dei: Et quomodo adorabimus terram, cum dicat apertè Scriptura Dominum Deum tuum adorabis: & hic dicit. Adorate ſcabellum pedum eius? Exponens autem mihi quid ſit ſcabellum pedum eius, dicit, Terra autem ſcabellum pedum meorum. Anceps factus ſum: timeo adorare terram, ne damnet me, qui fecit cœlum & terram Rurſus, timeo non adorare ſcabellum pedum Domini mei, quia Pſalmus mihi dicit. Adorate ſcabellum pedum eius. Quæro quid ſit ſcabellum pedum eius & dicit Scriptura; Terra ſcabellum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic: & inuenio, quomodo ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Maria carnem accepit. Et quia in ipſa*

ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat niſi prius adorauerit, inuentum eſt; quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini: & non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando. Hactenus B. Auguſtinus.

Hanc adorationem Chriſti, in Euchariſtia Patres, maiores noſtri non ignorarunt Nam eorum quidam Chriſtum adorarunt: quidam adorandum docuerunt: quidam rectè adoratum tradiderunt. 10.

Adorarunt B. Thomas cuius egregius extat Rhitmus. 11.

Adoro te ſupplex, latens Deitas.
Quæ ſub his figuris verè latitas.

Adorarunt quicunque ſacramentum perceperunt. Neque enim hunc cibum quiſquam ſumit, niſi prius adoratum, teſte B. Auguſtino in Pſalmũ 98. Adorarunt, qui vſi Liturgijs Baſilij, Iacobi, Chryſoſtomi, quæ omnes adorationem continent.

Adorandum docuerunt Cyrillus, Catecheſi. 5. Myſtag. ſic ſcribens, *Accede pronus adorationis in modum & venerationis.* B item Chryſoſtomus *exemplo Magorum,* qui adorarunt in ſtabulo, hom. 24 in 1. Corinth. Origenes denique, qui homil. 5. in diuerſos Euangelij locos à communicantibus corpori & ſanguini Domini, vult dicendum illud Centurionis, *Domine non ſum dignus.* 12.

Docuerunt benè adoratum Damaſcenus, lib. 4. fidei orthod cap. 14. dicens *veneramur ipſum tum corporis tum animæ puritate,* Auguſtinus quoque (habetur de Conſ. diſt. 2.) *Nos,* inquiens, *in ſpecie panis & vini, quam videmus, res inuiſibiles, id eſt, carnem & ſanguinem honoramus.* Et B. Gregorius Nazianzenus, Orat. de obitu Sororis, docet ſororem poſt adorationem Euchariſtiæ & orationem ad Chriſtum in Euchariſtia factam, priſtinæ ſanitati reſtitutam eſſe. 13.

Et hi quidem ab hominibus tradiderunt adoratum, adoratum atque adeò adorari etiam ab Angelis docuerunt B. Gregorius atque Chryſoſtomus. *Quis,* inquit B. Gregorius, lib. 4. Dialog. cap. 58. *fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cælos aperiri in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe?* Idem docet Chryſoſtomus duobus exemplis lib. 6. de Sacerdotio. 14.

Hinc ſuſpicor, ritus apud Catholicos inualuit vt ſub tremendis Miſſæ ſacrificijs hoſtia eleuetur: ſcilicet, vt præſens populus, quem in ſacramento agnoſcit Chriſtum præſentem; eundem quo par eſt, religionis cultu reuerentiaque proſequatur. Habeat hic ritus alias quoque cauſas, atque rationes; hanc haud obſcurè inſi- 15.

nuat Baſilius, lib de ſpiritu Sancto, cap. 27. cum ſic loquitur, *Inuocationis verba, cum oſtenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum nobis in ſcripto reliquit?*

10. Quocirca optime hunc canonē 6 in ſeſsionem 13. poſuerunt Patres concilij Tridentini. *Si quis dixerit*, inquiunt, *in ſancto Eucharistiæ Sacramento Christum* vnigenitum *Dei filium* non eſſe cultu *latriæ, etiam externo adorandum: atque ideo nec feſtiua peculiari feſtiuitate celebrandum: neque in proceſsionibus ſecundum laudabilem, & vniuerſalem ſanctæ Eccleſiæ ritum & conſuetudinem, ſolemniter circumgeſtandum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe Idololatras anathema ſit.*

11. Atque ita quidem prius illud demonſtratum eſt: poſterius duplicem poteſt habere ſenſum. Vnus eſt, vt & Chriſtum dicamus adorandum & præterea adorandas ſpecies: ita vt in adoratione Chriſti ſpecierum non habeatur ratio? & in cultu ſpecierum excludatur Chriſtus: alter, vt ſpecies à Chriſto non ſecernamus, ſed adoratio in ſacramentum feratur; quod ſunt ſpecies Chriſtum continentes. Hoc poſteriori, non priori illo dictum volumus *totum quod in oculos* incurrit, adorandum eſſe.

Exemplo Regis purpuræ vtrumq; fit manifeſtum Hanc etenim

12. ſi à Rege mente cogitationeque ſepares; & materiæ, ex qua conſtat, rationem tantum habeat, non dices honore aut reuerentia dignā: at ſi purpuratus tibi Rex occurrat, & cogitatione purpuram à Rege non diſtinxeris, non malè purpuratum Regem, & in purpura Regem adoraueris. Ita ſi ſpecies tantum attendas qua accidentia ſunt, quantitati inhærentia, per ſe nullo honore illas dignaberis: magno dignaberis, ſi à corpore Domini non ſecreueris.

13. Hinc eſt, quòd non Chriſtum tantum in Sacramento ſed etiam ſacramentum. Chriſtum continens, adorandum dicamus: quemadmodum non adorandum tantum Regem qui purpuram indutus eſt; ſed ipſum quoq; purpuratum. Et modus hic loquendi idcircò probatur; quod eundem & ſanctiſsimi doctiſsimique Patres vſurparint: & grauiſsima Concilia.

Beatus Auguſtinus, lib. 1. & Serm. 28 de verbis Apoſtoli, noſtrum hoc, de quo quæſtio eſt vocat, *cæleſte atque venerabile Sacramentum* & lib 20. contra Fauſtum, cap 13. *Sacramentum religionis, cui longe diuerſus cultus; quam pani communi, aut vino debeatur.* Sic religioſiſsimus Pontifex & Martyr, Alexander ſub nomine *oblationis*, de hoc ſacramento loquens, docet *hanc ab omnibus venerandam eſſe & colendam.*

Eadē phraſi vtitur Concilium Vienenſe, 300. propemodum Patrum,

trum, ſub Clemente V. celebratum. Nam & *venerandum, & adorandum dicit ſacramentum altaris.* Et Tridentinum ſeſſ. 13. cap 5. docet *piè admodum religioſéq; in Eccleſiam Dei introductum hunc morem, vt ſingulis annis ipſum ſacramentum ſingulari veneratione & ſolemnitate celebretur* probat etiam morem receptum, quo cultus latriæ illi deſertur. Vt idcircò credi debeat optimè ab Eccleſia inuitari Criſtianos ad hunc cultum Sacramento deferendum, cum ſic dicitur: *Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.*

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

An & quæ reuerentia debeatur ſpeciebus, ſub quibus iam panis & vini ſubſtantia eſſe nequit: ideóq; nec verè Chriſti corpus aut ſanguis eſt.

Non malè honor & reuerentia hiſce ſpeciebus tribuitur à fidelibus	*Debetur iiſdē honor, qualis Reliquijs*
Quia olim benè tributa,	*Quia ſunt quaſi aliquid Chriſti.*
Eandem Deus miraculis probat,	*Honor & cultus hic inferior eſt illo, qui tribuitur hominibus.*
Et confirmat cultum aliarum rerum.	*Vterque tamen ab eadem virtute eſt.*

DVplices ſunt ſpecies, ſiue res, quæ poſt Sacramentum aliquando relinquuntur. Aliæ enim carnem, vel ſanguinem referunt, non panem aut vinum, aliæ neque carnem aut ſanguinem, neque panem aut vinum, ſed tertium quid, in quod vel ſpecies carnis aut ſanguinis, vel ſpecies panis & vini ſunt conuerſæ. 1

De his duplex hoc loco quæſtio eſt Altera, An honor aut reuerētia aliqua iis debeatur & altera, Quæ debeatur Et vtrarumq; ſpeciorum eadem ratio eſt. Si quæ his debetur, eadem debetur vtriſque: nec his alia, quam illis: nec his maior, quam illis, propterea quod neutræ Chriſtum contineant, & quæ vtriſque tribuenda, tribuenda ſit ea ſolum ratione, quod ſub his (licet aliter affectis) Chriſti aliquando corpus ſanguiſque latuerit. 2.

Ergò vt de quæſtione priori prius conſtituamus, dubium non eſt, quin iis reuerentia aliqua tribuēda ſit. Neq; enim quis temerè damnarit iam à multis annis receptam legem, & probatam conſuetudinē qua hæ res, in quas ſacramētales ſpecies quandoq; cōuerſæ legūtur, religioſè conſeruantur, & piè à Catholicis colūtur atq;, honorātur. 3.

Sed & hunc cultum Deus miraculis, atq; prodigiis probare & vrgere videtur. Exemplo ſunt, inter alias ſpecies, quarum vna Aufidi 4.

in Piceno, plures Bruxellis in Brabantia conſeruantur, quot, quantiſque miraculis hæ & clarent hodie, & multis annis claruerunt? Illorum meminit Bozius lib. 14. de Notis Eccleſiæ, cap. 7. horũ Theodorus Loer, Carthuſianus Colonienſis, & poſt eundem Breidenbachius in ſuis collationibus.

5. Et profectò nõ minus his ſpeciebus reuerẽtia (qualis qualis etiã) debetur; quàm vel cineribus, in quos Sanctorum corpora à Tyrannis rẽdacta ſunt; vel pulueri, qui apud Sanctorum Reliquias collectus eſt: vel oleo, quod in ipſorum honorem accenditur: vel floribus, qui de Sanctorum ſepulchris, quibus honoris cauſa ſparſi fuerunt, ſublati ſunt, Maior enim harum ſpecierum cum Chiſti Corpore, cui ſumma debetur reuerentia coniunctio; quam illorũ cum Reliquijs Sanctorum, propter quas illa in honore habentur. Quã vero iuſtè his rebus honor tributus? & hoc miracula confirmant.

6. B. Hieronymus, in Epiſtola ad Marcellum, quam ſcripſit nomine Paulæ & Euſtochij, inter alia bona, quæ ſunt in Palæſtina, numerat *poſſe adorari* ſacros cineres S. Ioannis Baptiſtæ, Heliſæi, & Abdiæ, qui ibidem ſeruantur.

7. Pro puluere, qui circa Martyrũ ſepulchra inuentus eſt, ſeruit B. Gregorius pp. lib. 3. Dialog cap. 17. qui fideli certaq; atteſtatione refert *ex puluere collecto ex altaris crepidine mortuum ad vitam eſſe reuocatum*. Multa de hoc, qui pleraq; expertus eſt, habet alter Gregorius Turonenſis, de Miraculis S. Martini, lib 1. cap. 1. & lib. 3. cap. 12 : & lib. 4. cap. 32. & ſequentibus. Idem inſinuat tertius Gregorius Nyſſenus, in oratione ad Theodorum; quando ſic loquitur. *Si quis puluerem, quo conditorium, vbi Martyris corpus quieſcit, obſitum eſt, auferre permittat, pro munere puluis accipitur, atque, tanquam res magni pretij condenda terra colligitur.*

8. Sic ingentia miracula edita ad oleum, ex lychnis ad Martyrum ſepulchra, refert Theodoretus, in hiſtoria Sanctorum Patrum: & eodem vnctum corpus emortuum filij Irenæi ad vitam redijſſe teſtatur B. Auguſtinus, lib. 22. de Ciuit. Dei, cap 8.

9. Idem Auguſtinus eodem loco eſt pro floribus: docetque eandem gratiam floribus, qui ſacrarum Reliquiarum loculis ſpargi cõſueuerunt, tribui; quam habent ipſæ Reliquiæ. Exemplum huius B. Auguſtini verbis damus. *Cæca mulier*, inquit, *vt ad Epiſcopum portantem ſacra pignora (S. Stephani) duceretur, orauit: flores, quos ferebat, dedit, recepit: oculis admouit: protinus vidit. Stupentibus cunctis qui aderant præibat exultans, viam carpens, & via ducem vlterius non requirens.*

Conſtitutum ergò ſit optimè has res in honore haberi. Quæris-

quod

quod ſecundum eſt) quis ijs honor, cultus aut reuerentia tribuenda? Reſpondetur eandem qui Reliquijs: ideoque non *abſolutam* deferendam, ſed *reſpectiuam*; quam in ordine ad id habent, quod per ſe honore reuerentiaque eſt dignum: quod hic Chriſtus eſt, cuius quædam quaſi Reliquiæ ſunt ſpecies; vtpote relictæ ex accidentibus quæ per Chriſti in Euchariſtia corpus, ſuam, quali. ſubſiſtentiam habuerunt.

Itaque cultus hic inferior eſt illo, quem perſonis quarum Reliquię 11.
ſunt, deferimus. Illæ ſiquidem per ſe honore ſunt dignæ, hæ quem habent, perſonarum ratione, honorem habent. Sed tamen ab eadem religionis virtute vterque proficiſcitur, quod qua ratione fiat, docet Franciſcus Soarez in fine Tomi primi, in 3. par. S. Thom.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

An & quæ reuerentia debeatur ſpeciebus, qua Chriſtum ſub forma pueri aut crucifixi referunt

Si cum dictis formis permaneant ſpecies ſacramentales, rectè Chriſtū & formas Chriſtum continentes, adoraueris	*Si ſpecies ſacramentales non permaneant, etiam his formis, non malè tribueris, eundem quem Chriſto honorem.*

DVobus modis poteſt accidere, vt ſub forma pueri, aut 1.
Crucifixi Chriſtus appareat: vno ſaluis ſpeciebus ſacramentalibus, altero ijs corruptis, hic ſacramentales tranſeunt in has peregrinas: ibi ad Sacramentales hæ peregrinæ accedunt. Vtrobique Chriſto ſuus honor tribuendus eſt.

Et in priori illo res difficultatem non habet. Quemadmodum e- 2.
nim vno eodemque adorationis actu, in ſacramentum quod Chriſtum continet, & Chriſtum, qui in ſacramento continetur; ferimur: nec ſacramentum à Chriſto, aut Chriſtum à ſacramento diſtinguimus: ita vno eodemque actu hic ferimur in Chriſti formā ſacramēto præſentem, atque ſacramentum Chriſti formam referentem.

Nec obſtat quod puer v. g. aut quælibet ſpecies, alia quæ videtur, 3.
reuera Chriſtus non ſit, quemadmodum neque obſtat, quod ſacramentum propriè Chriſtus non ſit, & tamen verè adoretur. Etiam purpuræ regium honorem deferimus, & à Rege non diſtinguimus, quamuis propriè purpura Rex non ſit, ſed opus induſtrij artificis.

Poſterior modus difficilior videtur. Neque enim hic in ſacramē- 4.
to præſens eſt Chriſtus, propterea, quod eſſe deſierint ſacramenta-

les ſpecies Chriſtum continentes:neque etiam puer, aut alia quæcunque effigies, quæ in oculos incurrit, reuera eſt Chriſtus. Cui igitur hic religionis cultum deferes?

5. Deferes tamen & hic non malè hiſce ſpeciebus, & quidem eundē non malè deferes, quem Chriſto propterea, quod Chriſtum referant. Neque enim alia harum formarum conditio eſt, quam illarum ſub quibus Chriſtus conſpicitur in Apparitionibus Imperſonalibus, hic verò, quamuis etiam autoproſopos præſens non ſit, ipſius formæ atque imagini idem defertur, qui autoproſopos præſenti deferreretur honor & cultus. Docent hoc exempla, quæ de Imperſonali Chriſti Apparitione alias afferentur.

6. Ex veteris Teſtamenti Apparitionibus res clarior eſt. Nunquam per ſe Deus ibi viſus eſt, quidquid videbatur, Angelorum fuit opus. Quid verò? an idcircò deliquerunt qui Diuinum hic honorem tribuerunt? aut fortè nullus eundem ipſi tribuit? Tribuerunt, inter alios Abrahamus, Loth, Iacob, Ioſue, quemadmodum docet tertium Caput lib primi Apparitionum Diuinarum Veteris Teſtamenti.

7. Quod verò non deliquerint multa demonſtrant. Hoc primum quod hoc nomine quaſi commendentur, & nobis ad imitandum proponantur: quemadmodum facilè intelliget, qui attentius Apparitiones illas diſcuſſerit.

8. Deinde Deus, id eſt Angelus Dei perſonam ſuſtinens diuinum honorem ſibi tribui nunquam paſſus fuiſſet, ne hominibus idololatriæ, aut erroris cauſa eſſet. At verò paſſus eſt tribui non ſemel. Quid quod ad eundem quaſi inuitauit, vt inuitauit; quando ſacrificium exſpectauit à Gedeone?

9. Addo, quod Deus, id eſt in Dei perſona Angelus hoc ipſo hunc honorem vrſiſſe credi poteſt, quod ſe præſentem eſſe, ſeque videri atq; audiri declarauerit: An potuit non reuereri, diuinoque honore proſequi Moyſes, atque Iudæorum populus, quem præſentem in monte Thabor editis ſignis agnoſcebat, & cuius hanc vocem audiebat. *Ego ſum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me*? Et tamen Angelus erat, qui loquebatur, atque audiebatur, teſte B. Stephano, Actuum cap. 7. non ipſe, in propria perſona Deus.

DE

DE APPARITIONIBVS CHRISTI IMPERSONALIBVS

LIBER.

AVTHORE R. P.
Petro Thiræo, &c.

in8

Digitized by Google

INTRODVCTIO
IN
LIBRVM, DE APPARITIONIBVS CHRISTI IMPERSONALIBVS.

QVos de Apparitionibus Chriſti, ſiue filij Dei in nouo Teſtamẽto, Tractatus hactenus dedimus, ad Perſonales, *in quibus ipſe in propria perſona eſt præſens, illi pertinent. Præter has quædam* Imperſonales *ſunt, in quibus non in propria perſona, ſiue autoproſopos, ſed hæteropoſopos rebus viuentium intereſt: quas præſenti libello inueſtigamus, & perſequimur.*

Ad quatuor autem ſumma Capita reuocabuntur omnia. Primo, ipſarum Apparitionum ratio explicabitur, ipſaque varijs exemplis docebuntur. Altero earundem Cauſæ variæ aſſignabuntur. Tertio, examinabuntur Actiones, quæ in Chriſto apparente ſunt obſeruatæ. Quarto atque poſtremo Circumſtantiæ, atque effectus ipſarum diſcutientur. Singula plura continent membra. A primo initium facimus.

CAPVT PRIMVM.

Poſſe dari Chriſti, ſiue filij Dei in Nouo Teſtamento Apparitiones Imperſonales, docent Apparitiones Imperſonales.

Dei in veteri Teſtamento,	*Bonorum Angelorum,*
Hominum adhuc viuentium,	*Angelorum Apoſtolorum ſiue Dæmonum,*
Spirituum defunctorum qualium cunque.	*Qui imperſonaliter apparere poſſint.*

IMperſonales Chriſti, fili DEI, Apparitiones vocamus: in quibus Chriſti, aliqua ſpecies percipitur, aut ipſe etiā creditur, quāuis reuera ſub ſpecie, qua percipitur ipſe non ſit præſens, nec eius ore vox formetur, quæ ab eius ore proficiſci exiſtimatur. 1.

Poſſe aliquas tales dari dubium non eſt, quemadmodū nec dubium dari, & DEI in veteri Teſtamento & hominum viuentium: & ſpirituum, tam humanorum, quam Angelicorū, ſiue illi DEI gratia ſint beati ſiue propria malitia miſeri, & infœlices. 2.

DEVS in veteri Teſtamento ſæpiſsime apparuit, & viſus eſt. docent hoc, qui dati ſunt de diuinis Veteris Teſtamenti Apparitionibus libri ſed autoproſopos viſus eſt aut nunquā, aut rariſsimè. Omnes propemodum ipſius Apparitiones fuerunt Imperſonales. Angeli ſancti ipſius perſonam etiam tum geſſerunt, quando ipſe maximè viſus, aut auditus credi potuit. 3.

Et in Comædijs atque Tragædijs producuntur Imperatores & Reges ijdem quandoque per maleficos exhibentur. An in propria perſona ſunt præſentes? In comædijs nunquam. Per maleficos, ſi aliquando, profectò rariſsimè. Dæmonum arte & induſtria hîc perficiuntur omnia: vt viuentes defunctorum hominum ibi agunt perſonas. 4.

Humanos ſpiritus quandoque redire ad viuos, res plana eſt: & de Samuele exemplum probet Sacra Scriptura: & plana redire damnatorum ſpiritus: beatorum quoque, & eorū qui purgatorias pœnas perſoluunt. Pluribus exemplis docet hoc liber de Locis Infeſtis Idem docet non ſemper in propria perſona redire. Sæpiſsimè omnia fiunt opera nunc Dæmonum, nunc bonorum Angelorum quę per hos fieri exiſtimantur. 5.

Angelos bonos in humanis corporibus autoproſopos adeſſe ſacrę docēt ſcripturę. An verò ſemper autoproſopos, & nō aliquādo heteroproſopos, & imperſonalter adſint, non apertè declarāt. Quid prohibet dicamus: quod quemadmodum homines hominū quādoque perſonam ſuſtinent, ſic Angeli Angelorum? Si corpora non aſſumunt alij Angeli, quam mittuntur, vt alicubi doctum eſt. & non 6.

mittuntur illi ſuperiorum ordinum, profectò hi aliquando hæteroproſopos humanis rebus interfuerint.
7. Idem de dæmonibus credi,& dici facilius poteſt,vt ſcilicet vnus alterius perſonam ſimulet,& ſuſtineat: at apparere ſe dicat quamuis reuera in propria perſona non ſit præſens: ideoque credatur eſſe Lucifer, qui reuera non eſt;Lucifer,ſed Luciferi perſonā fingit.
8. Itaque fieri poteſt vt quamuis autoproſopos Chriſtus, Dei filius, præſens credatur,non tamen autoproſopos ſit præſens. Quid quod factum hoc ſit non rarò? In promptu ſunt plurima exempla: Quædam à nobis proferentur, ſi prius quot modis hæc Imperſonalis Apparitio poſſit accidere, aperuerimus,& quam perſequi nobis ſit propoſitum.

CAPVT SECVNDVM.

Trium opera contingere poſſe Imperſonales Chriſti apparitiones.

Malorum ſpirituum,	*Bonorum Angelorum*
Hominum ipſorum,	*Hæ poſtrema perſequendæ nobis.*

1. TRibus modis fieri poteſt,ſiue trium opera,vt Chriſtus apparere dicatur,videri, atque audiri,& tamen reuera perſonaliter non ſit præſens. Opera malorum Spirituum, hominum,atque Angelorum bonorum: quanquā non ita propriè & perfectè omnium.
2. Malos Spiritus Chriſtum quandoq; exhibuiſſe & ſimulaſſe plura exempla docent. Cum morti proximus eſſet ſanctiſsimus Martinus,ea ſe ſpecie ipſi exhibuit Dæmon,quæ Chriſtum referret, & qua niſi habitus verſipellem prodidiſſet,fortè vir ſanctus deceptus fuiſſet. Ita in vita Martini Sulpitius. In eadem Chriſti ſpecie ſe exhibuit Secundulo, cuius meminit Gregorius Turonenſis, lib.de Vita Patrum.cap.10.atque vt eremum relinqueret, auctor fuit. In eadem Valenti, etiam eremicultori, quemadmodum ad longum deſcribit Palladius,in Hiſtoria SS.Patrum,ſect.28.
3. Hominum quoque opera exhibetur quandoque Dominus, quando tamen ipſe autoproſopos,perſonaliter non eſt præſens.Id duobus modis contingit, nunc in comædijs,& Tragædijs,in quibus res geſtæ Chriſti in ſcenam producuntur: nunc in pictis imaginibus,& ſculptis ſtatuis.Vtrobique Chriſtus videri, exhiberi & appa-

apparere dicitur: neutrobique tamen in propria perſona eſt præſens, ſed ibi in perſona aliena, hic in ſimili figura.

Exhibetur & opera bonorum Angelorum, per quos etiam credimus apparitiones peractas, quarum mentionem Capite ſequenti faciemus: quæ hoc ab illis alijs, hominum vel Dæmonum opera perfectis, differunt, quod hæ pro Chriſti imperio fiant, & voluntate illæ pro Dæmonum vel hominum tantum: De prioribus noſtra diſputatio eſt, in quibus etiam verè dicitur Chriſtus apparere. 4

CAPVT TERTIVM.

Apparitiones Chriſti imperſonales confirmantur exemplis virorum Chriſtianorum.

Simonis Apoſtoli,	*Pincernæ eiuſdem,*
Iudæ Apoſtoli,	*Vdonis Magdeburg,*
Petri Apoſtoli,	*Henrici Imperat.*
Carpi Cretenſis,	*Matyrij monachi,*
Petri Alexandrini,	*Alphonſi Regis,*
Panteleemonis Martyris,	*Pueri Cremonenſis*
Procopij Martyris,	*Bernardi Abbatis*
Kiliani Epiſcop. Herbip,	*Franciſci Aßiſ.*
Menæ Martyris,	*Nicolai Tarentini,*
Tutuſtymenis Hipponenſ.	*VVilhelmi Abbatis,*
Martini Turonenſis	*Vincentij prædicatoris*
Gregorij Magni,	*Dominici prædicat.*
Maurtij Imperat.	*Laurentij Iuſtinian.*

POſſe dari Apparitiones Chriſti Imperſonales primo capite demonſtratum eſt: datas, nunc exemplis docendū. Verum quoniam plura illa ſunt, in certas claſſes diſtinguuntur, quarum prima continet Chriſtianorum virorum: altera ſexus fœminini; tertia infidelium. Prima hoc Capite referimus. 1.

De Iuda & Simone Apoſtolis refert Abdias, qnod cum ſolem & lunam cogerentur adorare, Iudas ad Simonem dixerit, *Frater Simon video Dominum meum Ieſum Chriſtum vocantem nos.* Ad quem Simon reſponderit, *Diu eſt, quod aſpectum Domini intueor in medio Angelorum.* Idem Abdias teſtatur à Domino admonitum Thomam, vt in Indiam, gentibus Euangelium prædicaturus, tendat. In vita autem B. Mariæ Oegniacenſis, lib. 2. cap. 8. habetur quod Thomæ apparuerit ſub ſpecie mercatoris. 2.

3. Apparuit etiam D. Petro perſecutionem fugienti, dixitque ſe Romam tendere; vt iterum crucifigeretur. Ex quo Petrus intellexit Domini voluntatem eſſe, vt Romam rediret, in crucem agendus, quod & factum eſt. Ita Ambroſius, Epiſt. 32. contra Auxentium: Gregorius, in 4. Pſal. pœnitentialem, Egeſippus lib. 3. de Excidio, c. 2. Abdias, lib. 1.

4. Carpo Cretenſi Ieſum, multis Angelis comitatum apparuiſſe & reprehendiſſe nomine inclementiæ. quod lapſi fratris, & ſeductoris interitum expeteret; docet Dionyſius Areopagita, Epiſt. 8 ad Demophilum.

5. Cum ad Dominum precarer, inquit Petrus Alexandrinus, aſtitit mihi puer, quaſi duodecim annorum, cuius faciei claritatem ferre non poteram. *Ille autem lineoſtimum erat indutus colobium, ſciſſum in partes vtraſq; à collo vſque ad pedes, tenenſq; gemina manu colobij ſciſſuras, applicabat eas pectori ſuo quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc ego obſtupui, & exclamans dixi: Domine, quis ſcidit tibi indumentum? & ille Arius mihi ſcidit' ſed caue, ne eum in commendam accipias.* Hæc Euſebius, lib. 8. c. 5. Poſt Euſebium Baronius, Tom. 3. ann. 310. Vide item Surium, Tom. 6. 15. Decemb.

6. Panteleemoni martyri in plagis & vſtionibus Chriſtus apparuit in habitu Hermolai ſenis, eum conſolans, & dicens. *Ego ſum tecum in omnibus, quæ propter me pateris ſtatimque laxata ſunt manus lictorum, & lampades, quibus torquebatur extincta*, Hoc Surius, Tom. 4 ex Metaphraſte. Idem Metaphraſtes teſtatur eundem Chriſtum manifeſtè, extra ſomnum, apparuiſſe Procopio martyri; ingenti luce coruſcū mutaſſe ipſius nomen (antea enim Neanias dicebatur) hortatumque ad conſtantiam, in aduerſis, pro Chriſti nomine ferendis.

7. De S. Kiliano Herbipolenſium Epiſcopo refert Cæſar Baronius Tom. 8. ad annum Domini 689. quod in habitu formaque pulcherrima Chriſtum in ſomno, viderit, & hæc ex eodem audiuerit: Amice Kiliane. *Surge: nolo te diutius laborare, duntaxat certamine tangeris.* Kilianus euigilans intellexit viſionem eſſe diuinam. Eandem mox exitus confirmauit. Nam paulò poſt Martyrium ſuſtinuit vide etiam Surium, Tom 4 in vita Kiliani.

8. Crudeliſsimè excarnificatus eſt Menas ab Hermogene præfectò. Siquidem oculi eidem effoſsi: euulſa lingua: caro miſere dilacerata. Sed diuina non caruit conſolatione. Apparuit miſero Chriſtus, atque omnia ipſi membra reſtituit & ſanat. hortatur quoque deinceps ad conſtantiam promittitque præſens in aduerſis omnibus auxilium. Metaphraſtes in eius vita, & poſt eum Surius, Tō. 6.

Aliam

Digitized by Google

Aliam apparitionem referimus ex ſermo. 117. B. Auguſtini, illorum qui 9.
*ſunt impreſſi Louanij, anno 64. apud Hieronymum VVillium fuit hic Hippo-
ni inquit homo quidam ſimplex innocens, benè fidelis à multis veſtris, id eſt
Hipponenſibus, imo ab omnibus cognitus, Tutuſlymeni vocatus. ab illo audiui,
quod dico. Neſcio quis negauit ei quod ei debebatur, & homini fideli ſe cõmiſit.
Cõmotus prouocauit eum ad iuſiurandũ. Iurauit ille iſte perdidit: Sed iſto per-
dente, ille penitus perijt. Dicebat ergo iſte Tutuſlymeni, homo grauis & fi-
delis ipſa nocte ſe exhibitum fuiſſe ad Iudicem quendam & admirabilem virũ
cui parebat officium ſimiliter excelſorum, iuſſum fuiſſe perturbatum retro re-
uocari, & interrogatum fuiſſe his verbis: Quare prouocaſti hominem ad iu-
rationem, quem ſciebas falſum eſſe iuraturum? Reſpondit ille Negauit mihi rẽ
meam. Reſponſum eſt illi. Et nonne melius erat, vt rem tuam, quam exige-
bas perderes quam animam hominis iſtius falſa iuratione perimeres? Proſtra-
tus eſt, iuſſus eſt cadi. Caſus eſt tam grauiter vt, in dorſo euigilantis veſtigia pla-
garum apparerent.* Hæc B. Auguſtinus.

B. Martinus cum nihil haberet, præter arma veſtimentum quo 10.
tegebatur; Ambiani pauperi ac nudo ab eo petenti, aut Chriſti no-
mine ſibi Eleemoſynam tribuerit, partem Chlamydis dedit. Huic
ſequenti nocte Chriſtus dimidiata veſte apparens indutus, hanc
vocem dedit *Martinus Catechuminus hac me veſte contexit.* Sulpitius in
Vita Martini.

Commendatur hoſpitalitas B. Gregorij erga pauperes. Sed & cũ 11.
hoſpitalitate inſignis fuit cõiuncta humilitas Siquidem diſcumbẽ-
tibus ipſe quandoque miniſtrauit, quare meruit conuiuam habere
Chriſtum. Semel enim inter miniſtrandum dum ſe pauliſper auer-
tiſſet conuerſus depræhendit, vnum ex conueſcentibus non appa-
ruiſſe. Quam rem vehementer ſecum admiranti nocte proxima
affuit in viſu Dominus, dicens. *Eo quod cæteris quidem diebus membra
ſua hoſpitio menſaque acceperit, dignum fuiſſe, qui heſterno acciperet & ca-
put.* Ita Marulus, lib. 1. cap. 3. ex Ioanne Diacono in vita Gregorij
lib. 2. cap. 22.

Mauritius Imperator in ſomno quadam nocte huiuſmodi viſi 12.
onem habuit. Viſus eſt ſibi aſtare ante Dominum interrogantem,
Vtinam ſibi pœnas rependi vellet; In hac an futura vita: reſpondiſ-
ſe porro, in hac, Baronius, Tom. 8. fol 160. apud Plautinum.

Idem Baronius, Tom 6 circa annum Domini 484. fol 422. ex 13.
Gregorio de geſtis Francorum, lib. 2. cap 23. refert quod ſequitur.
*Pincerna quidam inſons vidit Chriſtum, veluti Iudicem, inter plurimos deal-
batos, in ſplendido ſolio ſedentem: ibidemque Sidonium cum presbytero, qui
ipſi moleſtus fuerat, quaſi litigantem, & contendentem, damnato porro preſ-*

bytero quaſitum eſſe, quis alterum presbyterum, qui & ipſe Sidonio moleſtus
fuerat accerſeret: tum vocatum à Iudice pincernam. miſſumque cum man-
24 *datis ad presbyterum accerſendum: qui mox auditis mandatis exſpirauit.*

Circa annum Domini 419. refert Cæſar Baronius, Tomo 5.
Chriſtum viſum ſuper montem Olìueti in nubibus: & viſione illa
territos mortales, in ſuſpicionem veniſſe iam tum adfuiſſe diem
extremum Iudicij, de quo Matth. 25.

25. *Cum Vdo, Magdeburgenſis Epiſcopus, ne ſignis quidem, ac diuinis vocibus*
commonitus, ab impudicitia ſibi temperaret: viri religioſi Deum, vt Epiſcopum
aut corrigeret aut tolleret, rogauerunt. Inter eos, cum nocte in Cathedrali Ec-
cleſia S. Mauritij. Fredericus Canonicus, eiuſmodi precibus operam daret, ve-
hementioris venti afflatu; omnia, quæ in templo erant, lumina extingui per-
ſpexit, nec multo poſt duos iuuenes venire duo candelabra accenſis cereis ferē-
tes & Chriſtum, cum parens, eius, atque Apoſtolis ſubſequi. A quibus cum eſ-
ſent vocati ſancti homines, quorum corpora in templo quieſcebant, viſus eſt in-
ter eos Mauritius venire, qui longa atque graui oratione Vdonem Epiſcopum
accuſauit, quem haud multo poſt Chriſtus nudum afferri à Duobus iuſſit, at-
que damnauit. Is autem pugno ab ipſorum altero, qui eum portarunt, grauι-
ter in medijs renibus ictus, Chriſtianā hoſtiam quam in communione eius diei
pridie ſumpſerat, reuomuit in calicem, qui altari impoſitus fuit, atque ſecuri
percuſſo Vdone rerum omnium illarum viſio euanuit. Quare vehementer ter-
ritus Fredericus, cum ad altare acceſſiſſet; calicemq; in eo eſſe cum Chriſtia-
na hoſtia inſpexiſſet, & ſimul Epiſcopum mortuum humi iacentem, alios viros
religioſos excitauit, qui ablatum inde Epiſcopi corpus in agro ſepeliuerunt. Ita
26. Fulgoſus lib. 9. Exemp. cap. 12. & Nauclerus, 2. par. Generat. 34.

Idem Nauclerus eadem Generat. habet, quod ſequitur. *Fertur de*
Henrico Imperatore (II. is fuit) quod ingrediens vrbem Romam, ſemper pri-
mam noctem ſolitus ſit in Eccleſia S. Mariæ Maioris manere. Contingit au-
tem ſemel, quod dum ſolitarius oraret, viſus ſit ſibi Chriſtus, pontificalibus in-
dutus, procedere, miſſam celebraturus, quem ſequebatur S. Laurentius, &
loco ſubdiaconi Vincentius: Poſt hos Virgo Dei genitrix, cum multitudine vir-
ginum, & Angelorum: de hinc Ioannes Baptiſta, cum Patriarchis, & Prophe-
tis: Poſt hos Petrus & Ioannes, cum cæteris Apoſtolis & Euangeliſtis: S. Ste-
phanus cum martyribus: S. Martinus cum confeſſoribus. Angeli inceperunt in-
troitum, Suſcepimus Deus miſericordiam tuam; *& cum cantaretur.*
Dextera tua plena eſt iuſtitia, *omnes Chriſtum & B. Virginem imitantes*
extenderunt digitos in Henricum. Poſt Euangelium indicibili iubilo Angelus
librum deoſculatum à Chriſto præſentauit B. Virgini, & poſt eam omnibus
per ordinem, deoſculandū. Demū innuit. B. Virgo Angelo, vt porrigeret librū
etiam Henrico ad oſculandum dicens. Præbe ei pacis oſculū, cuius mihi

Vir-

Virginitas placet. *Et cum præ nimio gaudio aptus, neſciret ad plenũ intendere, Angelus ſpiritum in neruis tangens dicit*, hoc tibi erit ſignũ dilectionis Dei, propter tuam caſtitatem & iuſtitiam, *& exinde vſque ad mortẽ claudicabat, ex quo euentu vocatus eſt Henricus Claudus.* Hæc Nauclerus.

17. Quod ſequitur refert, hom. 39. ſuper Euang. B. Gregorius: & ex Gregorio Cæſar Baronius, Tom. 8. ad annum Domini, 592. *In Iſauria prouincia*, inquit, *fuit quidam, Martinus nomine, vita valde venerabilis monachus, qui ex ſuo monaſterio viſitationis gratia ad aliud monaſterium tẽdebat, cui ſpiritualis pater præerat. Pergens itaque leproſum quendam, quem denſis vulneribus elephantinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in via, volentem ad ſuum hoſpitium redire; ſed præ laßitudine non valentem. In ipſo verò itinere perhibebat ſe habere hoſpitium, quo idem Martyrius monachus feſtinabat. Vir autem Dei eiuſdem leproſi laßitudini miſertus, pallium quo veſtiebatur, in terram protinus proiecit, & expandit, ac deſuper leproſum poſuit, eumque ſuo pallio vndique conſtrictum ſuper humerum leuauit, ſecumque reuertens, detulit. Cumque iam monaſterij foribus propinquaret: ſpiritualis pater eiuſdem monaſterij magnis vocibus clamare cœpit*: Currite, ianuas monaſterij citius aperite: quia Frater Martyrius venit Dominum portans. *Statim verò, vt martyrius ad monaſterij aditum peruenit, is qui leproſus eſſe putabatur, de collo eius exiliens, & in ea ſpecie apparens qua cognoſci ab hominibus ſolet Redemptor humani generis Deus, & homo Chriſtus Ieſus, ad cœlum, Martyrio aſpiciente rediit, eique aſcendens dixit*: Martyri tu me non erubuiſti ſuper terram: ego te non erubeſcam ſuper cœlos. *Qui Sanctus vir, mox vt eſt monaſterium ingreſſus, ei pater monaſterij dixit: Frater Martyri, vbi eſt, quem portabas? Cui ille reſpondens dixit. Ego ſi ſciuiſſem, quis eſſet, pedes eius tenuiſſem. Tunc idem Martyrius narrabat, qui cum portaſſet, pondus eius minimè ſenſiſſet. Nec mirum. Quomodo enim pondus ſentire poterat, qui portantem portabat*: Hactenus B. Gregorius. Simile propemodum exemplum licebit legere apud Surium, Tom. 5. in vita Ethbini Abbatis, in Britannia minori nati, & apud VVilhelm. Eiſing in Chronico Spirenſi. de Leone 9. ad annum Dom 1049.

18. Alphonſus Luſitaniæ Rex anno 1112. pugnaturus contra quinque Reges Saracenorum iuſſus eſt in ſomno, à Chriſto, bono eſſe animo, & ſigno vti in prælio, cui quinque vulnerum imago inſcripta. Paret mandato, victoriam ſpecioſiſsimam obtinuit. Hinc Regum Luſitaniæ fluxit inſigne. Ita Varæus, & alij, & poſt hos Martinus Detrio lib. 2. fol. 298. Magicarum Inquiſitionum.

Anno 1117 cum plurimis prodigijs inter cætera trepidaret Italia Cremonæ quidam infantulus in cunis iacens pannis obſitus in primam loquẽdi vocem, 62.

contra naturam, os aperuit matremque eſcam parantem fratri ſuo maiori qui plorando panem petiuerat à corporis cura compeſcuit aſſerens ſibi viſam DEI Genitricem Mariã ante Chriſti tribunal ſtantem, inſtantiſſimiſque precibus pro iudicio quod mundo, propter peccata ſua intenderat ipſi ſupplicantem. Et poſt hæc depoſuit eloquium vſque ad tempus humanæ conditionis congruum. Verba ſunt Iodochmi in Hiſto.

Denique S. Bernardo Chriſtus apparuit eo modo quo in Bethleē
20. in mũdum editus eſt à Matre vt habetur lib 8 Vitæ eius cap. 2. apud Suriũ Tom. 4 Sancto Francisco ad modum, quo crucifixus eſt cap. 1. Vitæ eius: S. Nicolao Tarentino iam morituro innitens B. Virgini atq; S. Auguſtino; eidemq; dixit *Euge, ſerue bone & fidelis intra gaudiũ Domini tui* S. VVilhelmo Abbati Roſchildenſi, in dania ſub forma ſpecioſiſsimi adoleſcentis, vocans eundem proprio nomine & dicens *Noueris VVilhelme te ad quandam inſulam mecum profecturum & multas ibidem tentationes perpeſſurum.* Vide apud Surium Tom. 2. ſexto Aprilis. S. Vincentio mirabili claritate coruſcans quem inter multitudinem Angelorũ comitantibus SS. Franciſco & Dominico hortatus, ſit fortis & ſtrenuus præco extremi Iudicij ad quod ab ipſo ſit delectus. Habetur lib. 2. vitæ eius cap. 3. apud Surium Tom. 2 De eodem Dominico refert Theodoricus de Apoldia, lib. 2. Vitæ ipſius, cap. 13. quod Chriſtum quandoque viderit vna cum Virgine Matre Cumque apud hos variorum ordinum fratres intueretur ſui nullum? mærore ſit affectus: ſed recreatus mox vbi à Chriſto ad Matrem miſſus, ſub ipſius pallio quaſi ſub tutela etiam plurimos ſuæ familiæ conſpexit.

D. Laurentius Iuſtinianus liceat hoc addere affirmat in faſciculo
21 amoris, ſibi, virginem quandam ſole candidiorem apparuiſſe quæ ſe Sapientiam DEI eſſe diceret: quæ propter hominum reformationem humanam formam ſuſcipiſſet & ab eo in ſponſam accepta, dato pacis oſculo receſſerit: atque hunc fuiſſe D. N. IESVM Chriſtũ hac illi forma apparentem volunt illius vitæ ſcriptores.

CAPVT QVARTVM.

Exemplis generis fœminini confirmantur Imperſonales Chriſti Apparitiones.

Videli-

Videlicet.

Mariæ Magdalenæ,	*Leucippæ virginis,*
Traſillæ virginis,	*Mariæ Martyris*
Brigidæ virginis,	*Coletæ virginis,*
Eliſabeth Reginæ,	*Cibuniæ virginis,*
Barbaræ virginis,	*Mariæ Oegniacenſis.*

EXemplis virorum omnis generis, ſubiungimus exempla ſexus fœminei, quem Chriſtus quoque ſuis Apparitionibus dignatus eſt, & omnibus propemodum temporibs, quemadmodum propemodum omnibus temporibus viros. 1.

Teſtatur Magdalena Heliæ cuidam, cui apparuit, quod Chriſtus ipſi in ſpelunca pœnitentiā 2.
agenti apparuerit centies, & decies. Vnam ex his Apparitionibus explicat quā Chriſtus humana forma viſus ſit, ea maieſtate, qua ſe exhibuit in monte Thabor quodque ſtipatus fuerit corona cęleſtiū militum, qui florum ſerta in capitibus, & ramos, palmarum, atque oliuarum in manibus geſtarint. Hoc apud Surium in vita Magdalenæ per Syluestrum Perierum.

De Traſilla ſic ſcribit B. Gregorius, lib. 4. Dialog. cap. 16. *Nonnunquam in conſolatione egredientis animæ ipſe apparere ſolet auctor, & retri-* 3.
butor vitæ. Traſilla virtute continuæ orationis, grauitate vitæ, ſingularitate abſtinentiæ ad culmen ſanctitatis excreuerat. Huic per viſionem fœlix atauus meus apparuit, eiq; manſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicens Veni quia in hac te lucis manſione recipiam. *Quæ ſubſequenti mox febri correpta ad diem peruenit extremum. Et ſicut nobilibus fœminis, viriſque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos conſolentur; eadem hora exitus eius, multi viri, ac fœminæ eius lectulum circumſteterunt. Tunc ſubito illa ſurſum reſpiciens Ieſum venientem vidit, & cum magna animaduerſione cœpit circūſtantibus clamare dicens:* Recedite, Recedite: *Ieſus venit. Cumque in eum intenderet, quem videbat ſancta illa anima eſt è corpore egreſſa. Tantaq; ſubito fragrantia miri odoris aſperſa eſt, vt ipſa quoque ſuauitas cunctis oſtenderet illic authorem ſuauitatis vidiſſe. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum eſſet nudatū, longa orationis vſu in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta eſt obdurata cutis excreuiſſe.* Hæc Gregorius.

Brigidæ, cum puella ad hūc eſſet decem annorum, in ſomnis ap-
paruit Chriſtus quaſi eadem hora crucifixus (eodem die coucio- 4.
nem de Domini paſſione ante audiuerat) ſic illam viſus alloqui

An vt cruciatus ſum. Illi quærenti, *quis feciſſet;* reſpondit dominus: *qui me, contemnunt & charitatem meam negligunt.* Cum eadem Romę ageret iam adulterior ætate, vidit eundem corporeis oculis, in conclaui, quod habebat; hæcque mandata ab ipſo acccepit: *Induat habitum monaſticum: & ſit mater in VVaſthena,* ſignificans Romæ morituram, & corpus in VVaſthena deportandum. Surius in eius Vita. Tom. 2

4. Eliſabeth Pannonum Regis filia, dum ſe ſupra tollens, cæleſtia meditatur, in exſtaſmi abibat, & mente cernebat, quod oculi peruidere non poſſunt: quod ne tum quidem cũ ad ſe redijſſet, diſsimulare poterat tantam etiam tacita facies hilaritatem præferebat. Eadem cum aliquando nimio labore fatigata, laſſaque reſediſſet; oculis in cœlũ nitentis, fronte modo iucunda, modo triſtis apparuit. Cuius cauſam interogata, confeſſa eſt ſe in nubibus vidiſſe Ieſum, qui nunc ſe oſtendens lætam reddebat, nunc tegens mæſtam: denique ipſum hæc ſibi dixiſſe. *Bono animo eſto filia: ego tecum ſum:* & ſe reſpõdiſſe: *Ita Domine: tu mecum: atque ego tecum.* Ita Marulus, lib. 2. cap. 4. Eidem, poſt vitã multis annis religioſè tranſactam, idem Dominus apparuit, atq; dixit: *Veni ſponſa; cæleſti thalamo potire.* Hoc in eius vita Iacobus Montanus Spirenſis. Viſionem hanc mox ſecuta mors.

5. Aparuit Chriſtus in carcere exiſtenti B. Barbaræ præſentia ſua carcerem mirificè illuſtrauit, atque virginem ad conſtantiam eſt hortatus. Eodem Tempore mox plagæ eius curatæ ſunt magna omnium admiratione. Metaphraſtes in vita Barbaræ.

6. Leucippa, vxor Clitophontis, hominis Idololatriæ, multis annis ſterilis ad religionem Chriſtianam ab Honofrio monacho conuerſa. cum fide, concepit prolem. Maritus Dijs hoc beneficium tribuit. At illa: *Non,* inquit, *ita: DEVS cæli eſt, à quo prolem. habeo. Ille mihi etiam in ſomnis apparuit, formam habens humanam: ſed manus modũ crucis extenſas monens, vt tibi marito eãdem fidem ſuadeam.* Ita Metaphraſtes in Vita Galachonis & Epiſtomes.

7. Maria virgo & Martyr cuius feſtum primo Nouembris peragitur, poſt flagellis & vngulis laceratũ corpus includitur carceri Hîc leuat oculos ad cęlos DEVM precata. Et ecce tibi, videt Angelorum aciem. & Sanctorum, Chriſtumque ad Patris dextram reſidentem. Vincentius in ſpeculo Hiſt lib. 11. cap. 86 & 87.

8. Coleta Virgo ordinis S. Claræ inſignis reformatrix, Multum ſtudij in paſſione Domini meditanda ponebat. Huic ſtudio inſiſtenti quantumuis paruulæ, adhuc apparuit Chriſtus, ſimulque indicauit quantos in ſingulis membris cruciatus ſuſtinuiſſet; teſte Stephano Iuliaco, in Vita ipſius, cap. 34. Eidem quoq; ante mortem Chriſtus viſus dicitur.

Vigi-

Vigilanti Libuinæ Chriſtus apparens, quinque vulnerum ſuorum ſigna luculenter impreſſa reliquit. Cum verò cerneret. Virgo tam hiantia vulnera homines latere non poſſe timeretque concurſum & applauſum eorundem. Sic Deum deprecata ſcribitur *Maneat obſecro Domine hoc dignationis ſacramentum inter me & te. ſufficit enim mihi gratia tua.* Hinc mox magno miraculo cute vulnera obducta fuere. dolore tamen & liuore perpetuo manente Ioann: Brugmãnus in vita Libuinæ part 2, c. 8. qui & plures eiuſdem viſiones refert ibidem, 10.

Mariæ Oegniacenſis varias viſiones refert Iacobus de vitriaco apud Surium. Tom. 2. Aliquando vidit Chriſtum ſub forma pueri, cũ immenſo lumine. circa arculam, in qua ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum aſſeruabatur, vt videre eſt., lib. 2. vitæ eius cap 8 aliquando in ecſtaſim rapta eundem vidit ſub forma agni, columbæ, & arietis cum ſtella In eiuſdem vita refertur ex vita S Paulæ per Hieronymum ſcripta, quod eidem Chriſtus in Bethleem viſus ſub forma infantis iacentis in cunis. & quod præ diuerſitate feſtorum ſpecies varias retulerit. 11.

CAPVT QVINTVM.

Exemplis Infidelium tam Iudæorum, quam Paganorum demonſtrantur Imperſonales Chriſti Apparitiones

Scilicet.

Polieucti Militis	*Valgij ſiue victoris Catech.*
Ioſephi Iudæi,	*Euſtachij Ducis.*

ETiam Infideliũ exemplis doceri poteſt dari quaſdam Chriſti Apparitiones Imperſonales, & infidelium non Iudæorum tantum, verum etiam Paganorum. Exempla eorum fide á quibus relata ſunt referimus. 1

Polyeuctus miles, nondum Chriſtianus, ſic ad Nearchum commilitionem Chriſtianũ *Vidi* inquit, *ego Chriſtum, quem tu adoras ad me accedentem, & hac qua indutus eram, ſordida veſte exuentem, alia verò valde ſpecioſa (ò quis eius ſplendorem, &* 2.

 pul-

pulchritudinem dixerit.) induentem, cuius humerum fibula conſtringebat au-rea, inſuper equum alatum dediſſe. Hoc Metaphraſtes apud Surium, Tom. 1. in Ianuario. Idem Metaphraſtes exponit viſionem, docetq; non vanam fuiſſe, ſiquidem veſtis mutata in pulcherrimam, mutationem in melius ex eo quod deterius eſt, ſignificat: quæ tunc accidit, quando ex terrena militia in cœleſtem aſſcriptus eſt, & in Martyrum chorum aſſumptus. *Sic alatus equus,* inquit, *ſignificabat à terra in cœlum aſcenſum.*

3. Ioſephus quidam Iudæus fuit tempore Conſtantini, magno loco apud Imperatorē, & ſuos, & Chriſtianorum fidelis hoſpes. Huic in ſomnis aliquoties apparuit Chriſtus, hortans ad Chriſtianam religionem. Ille perſiſtit in perfidia Vrget ipſum Chriſtus morbo, cum quo dum luctatur, iterum apparet ipſe eadem inculcans. Promittit religionem: ſed ſanitati reſtitutus fidem fallit, tandem maioribus promiſsis à Chriſto acceptis fidem Chriſtianam ſuſcepit, poſtquam aqua cruce ſignata in Chriſti nomine Dæmonium ab obſeſſo expulit. Rem geſtam pluribus perſequitur Epiphanius, Hæreſ 30. & poſt Epiphanium Baronius, Tom. 3. ann. 327.

4. Refert de ſene quodam Catechumeno adhuc (qui Valgius primo, poſtea à Domino victor dictus eſt) Paulinus Epiſt. 34 ad Macarium,, quod in tempeſtate quadam à ſocijs in naui per obliuionē relictus, poſtquam ſex dies & noctes ieiunus varijs procellis eſt iactatus, Domini accedentis præſentia, & verbis ſic recreatus, auxilio etiam adiutus, atque poſt viginti tres dies ex periculis maris ereptus. *Inter cætera ſic ſcribit.* Mira, inquit, *fides & ineffabilis pietas Domini Salvatoris, qui ſenem, ſi fortè ſomno piger lentius ad gerenda conſurgeret, & molli manu ante præpalpans, ne trepidus expergeſieret vellicata blandè auricula ſuſcitauit, cum leniter adnitens ſenex à primo ſtatim conatu ſuo, manibus Angelicis res effectas videret, vt vix rudentem attigerit, cum velum videret iam exſinuatum in contos ſuos: ſi paruum ſtabat, vel nauis vela faciebat, aquarimis nauis accepta mergere tentauerat, & poſt vnum vel alterum breuis ſentinaculi hauſtum ore deſtrictio ſiccataque naui, quod ageret non habebat, ſtupens laborem ſibi ſine labore præcerpi, & actum ſuum occulta manu præueniri: ſi benè occulta dicitur, quæ tam perſpicuum præſtabat auxilium Sed nec ipſi operatores ſimplicibus innocentiſſimi ſenis oculis ſubtrahebatur. Nam ſæpè vidit armatos videlicet de exercitu cæli milites excubare nauigio, & cuncta nautici muneris adminiſtrare. Nec ſanè nauem illam niſi Angeli nautæ ducebant, cui gubernaculum erat mundi gubernator. Ipſe enim Dominus nunc ſuo vultu coruſcus, vt in Apocalypſi deſcribitur, & coma fulgidus, nunc confeſſoris & amici ſui, Domini mei communis patroni felicis era*

ore venerabilis in puppi ſedebat, ſicut nautico vſu dicitur ad timones vel potius pro timonibus, quos cum anchoris pariter & nautis in illo naufrago littore nauis amiſerat: infelix feliciter, vt pro amiſſis omnibus viris & armis ſuis, aut Domini martyrem, aut Dominum Martyris obtineret. Narrat gaudio lachrimans ſenex, ſe ad ipſius pedes, nunc Domini, nunc Martyris gubernantis ſibi ſolitum procubare, etiam familiarius ipſo allectante, in genibus quoque & ſinibus ſacris beatum, & adflatibus diuinis odorem reclinati capitis puluinar habuiſſe. Hæc & plura Paulinus in epiſt. 43. ad Macar.

Admiranda eſt Apparitio, quam Euſtachio Martyri, & exercitus Duci tempore Traiani, accidiſſe narrat Metaphraſtes 2. Nouemb. ex quo eandem repetit Surius. Cum venationi operam daret in ceruum incidit, inter cuius cornua crux radiabat, & in cruce Christi crucifixi imago, qui ſic ad eundem: *Placida*, hoc ipſi primum nomē fuit, *quid me perſequeris. Ego ſum Chriſtus qui tuis recreatus virtutibus non patiar eas occultari. Nihil me de cœlo fecit ad terram venire & pati, quam hominum amor, quos per mei cultum ad ſalutem perducam.* Obſtupeſcit ad inſolitam viſionem & vocem Euſtachius: & tandem ad ſe quaſi rediens, *Quis es*, quęrit, *Domine?* & rurſus ex imagine vox. *Ego ſum.* Narrat deinde myſterium redemptionis humanæ: iubet Sacerdotem accedere: baptiſmum petere: religionis Chriſtianæ capita diſcere. Domum hinc rediens, ſingula aperit vxori. Cui mox illa. *Et ego*, inquit, *vidi in ſomnis Chriſtum qui hæc mihi dicebat, Tu & maritus tuus & duo tui filij, cras ad me venietis.* Viſioni parent baptiſmo initiantur &c. Poſt baptiſmum acceptum Euſtachius montem, vbi prima Apparitio facta repetit: petit ſecundam ſibi viſionem concedi. Voti fit cōpos in eademque Chriſto reuelante intelligit, quæ quantaue Chriſti nomine ſit paſſurus. Vide Damaſ. lib. 3. de Imag. 5.

CAPVT SEXTVM

Exemplis aliquot docetur alia Chriſti Imperſonalis Apparitio, qua auditus quidem, non autem viſus eſt:

Exemplis inquam

Antonij eremitæ,	*S. Claræ virginis,*
Eiuſdem Antonij,	*S. Thomæ Aquinatis.*

1. Allatis tertio quarto & quinto Cap. exemplis clarum eſt dari Imperſonales Chriſti apparitiones. Plura afferri poſſent, ſed pluribus haud opus. Addidimus vnum aut alterũ alterius generis Apparitionis. quam etiam hoc Tractatu perſequemur, qua Chriſtus auditus non autem viſus eſt.

2. De B. Antonio refert Athanaſius in eius Vita (habetur Tom. 1. Surij fol. 583.) Quod cum multa à Dæmonibus eſſet paſſus, viderit deſuper culmen aperiri & deductis tenebris ad ſe radium lucis influere. Ipſe Hinc Domini præſentiam intelligens ex intimo pectore longa cæpit trahere ſuſpiria, atq; ita ad viſionem loqui: *Vbi eras bone Ieſu, vbi eras? quare non principio affuiſti, vt ſanares vulnera mea.* Et vox ad eum facta: *Ego*, inquit, *Antoni hic eram*: ſed exſpectabam videre certamen tuum.

3. De eodem Antonio ex eiuſdem vita adfert Cæſar Baronius, Tõ. 3 circa annum Domini 339. quod ſequitur. ſedens aliquando inter fratres fixis oculis cœlum intuebatur, & in lachrimas ſolutus, rogabat Dominum valde, vt ſcelus auerteret. Interrogatus à ſocijs, quid vidiſſet hoc tantum reſpondit: *Magnum ſcelus & malum imminet vniuerſis ſeculis. Vidi altare Domini mulorum magnitudine circumdatum & crebris calcium ictibus peti: & vox Domini facta: Abominabitur altare meum.* Viſio ſignificabat, Arianam perſecutionem quæ mox ſecuta eſt.

4. Cum Aſsiſium obſideretur à Saracenis, iubet ſe ad portas ante hoſtes præcedente Sacerdote cum ſacra hoſtia duci. S. Clara Virgo ibique in oratione proſtrata. *Placetne mi Domine*, inquit, *inermes ancillas tuas tradi in manus hoſtium paganorum? Cuſtodi quæſo Domine has famulas tuas.* Et ecce vox quaſi pueri ad eius aures perſonuit: Ego vos ſemper cuſtodiam: Addidit & hanc orationem *Mi Domine, protege ciuitatem, quia nos pro tuo amore ſuſtentat*: Et Dominus: *Grauamina ſuſtinebit, ſed meo munere defendetur* In vita S. Claræ apud Surium cap. 14.

5. Neapoli cum ad Imaginem crucifixi, vehementius oraret S. Thomas Aquinas hanc vocem audiuit: *Benè ſcripſiſti de me Thoma: quam ergo mercedem accipies?* Cui ille, *Non aliam Domine, niſi te ipſum*: Breuiarium Romanum, ex vita eius per Ioannem Garzonem.

Caput Septimum.

Qua-

Digitized by Google

Quadruplices eſſe Apparitiones Chriſti Impersonales.

Viſibiles ſiue oculares, | *Imaginarias, &*
Vocales ſiue Auriculares, | *Intellectuales,*

1. IMperſonalium Apparitionum Chriſti quatuor dantur genera quemadmodum Dei in veteri teſtamento, quatuor, ex ſententia Toſtati Abulēſis, de quibus nos quatuor libris, de veteris Teſtamenti Apparitionibus. Primam dicemus *Ocularem* ſiue *Viſibilem*: alteram *Auricularem*, ſiue *Vocalem*: tertiam *Imaginariam*: quartam *Intellectualem*. Quid enim prohibet tot diſtingnamus filij Dei in nouo Teſtamento, quot Dei patris in Veteri? Nunquid tot modis ſe offert? cognoſcitur? nobiſcum agit; aut agere poteſt.

Et Ocularis ſiue viſibilis Chriſti Apparitio illa erit qua in oculos mortalium Chriſti aliqua ſpecies venit; cuius etiam opera illa erit producta quamuis reuera ſub ſpecie illa Chriſtus perſonaliter diuinam humanamque naturam continens Præſens non ſit qualis fuit, quam Euſtachius DVX habuit, de qua nos ſuperius Capite 5. Theſ. 5. 2.

Auricularis ſiue vocalis erit, qua Chriſti creditur vox audiri quam tamen non Chriſtus, ſed aliquis Chriſti perſonam ſuſtinens formabit, quemadmodū in veteri lege Apparitiones erant, quibus Deus audiebatur loqui in Nube Propitiatorio, Rubo, per Vrim & Thunomim &c. Atq; talis nobis erit illa qua Chriſti vocē percepit S. Antonius: illa item qua eundm loquentem audiuit Sanctiſsima Virgo Clara De quibus cap. 6. 3.

Imaginariam vocabimus qua per imaginationem tantum percipietur & in ſomnis nobiſcum agit, quomodo vt Deus in veteri teſtamento ſæpiſsime; ita filius DEI non rarò in Teſtamento nouo cum hominibus agit, eiſdemque nunc diuina reuelat myſteria: nūc ſuggerit quæ ad vitam benè beatèque tranſigendam faciunt. Huius generis ſuſpicor plures fuiſſe, à nobis capite. 4 & 5. recenſitas. 4.

Intellectualis perficietur operatione intellectus Hanc aliquam dari illud cōuincit quod exhac vita diſcedētibus mortalibus Chriſtus dicitur apparere Iudex, ſinguliſque prout meruerunt mercedē reddere qua enim hoc apparitione? Certè nulla alia quā intellectuali quando cum animabus ſcilicet & ſenſibus & imaginibus, vi deſtitutis & ſolo intellectu inſtructis occupatio eſt. 5.

Sed & in hac vita potuerūt ſimiles Apparitones quibuſdā eſſe cō 6.

ceſſæ. Atque vt illam taceam Eliſabethæ factam. de qua cap. 4. Theſ. 5: illam quoque quam habuit Maria Oegniacenſis, de qua Capite 4. Theſ. 11. quid prohibet dicamus eandem contigiſſe D. Paulo, Actuū 22. vbi de eodem ſic loquitur 5 Lucas? *factum eſt autem reuertenti mihi in Ieruſalem & oranti in templo fieri me in ſtupore mentis et videre illum dicentem mihi: feſtina & exi velociter ex Ieruſalem quoniā non recipient teſtimonium tuum de me &c.* Certè eandem indicat vox, *ſtupor mentis*

CAPVT OCTAVVM.

An omnes Chriſti, poſt Aſcenſionem in cœlos, Apparitiones ſint Imperſonales, & vnde conſtet eſſe tales.

Non omnes eſſe Imperſonales, ſed quaſdam Perſonales eſſe
Non omnes eſſe perſonales, ſed quaſdam eſſe Imperſonales.
Imperſonales eſſe omnes quibus alia quam humana forma viſus eſt.
Imperſonales item, quibus alia quā virili forma apparuit.
Imperſonales, quibus ſub pueri aut Crucifixi ſpecie exhibitus eſt.
Imperſonales quibus non viſus eſt ſub eadem quantitate, cum qua cœlos aſcendit.
Quando etiam, ſub eadem quantitate obſeruatus eſt Chriſtus necdum credendum ſemper Perſonalem fuiſſe Apparitionem.
Vocales Apparitiones Chriſti, omnes fuiſſe Imperſonales, niſi Chriſto in terra exiſtente ſint facta.
Hinc patet pauciſſimas dari Chriſti Apparitiones Perſonales, plurimas Imperſonales.

1. QVæ in veteri Teſtamento Dei Apparitiones ſunt obſeruatæ. omnes Imperſonales fuerunt: quæ in nouo, Chriſti, filij Dei acciderunt, non ſimiliter omnes; propterea, quod Chriſtus ſecundum propriam ſpeciem, atq; corpus autopróſopos ijs præſens eſſe potuerit, quibus apparuiſſe dicitur; Deus verò, qui ſpecie & corpore caret, non item.

2. Hinc eſt, quod duplices Chriſti diſtinguantur Apparitiones: & quædam dicantur *Imperſonales*, quædam *Perſonales*. In his autopróſopos & perſonaliter eſt præſens, quibus apparet, in illis non item. Vnde verò, quæ Imperſonales ſunt, aut Perſonales, deprehenditur? Hoc inquirendum eſt præſenti capite.

3. Et difficultas præcipuè eſt de Viſibilibus atque Vocalibus, in quibus aut præſens Chriſtus eſſe poteſt, aut per Angelum, qui eius perſonam ſuſtineat. De Imaginarijs atque Intellectualibus res facilius

lius

Digitized by Google

ſius expeditur, cum præſens obiectum circa quod verſentur, illæ non requirant. De Viſibilibus dicamus primum.

Sunt qui in omni viſibili Chriſtum heteroproſopos, & imperſonaliter adeſſe credunt, & adfuiſſe nunquam autoproſopos; perſonaliter; poſtquam ille ſemel ad cælos aſcendit, & ſedit ad dexteram Dei patris nunquam deſerat, ſuamq; perpetuam ac ſtabilem in cælis ſedem habeat. 4.

Sunt qui non cælorum terminis ipſum concludunt; ſed quocunque libuerit volũt eſſe poteſtaté eundi: aliquando etiam cælos relinquere cũ hominibus hic in terris agere, conuerſari: Et quod cælum eius locus definiatur, non ea volunt neceſſitate intelligi quaſi hunc locum deſerere nunquam poſſit; ſed quod cælum eius ordinarius ſit locus: interim alio eſſe quandoque non prohibeatur. 5.

Priores illi etiam D Paulum negant vidiſſe Chriſtum in propria perſona aut ſi vidit, viſui ipſius tantas aiunt datas vires, vt & media elementa & vaſtiſsima ampliſsimaq; cœlorum ſpacia penetrarit, vt ob id ita Paulus quemadmodum Stephanus protomartyr, Chriſtũ vidiſſe dici debeat. Poſteriores hi in B. Paulo difficultatem nõ habẽt. 6.

Sed nec difficultatem haberent in eodem Paulo qui vnum idemque corpus in diuerſis locis, diuina virtute eſſe poſſe admittunt, quemadmodum eadem virtute fieri aſſerunt, quod plura aliqua in eodem loco, eodem temporis momento conſiſtant. Verum vt hoc plurimi non ſine magnis rationibus admittunt, ita difficiliorem faciunt diiudicationem inter Perſonales atque Imperſonales Chriſti Apparitiones quid igitur cõſtituendũ? Id aliquot aſſertis docemus. 7.

Primum ſit Non omnis viſibilis Apparitio Chriſti, poſt glorioſam aſcenſionem, eſt Imperſonalis; ſed quædam Perſonalis. Id certũ eſſe credimus de illa, quæ D. Paulo facta eſt Perſonalem illam fuiſſe Chriſtumque in propria perſona eidem apparuiſſe haud difficulter probatur. Sic enim ait Apoſtolus 1. Cor. 15. *Tradidi vobis, quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris: & quia ſepultus eſt ſecundum Scripturas. & quia viſus eſt Cephæ: & poſt hoc vndecim: deinde viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul: deinde viſus eſt Iacobo: deinde Apoſtolis omnibus. Nouiſsimè autem omnium, tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi* Ex quo loco clarum eſt, Chriſtum aliquot annnos poſt aſcenſioné viſum eſſe Apoſtolo: & quidem ita viſum eſſe ab eodem, ſicut viſus eſt Cephæ, ſicut viſus eſt Iacobo, ſicut viſus eſt plus quam quingẽtis fratribus, & Apoſtolis omnibus vt ſcilicet non minus ipſe, quã cæteri teſtimonium magna cum fiducia & certitudine reddere poſſet reſurrectionis corporis Chriſti Domini noſtri. 8.

9. Hanc Apoſtoli orationem confirmat teſtimonium Ananiæ: qui
vt eſt apud Lucam cap 12. ſic Apoſtolum poſtquam is Chriſtum
admirabiliter in itinere viderat alloquutus eſt. *Deus patrum noſtrorũ
præordinauit te vt cognoſceres voluntatem eius, & videres iuſtum & audi-
res vocem ex Ore eius: quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ vidi-
ſti & audiſti*

Congruit cum his oratio ipſius Chriſti qui vt Apoſtolum reſur
10. rectionis ſuæ idoneum teſtem faceret . non itinere tantum illi præ-
ſens adfuit & ad id teſtimonium reddendum cohortatus eſt; verũ
etiam in caſtris Claudij Liſiæ, Tribuni militum, cum ibi in cuſtodia
teneretur. Sic enim narrat D Lucas: *Sequenti autẽ nocte aſſiſtens ei Do-
minus ait: Conſtans eſto. Sicut enim teſtificatus es de me, in Hieruſalem, ſic te
oportet & Romæ teſtificari*

Adde quod Apoſtolus ex hac Apparitione ſibi facta probet ſe nõ
11. minus Apoſtolum eſſe quam alios: quæ profectò probatio parum
conuinceret, niſi eodem modo, quo alij ipſe quoque, Chriſtũ in
proprio corpore vidiſſet. Verba eius hæc ſunt 1 Corinth 6. *Non ſum
Apoſtolus? nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi?*

12. Et quia Perſonalis hæc Chriſti Apparitio fuit: idcircò Chriſtum
Apoſtolus, nõ in cælo vidit reſidentem & eminus: ſed cominus, aut
in terra aut certè in aére. Id quidem probant verba Ananiæ & Lucæ
in *terra* & *aſtitiſſe* ſed ratio quoq; confirmat: quomodo enim fieri
non potuit, vt interra exiſtens Apoſtolus viſu , Chriſti corpus
quod in cœlo reſidebat, attingeret?

13. Forſitan dices Chriſtum cœlum non reliquiſſe, quando Apo-
ſtolo apparuit Nec nos reliquiſſe dicimus: confirmati ſequentibus
Scripturæ locis, Pſal. 109. *Sede à dextris meis Donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum*, & ad Heb 8. *Conſedit ad dexteram magnitudinis
cæli*; & ad Epheſ. 1. *conſtituens eum ad dexteram ſuam in cæleſtibus*. (quæ
vocabula firmitatem quandam & ſtabilitatem manſionis declarant)
& ad Coloſ. 3. *quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſe-
dens*. Itaque qui in cælis ad dextram Dei patris reſidebat , idem eo-
dem tempore in terris Apoſtolo erat præſens.

Atque vt hoc verè dici exiſtimamus, ita non improbabile puta-
14 mus, vt cœlum tunc ad tempus Chriſtus reliquerit, & ad terras de-
ſcenderit. Eſt hæc S. Thomæ ſententia, in 3. part. quæſt 57. a. 6. ad 3.
ibidem Caietan & quorundam recentiorum. Quocirca quæ Scrip
turę loca Chriſto poſt aſcenſionem ad cœlũ tribuunt, ſolum proba-
bunt locum cœleſtem eſſe proprium & permanens domiciliũ Chri
ſti, vbi tanquam in proprio regno & trono habitat & reſidet · non

tamen

Digitized by Google

tamen idcirco neceſſe eſt, vt ibidē immobilis ſemper maneat, vide Franciſcum Soarez, Tom. 2 in 3 part. D. Thomæ Diſp. 51. Sect. 4. Atque hæc pro primo Aſſerto.

Secundum ſit Non omnem Chriſti Viſibilem Apparitionē quæ ab eius Aſceſione ad cœlos facta eſt, eſſe Perſonalē; ſed quaſdam eſſe Imperſonales Et hæc quidem Capite 2. doctū eſt vnde vero Imperſonalis deprælendatur, iā aperiendum. Itaque pro hoc ſit. 15.

Tertium noſtrum Aſſertum. Imperſonalis eſt omnis Apparitio, qua ſub alia, quam humana forma viſus eſt Chriſtus. Nihil hic de Sacramentali, quæ alterius eſt loci. Sed neque hic aſſertum volumus ſub alia aliqua ſpecie quam humana Chriſtum apparuiſſe Id ſolum dictum volumus; quod ſi ſub aliqua alia quàm humana viſus eſt, & apparuit, autoproſopos non adfuit ideoque Apparitiones illæ inter Imperſonales eſſe habendas. Quid mirum? vnica tantum forma filio Dei eſt, ergo ſi autoproſopos, perſonaliter apparet; hac oportet appareat. 16.

Quartum ſit Imperſonalis & illa erit, qua quamuis ſub humana forma apparet; non tamen apparet ſub virili ſed fœminea. Nec hic conſtitutū, & ratum eſſe volumus, quod ſub fœminea quandoq; viſus ſit Dominus. Quid de viſione Chriſti ſub forma fœminea facta B. Laurentio Iuſtiniano ſentiendū ſit alias dicetur Quod ſi apparuit ſub fœminea, autoproſopos præſens nō fuit. Et huius eadē quæ ſuperioris ratio: quod vna tantum ſit forma Chriſti, quemadmodum vna perſona qua videri poteſt. 17.

Quintum Aſſertum eſto. Imperſonales quoq; illæ ſunt Apparitiones, quibus quamuis ſub viri ſpecie ſe offert, puerū tamē refert, vel crucifixum aut alterius alicuius hominis perſonam. Quamuis enim puer, aliquando Dominus fuerit, & in crucem actus; formam etiam hortulani aliquando ſimularit, iam tamen ſtatura pueri, aut crucifixi forma eidem non conuenit & quia apparet vt cognoſcatur, non niſi propria forma qua cognoſci poteſt, debet apparere, ſi autoproſopos humanis rebus intereſſe dici debet. 18.

Sextum Aſſertum. Imperſonales Apparitiones ſunt, in quibuſcunque non ſub eadem quantitate Chriſtus conſpicitur cum qua cælos aſcendit & olim in fine ſeculorum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. n fortè Dominus aut de mole corporis iam aliquid poteſt deponere; aut nouam quantitatē ſine magno miraculo aſſumere? Quid verò in Chriſti Apparitionibus miraculo opus? Quocirca ſicut ſub maiori, aut minori quātitate quā naturali & propria Dominus aliquando viſus eſt, autoproſopos præſens non fuit. 19.

20. Addo Aſſertorum poſtremum: Quod etiam, quãdo ſub humana & virili, & ea, quã modo in cœlis habet, forma, quantitateq; conſpicitur Chriſtus; nõ mox antoproſopos apparere dici debeat. Non dubito quin hoc modo Dominũ conſpexerit Stephanus Act. 7. quãdo dixit, *Video cœlos apertos & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei* at veriſimile quod antoproſopos Dominum non viderit, ſi quemadmodum indicat, *in cœlo* Dominum vidit. Quomodo enim, niſi fortè cœlos Dominus reliquerit, Dominum in tanta diſtantia videre potuit? Si planetæ, quamuis immenſæ magnitudinis ſint, ob nimiã tamen diſtantiam, non magni videntur, Chriſti corpus quod infinitis propemodum modis, illis mole cædit, in cœlo conſiſtens, ab humano oculo potuit videri.

21. Eadem ratione imperſonalem facilius credere Apparitionẽ Petro factã, qua ipſi Dominus iuxta Romã apparuit, dixitq; Romam ſe vt crucifigeretur, redire: maximè ſi conſtituatur Chriſtum, cœlos poſtquam ſemel ipſos eſt ingreſſus; non deſerere, ſuamque ibi ſtabilem manſionem habere. Siquidem hoc fundamento ſemel poſito fieri non potuit, vt abſque ingenti miraculo Dominus Petro adeſſet quo quid opus? An non potuit Petrus Domini voluntatem niſi per Dominum antoproſopos præſentem, intelligere?

22. De Sanctiſsimo Paulo longè diuerſa fuit ratio, quoniam cum teſtis & prædicator verus veræ Reſurrectionis Chriſti eſſe debuit, nõ minus quam cæteri Apoſtoli; omninò conueniebat vt ei nõ minus, quam cæteris Apoſtolis ſe in propria perſona Dominus exhiberet. Et qui quemadmodum cæteri verus erat futurus Apoſtolus: vt cæteri in propria perſona Dominum debuit videre, vtramque rationem habet Apoſtolus: priorem 1. Corinth. 15. poſteriorem 1. Cor. 9.

23. Hinc iam manifeſtum eſt quam paucę Chriſti fuerint, poſt glorioſam ipſius ad cælos aſcenſionem Apparitiones viſibiles Perſonales, quam multæ Imperſonales. perſonales fortè duæ, D Paulo factę altera in via, altera in caſtris Imperſonales reliquæ; tam ipſi, quam quibuſcunque alijs factæ. Atque hæc de viſibili Apparitione quid de Vocali?

24 Hoc breuiter, Omnes eſſe Imperſonales, niſi quæ à Chriſto antoproſopos in terra exiſtente ſunt factę Vera ſiquidem propriaque ipſius vox non niſi à vero Chriſti ore proficiſcitur: at vt in cœlo exiſtens & loquens, ab hominibus audiatur in terra, quis credat?

25. Quocirca quemadmodum pauciſsimæ ſunt viſibiles, ita pauciſſimæ ſunt vocales Chriſti Apparitiones perſonales. Cũ enim præſentiam Chriſti requirant: ille verò rariſsimè in propria perſona

mortalibus fuerit præſens, nonpotuit à multis propria eius vox eſſe percepta.

Et fortè præter vnam vix dederis, illam, ſcilicet; quam ſocij D. 16.
Pauli in via habuerunt, qui vocem quidem Domini loquentis audiuerunt, Dominum verò loquentem. vt Apoſtolus, non viderunt Cum enim eandem vocem & illi, & Apoſtolus audiuerint (quamuis Apoſtolus articulatam, illi confuſam & obſcuram) vt Apoſtolus veram Chriſti, ita illi veram Chriſti vocem audiuerunt.

Apoſtolo tamen Apparitio illa vocalis non fuit, non quia veram 17.
propriamq; Chriſti vocem non audiuit; ſed quia non ſolũ audiuit, verum etiam vidit loquentem Dominum: quod vocali non in Apparitione acccidit, vt quę ſolo auditus miniſterio perficitur, quemadmodum docet de Apparitonibus veteris Teſtamenti liber ſecundus.

SECVNDA PARS DE APPARITIONIBVS CHRISTI IMPERSONAlibus qua cauſæ explicantur earundem.

SEquitur inquiramus Cauſas Apparitionum Chriſti Imperſonalium. Quæ quemadmodum in alijs rebus ita hic poſſunt diſtingui quatuor, formalis, materialis, efficiens, finalis, de formali primum.

Hanc non oportet in omnibus Imperſonalibus curioſius quæramus, ſed in ijs tantum, in quibus ſe Chriſtus aut Intellectui, aut Imaginationi, aut viſui offert, ideoque in tribus tantum Apparitionum generibus, videlicet, intellectualibus, Imaginarijs & Viſibilibus: in his ſiquidem Chriſtus ſub aliqua forma offertur, In Vocali ſiue Auriculari, vbi tantum non autem ſub forma & ſpecie aliqua percipitur, eius ratio non habetur, quia tamen & ipſa vox qua Vocalis Apparitio perficitur, etiam ſuam quandam formam habet hæc quoque inueſtiganda, poſtquam formam qua Chriſtus in tribus illis Apparitionum generibus obſeruatus eſt, explicauerimus.

CAPVT NONVM.

Sub quot generibus formarum Chriſti Imperſonalis Apparitio acciderit, & quibus ipſe propriè dicitur apparere.

Gen-

Genera formarum quatuor poſſunt diſtingui:
In quibuſdam noluit agnoſci,
In quibuſdam agnoſci voluit proprietates ſuas,
In quibuſdam commendare amicos
In quibuſdam teſtari præſentiā ſuā,
Sub quartis formis propriè dicitur Chriſtus apparere:
Non ſub primis,
Non ſub ſecundis,
Non ſub tertijs,

NOn vna aliqua forma, ſed varia atque multiplici Chriſtum exhibitum eſſe, docent exempla, quæ pro Imperſonali Apparitione eiuſdem dedimus, ſuperioribus capitibus 3.4.5.6. Omnes verò ad quatuor genera reuocari poſſe videtur Nam ſub quibuſdā voluit latere, & occultus eſſe. ſub quibuſdam non ſe, ſed conditiones ſuas proprietates, atque officia indicari: ſub quibuſdam amicos ſuos commendare: ſub quibuſdam ſe mortalibus exhibitum eſſe & innoteſcere. 1

Voluit occultus eſſe & latere, quando nunc mendici perſonam apud B Gregorium (Theſ. 11. cap. 3:) nunc leproſi, apud eundē Gregorium (Theſ. 17. cap. 3.) ſimulauit. Neque enim horum perſonam, ſed potius, qua aliquando cum mortalibus conuerſari viſus eſt, aſſumpſiſſet, ſi agnoſci voluiſſet. 2.

Proprietates ſuas atque conditiones & officium, triplicibus formis prodidit: rerū ſcilicet, inanimatarū; animatarū, ſed ratione carētiū & humana, ſed fœminea Harū mentio fit in vita S Laurentij Iuſtiniani atque Mariæ Oegniacenſis. Nam illi dicitur apparuiſſe ſub ſpecie virginis quæ ſplendore ſolem quaſi æquaret, quemadmodum habetur, ſuperius; cap. 3. Theſ. 21. hinc ſub forma agni, columbæ. ſtellati arietis cap 4 Theſ. 11. 3.

Sub aliquibus formis ſuos voluit Dominus commendare. Harum duo exempla dedimus. Nam quādoque ſub Hermolai viſus eſt quandoque ſub Felicis. Sub huius ſeni Catechumeno cuius naufragium & miram Apparitionem ſcribit B. Paulinus. ſuperius cap 5. Theſ 4. ſub illius Panteleemonis cuius mentio facta cap. 3. Theſ. 6. 4.

Quartum genus formarum eſt; ſub quibus voluit innoteſcere, & ſignificare ſe mortalibus adeſſe Cuiuſmodi varij, quemadmodum mox dicemus: ſi prius, indicauerimus ſub his propriè dici Chriſtum apparere ſub prioribus verò illis non item propriè.

Cum enim apparere Dominus idcircò voluiſſe dici debeat, vt in hominum ſenſus atque notitiā ea, quæ ipſi naturalis eſt forma veniat, quis propriè apparere dicet vbi propriam naturalemque for- 5.

mũ occultet? Vbi non vult agnoſci? vt occultauit & agnoſci noluit, quando mendicum & leproſum ſimulauit?

6. Sic propriæ apparere eundem non dixeris, quando Brutorũ animantium, aut rerum inſenſibiliũ, aut ſpecies fœminæ ipſum exhibent. Quia nec forma, hac olim cum mortalibus conuerſari viſus eſt Quocirca quemadmodum cum leonem, agnum, vitam, viam, & ſimilia quæ Chriſtum ſignificant, vides, nõ propriè Chriſtũ diceris videre, & tibi Chriſtum apparere, ita nec propriè Chriſtum dices apparuiſſe Mariæ Ogniacenſi, atque Laurentio Iuſtiniano; quando illa agnum & columbam; hic ſpecioſam Virginem conſpexit, licet illa Chriſtum denotarent.

7. Quando verò quoſdam voluit Dominus cõmendare; ideoq; ſub ipſorũ perſona quaſi conſpici; non tam Chriſti tum illæ, quã dictorum hominum fuerunt Apparitiones, propterea, quod à formis externis hominum quos, referunt Apparitiones nomen ſortiantur quæ tamen quadã ratione Chriſti dici poſſunt quia vbi prius Chriſtus; ibi mox Fœlix v. g. atq; Hermolaus conſpectus eſt, & Chriſtus quaſi in illos mutatus.

8. Itaque illas Chriſti hoc loco Apparitiones dicemus, quibus Chriſtus naturali ſibi forma exhibetur, ſiue ea ſit, quam olim communẽ nobiſcum vitam agens habuit, ſiue quam habebit aliquando, Iudicẽ acturus viuorum & mortuorum. Atque harum formarum nobis præcipuè habenda ratio eſt, quamuis priores non ſint omninò prætereundæ.

9. Tria verò, vel quatuor, hic inquirenda ſunt, quæ ad formas has quodam modo pertinent, primùm eſt, ipſa coporis ſpecies & figura corpori naturalis. alterum ſplendor & maieſtas corpori accedens, tertium habitus, quo corpus partim veſtitur. partim ornatur, quartum apparatus, qui cum Chriſto apparente eſt obſeruatus.

CAPVT DECIMVM.

De naturali ſpecie atque forma, qua alia atque alia Chriſtus alijs atque alijs apparuit.

Apparuit ſiquidem ſub forma
Iudicis, Decori gloria
Pueri, Viri perfecti,
Adoleſcentis Crucifixi
Quando in Apparitione non ſit mẽtio forma Chriſti, veri ſimile viri-li apparuiſſe:
Et quidem naturali.
Frequentius hac forma apparuit.

Ergo

ERgò vt ab eo quod primum circa formam exami- 1.
nandum eſt, initium ſumamus, duplicem ſpeciem
ſiue formam Chriſto dabimus: vnam qua in terra
cum hominibus agens, viſus eſt aliquãdo: alteram
qua aliquando videbitur, vtraq; apparuiſſe ex re-
cenſitis à nobis exemplis eſt clarum & manifeſtũ:
& manifeſtum alio atque alio apparuiſſe modo.

Modus in poſterori varius eſſe poteſt, ſed duplici Dominum ob-
ſeruatum fuiſſe docent eadem exempla. Nunc enim ſub forma Iudi- 2.
cis viſus eſt; ea ſcilicet, qua creditur ad Iudiciũ venturus, in fine ſe-
culorum ita Dominum vidit pincerna, cuius viſionem retulimus
ſuperius, Theſ. 13. cap. 3: & puer in cunis iacens, cuius prodigioſam
Apparitionem refert Dodechimus accidiſſe anno Domini, 1117.
nunc in maieſtate, ad dextram Dei Patris aut ſedens, aut ſtans &
ſedentem quidem vidit Maria virgo & Matyr (Theſ. 8. cap. 4.) ſtan-
tem S. Stephanns, Actu. 7.

Sic in poſteriori duplicem ſuppeditant exempla vno formam 3.
pueri habuit altero viri adulti, perfectioriſq; ætatis: Sub pueri for-
ma apparuit Petro Alexandrino: ſub adulti viri, virgini Libuinæ, a-
lijſque, vt mox in ſequentibus patebit.

Et puerilis ſemper eadem non fuit. Nam aliquando prorſus in- 4.
fantem, & in cunis vagientem Dominnm retulit, aliquando puerũ
octo dierum aut quadraginta, aut annorum duodecim. Viſus eſt Pe-
tro Alexandrino, ſub ſpecie pueri annorum duodecim, querens ſi-
bi veſtem ab Ario ſciſſam, Theſ. 5. cap. 3. ſub ſpecie infantis iam in
lucem editi S. Bernardo Theſ. 20. cap 3. Et in vita B. Mariæ Oegnia-
cenſis dicitur, quod Paulæ inſigniter B. Hieronymo commenda-
tæ viſus ſit alia atque alia forma, pro diuerſitate feſtorum, quæ Ec-
cleſia de Chriſti pueritia agit.

Sic nec vnus modus formæ virilis fuit. Aliquando in ſpecie cru- 5.
cifixi obſeruatus eſt: aliquando iuſti adoleſcentis aliquando homi-
nis maturioris ætatis. Sub ſpecie crucifixi apparuit Euſtachio inter
cornua cerui, Theſ. 5. c 5. B. Franciſco quoq; Theſ. 20. cap. 3 & Leu-
cippæ Theſ 7. & 4 ſub adoleſcentis VVilhelmo Rochildenſi Theſ.
20. c. 3. ſub hominis maturioris ætatis Magdalenæ, aliquando, quẽ-
admodum docet. Theſ. 2. Capitis quarti.

Et harum formarum meminerunt exempla à nobis allata. Sed
qua apparuiſſe credendus eſt, quando apparuiſſe quidem perhibe- 6.
tur, ſed formæ ſub qua apparuit, mẽtio ſit nulla, neq; enim nouũ eſt

vt apparuiſſe Dominus dicatur; & forma, ſub qua apparuit taceatur. Docét hoc Apparitiones factæ Petro Apoſtolo Theſ. 2 c. 2: Simoni & Iudæ Theſ. 2 c. 3. Carpo Cretēſi, Theſ. 4. Polieuct militi, Theſ. 2 c. 5. Ioſepho Iudæo, Theſ. 3 c. 4. Kiliano Apoſtolo fräconiæ Thes 7 c. 3. S. Menæ Thes. 8 c. 3. S. Martino Theſ 10 c 3. Valgio ſiue Victori, Theſ 4. S. Mauritio, Thes. 1: c. Alfonſo Regi Luſcitaniæ, Theſ 18. S. Vincentio Theſ. 20: S Dominico Thes 20 S. Procopio Thes. 6. c 3. Trafillæ, Theſ. 3. c: 4 Barbaræ. In his igitur, qua forma Dominus apparuit? virili an puerili?

3. Quamuis temerariū fortè ſit, hîc certi aliquid velle definire; probabile tamen admodū eſt apparuiſſe virili; & tali, qualē iā Chriſtus in cęlo habet. Duæ huius ſunt rationes. Altera eſt, quod quādo Chriſti iā mentio fit, vix alia, quam tali forma eundem concipiamus: altera, quod ſi alia aliquando, quam illa virili, appareat, id in ipſa Apparitionis deſcriptione ſignificetur: nec dicatur ſimpliciter apparuiſſe Dominus; ſed apparuiſſe ſub forma pueri, infantis, &c.

4. Hinc quoque, qua virili ſpecie apparuiſſe Chriſtus dicendus ſit colligitur. Non crucifixi, ſcilicet ſed naturali: quia non crucifixi ſed naturalē in cælo refert. quanquā & hoc ex actionibus, quæ in apparēte Chriſto obſeruatæ ſunt liceât colligere: & præterea ex eo, quod quando Crucifixi ſpecie apparuit id hiſtoria Apparitionis exhibirę non facilè ſilentio inuoluat.

5. Colligitur hinc & illud; qua videlicet, ſpecie frequentius apparuiſſe credi poſsit, hac, nimirum, eadem virili. Cum enim frequentius ſimpliciter dicatur apparuiſſe, quam forma apparentis indicetur: & præterea vbi forma indicatur; virilis non rarò fiat mentio; dubium vix eſſe poteſt, quin hac frequentius quam alia aliqua apparuerit.

11

CAPVT VNDECIMVM.

De maieſtate & ſplendore in Chriſto apparente obſeruatis.

Non ſemper glorioſa fuit Chriſti apparitio: ſed nec conueniebat ſemper eſſe.	*Aliquando fuit glorioſa.* *Plerunq; ſua vultui fuit Chriſti maieſtas.*

1. IMagines rerum, rebus ipſis reſpōdere ſolent. Quocirca cum Apparitiones hæ Chriſti Imperſonales de quibus noſtra tractatio eſt. Chriſti veri, quædam quaſi ſint imagines; oportet Chriſto ipſi quodammodo reſpondeāt

hæ

Et reſpondent vel formæ, qua aliquando obſeruatus eſt; vel qua aliquando obſeruabitur.

Vtrobique verò eius forma dupliciter ſe habuit & habebit. Nam & olim, quando in terra viſus eſt, nunc infirmam & fragilem, atque humanam communem non excedentem, formā retulit; vt ferè toto vitæ mortalis tempore: nūc luce quadam & claritate illuſtrem atque glorioſam; quali conſpectus in monte Thabor. Et rurſus poſt reſurrectionem eius à mortuis, quamuis glorioſum ſemper corpus habuerit non tamen ſemper glorioſum oſtendit. Oſtendet in fine ſeculorum omnibus mortalibus: oſtendit iam in cælo omnibus ciuibus cæleſtibus. 2.

Vtraque etiam forma obſeruatus eſt Chriſtus in Imperſonalibus Apparitionibus: forma, ſcilicet, ingloria ſiue inglorioſa; & glorioſa. Quocirca quemadmodum; quamuis vnam eandemque virilē ætatem in cælo habeat, alia tamen, quam virili, in terra eſt viſus; ita quā-uis glorioſum in cęlis ſemper corpus habeat, nō ſemper tamen quādo ab hominibus in terris, poſt aſcenſionem, eſt viſus, gloriam corporis ſui demonſtrauit. 3.

Non demonſtrauit, quando S. Petro apparuit, & reditum Romā inſinuauit. Theſ. 3. cap 3. Menæ item Martyri, Theſ. 8. cap 3. multiſque alijs. Sed nec demonſtrare debuit, in ijs præſertim Apparitionibus in quibus noluit agnoſci, quales fuerunt quando nunc mendicum, nunc leproſum ſimulauit, nunc mercatorem. Hoc enim tātum abeſt, vt glorioſa corpora doceat, vt nequaquam ipſis conuenire ſciant omnes. 4.

Demonſtrauit autem in Petro Alexandrino, ea claritate, qua ſancti hominis non potuerūt ferre oculi. Theſ. 5. c 3 in S Euſtachio, qui inter cornua cerui Chriſtum crucifixum, de ſe radios mittere conſpexit; Theſ. 5. c. 5. in S. Procopio, qui ſub forma humana vidit eundem luce clariſsima circumfuſum, Theſ 6. cap 3 in Vlgio, ſiue Victore, qui ſub ea maieſtate atque gloria vultum Chriſti conſpexit qua deſcribitur in Apocalypſi, Theſ. 4. c. 5 in B Maria Magdalena, cui ſimilis illi Thaborinæ, Lucæ 9. viſio & Apparitio facta eſt Theſ. 2 c 4. in B. Barbara, quando ſua præſentia carcerem, quo illa tenebatur concluſa, illuſtrauit, Theſ 6 c 4.

Atque vt in his demonſtraſſe docent hiſtoriæ: ita veriſimile admodum in ijs demonſtraſſe, vbi Angelorum caterua legitur comitatus vt fuit, quando apparuit Simoni Apoſtolo, atque Vincentio. Theſ 2. & 25 c. 3. Item quando viſus eſt in cœlo, quemadmodum viſus B. Stephano Act 7. præterea, quādo ſtipatus corona & comitatu 6.

Sanctorum ſe oſtendit Pincernæ, Theſ. 13. Vdoni Epiſcopo Magdeburgenſi, Theſ. 15 Romæ item Henrico Imperatori, Theſ. 16 c. 3.

7. In omnibus verò hanc gloriam non demonſtrauit. Quid enim opus? Sæpè Apparitione ſua, ſuam tantum præſentiam teſtatam eſſe voluit: quam potuerunt mortales intelligere, quamuis etiam abſque luminis ſplendore & gloria ſe offerret.

8. Nunquam tamen in his, vbi agnoſci voluit, Apparitionibus, vultus dignitatem atque maieſtatem deſideratam eſſe credi poteſt, propterea, quod quæ figura atque imago Chriſtum referre debuit, ſuo prototypo Chriſto, qui *ſpecioſus forma, præ filijs hominum*, dicitur, reſpondere debuit. Et fortè hoc inſinuat, quod in forma pulcherrima dicitur apparuiſſe S. Kiliano, Theſ. 7 cap. 3. ſpecioſiſsimi adoleſcentis VVilhelmo Rochildenſi, Theſ. 20. eiuſdem capitis.

CAPVT DVODECIMVM.

De habitu Chriſti, ſub quo viſus eſt in Apparitionibus Imperſonalibus.

In quibuſdam cum habitu obſeruatus eſt ſed alio atque alio, quia
Alius ſeruiuit ad Chriſtum iudicandum.
Alius ad eundem occultandum,
Alius ad myſterij alicuius reuelationē
alius ad certum officij genus exequendum.
Quædam habitum eidem negare videntur.
Quando in Apparitionibus habitus mentio non fit, non ob credendum nullam habuiſſe.
Habuiſſe autem credendum eſt ſemper non peregrinum,
Sed commune atque vſitatum.
Et decentem, quali Chriſtus dicitur vſus aliquando.

1. De habitu Chriſti heteroproſopos apparētis ex ipſis Apparitionibus iudicium peti debet. Nā ſicuti ipſum probamus apparuiſſe ex dictis Apparitionibus, ita habitum ex eo, qui in apparente obſeruatus eſt oportet definire.

2. Apparitionum verò quæcunque Chriſti fuerunt, tria poſſumus ratione habitus, diſtinguere genera. Quædam enim habitum produnt: quædam nullam ipſius faciunt mentionem & quędā ipſi quaſi excludunt: quemadmodum quædam maieſtatem formæ indicant quædam eius non meminerunt, quædam eandem excludunt.

3. Quæ produnt non vnum eundemque produnt; ſed alium atque alium, pro ratione perſonarum, quas Chriſtus apparens voluit ſu-

ſtinere:ratione item myſterij atque ſacramenti, quod mortalibus voluit per habitum ſignificatum eſſe: denique ratione officij, quod in Apparitionibus viſus eſt ſuſtinere.

Perſonam ſuam nunc voluit agnoſci quaſi præſentem eſſe: nunc ſuam alia ſimulauit. Hic alium, quam quo aliquando viſus eſt, debuit aſſumere. ibi conueniens fuit, vt ſuum quam quandoque habuiſſet referet Hinc in ipſo dum mendicum ſimulauit & leproſum, non oportet quæras habitum, ſub quo viſus eſt in Iudæa, & dum infans in cunis voluit agnoſci talis, qualis aliquando fuit: non benè poſtulaueris habitum mendici. Ibi ſeruiunt faſciæ, hic veſtis lacera & attrita. 4

Quod ſi Dominus habitum externum ſignum eſſe voluit rerum arcanarum, aut eodem homines officij atque beneficij admonere: ſicut perſonam non debuit occultare & velle latere; ita non habere rationem aut proprij olim ab ipſo vſurpati habitus, aut peregrini & externi: ſed talis, qui à re ſignificanda non diſcreparet. 5

Hinc pulchrè nunc ſub ſciſſa veſte exhibitus eſt; nunc ſub dimidiata. ſub illa viſus eſt Petro Alexandrino; hoc S. Martino. Illa ſignificabat Eccleſiam ſuam (quam veſtis indicat) impio Arij errore ſcindi & lacerari: Hac quantum & ipſe faceret & mortalibus commendatum cuperet ſtudium ſubueniendi neceſſitatibus proximorum. 6

Ratione officij, quod in Apparitione viſus eſt ſubire; habitu Sacerdotis celebrantis apparuit Henrico Imperatori. Nec malè: quia aſtans altari, tanquam ſacrificium Miſſæ peracturus eidem viſus eſt quod ſine certo ſacroque habitu ritè decenterque non peragitur. 7

Quocirca quadruplicem, ex his, Chriſti habitum poſſumus diſtinguere, vnus ſeruit ad dominum manifeſtandum: vt qui ipſũ refert, quo aliquando eſt viſus, alter ad dominum occultandum; vt eſt peregrinus mendici Tertius ſignificatoris cauſa aſſumitur: quartus officij atque functionis, quam ſubire videtur, eſt index.

Porro, quæ Apparitiones Chriſto habitum negare videntur, paucæ ſunt admodum: vt exiſtimo, vix aliæ præter duas quarũ vna ipſum ſub ſpecie Iudicis in nube exhibet; altera ſub ſpecie Crucifixi. Nam & quando Iudex venturus eſt mortuorum atque viuorum, nullus ipſi habitus ſeruiet, quemadmodũ docet Diſputatio de glorioſa Chriſti Apparitione Iudiciaria: & ſub crucifixi ſpecie non rectè exhibebitur habitum indutus, quod nudus, cruifixus ſit Dominus (vt de Cruce docet Gretzerus noſter) cui imaginem hanc apparentis in Cruce Chriſti oportet reſpondere. 8

10. Sed quid de Apparitionibus, quæ nec habitus mentionem faciunt nec eundem etiam excludunt. An fortè hîc Domino quoque habitus aliquis tribuendus? an prorſus negandus? Mallem tribuere, quam negare; vt hominum, quibus Chriſtus apparuit, hac ratione verecundiæ conſultum dicatur. Qualis verò hîc tribuendus? Puto quatuor reſponderi poſſe.

11. Primum eſt, ſæpè nullum certum potuiſſe deprehendi, ob magnitudinem luminis, quo viſus Dominus coruſcare. quod maximè locum habere dixerim in ijs Apparitionibus, in quibus in cęlo
12. videri viſus eſt; vt viſus eſt B. Stephano.

Alterum eſt, peregrinarum habitum in his Apparitionibus Domino non tribuendum. Quem enim in alijs damnat, eũdem ipſe aſſumet? Soph. 1. Quocirca etiam ex habitu deprehendit S. Martinus Chriſtum non eſſe, quem eſſe facilè facies vultuſque perſuaſiſſent, *Dominus meus*, inquit, *Ieſus Chriſtus, non purpuratum aut diademate renitentem venturum eſſe prædixit.*

13. Tertium eſt; vt plurimum tali habitu viſum Chriſtum, qualẽ habuit aliquando vel habuiſſe creditur, communem cum mortalibus vitam agens. Cum enim hoc fine apparuerit, vt innoteſceret: & hominem prodant non facies tantũ aut vox; ſed habitus quoque exterior; & hoc, vt potuit, ita debuit præſentiam ſuam teſtari Dominus.

14. Quicunq; verò hic habitus fuit, decentiſsimus, vt veriſimile eſt, compoſitiſsimusque fuit. Atque hoc quarto loco ſit dictum. Indicat hoc Apparitio S. Kiliano facta, quæ ipſi formam habitumq; tribuit pulcherrimum: ſed apparentis Chriſti dignitas id in primis poſtulat.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Apparatu, cum quo Chriſtus obſeruatus eſt in Apparitionibus ſuis Imperſonalibus.

Conſtitit hic apparatus
Nunc Angelis,
Nunc ſancti Dei,
Nunc vtriſq;,
Et aliquando pluribus, aliquãdo paucioribus,

Viuis quoq; aliquando hominibus.
Sed tamen non in omni Apparitione fuit.
Quid quod nec conueniebat eundem.
In omnibus conueniri.

Appa-

APparatus qui in comitatu & ſocietate perſonarũ Chri- 1.
ſto præſentium conſiſtit;ſi non ad formam apparen-
tis Chriſti; profectò ad formam pertinet Apparitio-
nis Chriſti:& quemadmodum pulchra membrorum
proportio cum venuſtate coloris formam apparentis
ita apparatus egregiè exornat Apparitionem.

Ornabit hic admirabilem illam Chriſti Apparitionem, quando 2.
in nubibus intuebitur eum omnis caro, venientem ad iudicandum
viuos & mortuos. Quoniam, vt dicitur, Matth. 25. *Veniet filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo*: qui vtique non parua pars
erunt maieſtatis.

Ornauit idem Apparitionem illam Thaborinam, quoniã cũ trãſ-
figurato Domino fuit Moyſes atq; Elias, ea maieſtate & gloria, quæ 3.
ſummam intuentibus afferret voluptatem: vt etiam præ viſionis
dignitate, quaſi obſtupeſcens, Petrus exclamauerit; *Domine bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula.*

Ornat & modo Apparitionem Chriſti in cœlis, vbi in gloria cę-
leſtis curiæ reſidens, ſui ſe intuitu præbet ſummum bonum, quo- 4.
niam vt ipſe loquitur, *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Sed & Sacramentalem Apparitionem hic Apparatus ornat, quo- 5.
niam, vt docet B. Gregorius, 4. Dialog. cap 58. ipſa immolationis
hora Domino ſuo aſtant Angelorum exercitus: quemadmodum
idem, datis exemplis, confirmat diuinus Chryſoſtomus lib. 6. de
Sacerdotio.

Hic Apparatus etiam Chriſti Imperſonalem Apparitionem ex- 6.
ornauit, aliquando, quemadmodum indicãt exempla à nobis ſupe-
rius allata: vt idcircò non minus dignitatis atque ſplendoris hæc
Imperſonalis noſtrã, quam multæ Chriſti Apparitiones Perſonales
habuerunt.

Et nunc quidem conſtitit comitatu Angelorum tantum: nunc 7.
hominum tantum; nunc & hominum & Angelorum: vt ob id tri-
plicem, prima diuiſione, hunc Apparatum diſtinguere poſſumus.

Sed & hominum, qui cum Chriſto viſi ſunt; non vnà omnium
fuit conditio. Aliquando viſi ſunt cum Chriſto, piè in Domino de-
functi: aliquando ij, qui ſuperſtites adhuc credebantur, & rurſus, a-
liquando plures, aliquando pauciores, vnus aut alter etiam. Omnia
hæc confirmat ſylua exemplorum quam dedimus.

Comitatus ſocietate Angelorum apparuit Dominus primum 8.

Simoni Apoſtolo. *Diu eſt*, dicebat ipſe Iudæ paſsionis & Martyris ſocio, *quod aſpectum Domini intueor, in medio Angelorum*: deinde Carpo Cretenſi, qui plures Angelos Domini ſocios obſeruauit; quando inclementiæ eſt accuſatus, Theſ. 4 cap. 3 Valgio ſiue Victori, qui eoſdem Angelos in Apparitione dominica obſeruauit fungi officio nutarum, eorumque opera præſentiſsimum periculum effugit, Theſ. 4 cap 5.

9. Comitatus ſocietate Sanctorum hominum apparuit Pincernæ, cuius Apparitionem deſcribit Cæſar Baronius, circa annum Chriſti, 484. ex quo nos eandem retulimus Theſ. 13. cap 3. hic ſiquidem in corona dealbatorum Chriſtum Iudicem conſpexit. Apparuit & Frederico Canonico Magdeburgenſi, qui cum Chriſto Virginem Matrem, Mauritium compluresque Sanctos obſeruauit, de quo Theſ. 15. cap. 3.

10. Vtramque ſocietatem, Angelorum, ſcilicet, & ſanctorum habuit quando Henricum Imperatorem ſua viſione eſt dignatus Romæ, in templo Mariæ Maioris. Nam in ea nec Angeli defuerunt nec homines Sancti. & quidem variorum ordinum, atque diuerſi ſexusquemadmodum explicat, Theſ. 16. cap 3. vtroſque etiam Vincentius obſeruauit, de quo Theſ. 20. vtroſque B Maria Virgo & Martyr, de qua Theſ. 8. cap. 4.

11. Et in hiſce Apparitionibus plures cum Chriſto ſunt viſi & qui viſi, piè in Chriſto fuerunt defuncti. Aliquando non plures ſed vnus tantum obſeruatus aut alter. Ita refertur de Nicolao Torrentino, quod præſentem Chriſto tantum viderit B. Auguſtinum cum Chriſti Matre Theſ. 20. cap. 3 & puer cuius Theſi. 18. cap. 3. mentio facta eſt, ſolam matrem viſam eſſe ſignificat.

12. Sic qui cum Chriſto viſi fuerunt, aliquando fuerunt adhuc ſuperſtites; non vita functi. Tales in viſione obiecti ſunt S Dominico, plures enim primum aliorum, deinde ſui ordinis vidit quando Chriſti atque B. Virginis viſione dignatus eſt eum Dominus quemadmodum indicat c. 13. lib. 2. Vitæ eiuſdem à Theodorico de Apoldia ſcriptæ. Ita de Apparitionibus, in quibus huius Apppáratus mentio facta.

13. Quædam præterea ſunt, vbi ſumnum eius ſilentium eſt, quibus quemadmodum ob id illum non demimus, ita neq; eundem ipſis facilè tribuimus. Veriſimile eſt in quibuſdam illum non defuiſſe in quibuſdam defuiſſe. Quid enim vt vbique ſit, eſt neceſſe.

Si dignitas perſonæ affertur quæ illum poſtulat; reſpondebimus autoproſópos Dominum non affuiſſe. Conſtat & Dominum auto-

autoproſopos præſentem fuiſſe; & hunc comitatum deſideratum eſſe, quemadmodum deſideratus eſt multis annis, quibus mortalē vitam cum mortalibus in terris egit Dominus.

Certe nec fuit, nec eſſe debuit in iјs Apparitionibus, vbi præſentiam ſuam Dominus noluit agnoſci; ſicut noluit, cum perſonā ſuſtinuit mendici aut leproſi. Quemadmodum enim, vt diximus, tunc minimè conueniebat aſſumere corpus glorioſum & luce coruſcum ita non conueniebat hic apparatus, præſertim ſplendidior. 14.

Et in alijs Apparitionibus permultis ſatis fuit dominum agnoſci: Ad hoc verò quid opus pompa & comitatu pluriū perſonarum Ipſa vultus ſpecies, atque forma Chriſti hîc potuit ſufficere, quamuis & alijs rationibus ſe Dominus etiam tunc manifeſtare potuit. 15.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De formali cauſa in Apparitione Imperſonali Vocali, qua Chriſtus auditur, & non videtur.

Forma vocis ſiue orationis Chriſti in eius conſiſtit quantitate & qualitate.
Qualitas idioma reſpici. quod neceſſe eſt fuerit notum auditoribus.
Quantitas in duratione & intenſione conſiſtit:
Duratio rebus reſpondet, de quibus ſermo,
Intentione magna non fuit opus,
Quod & priuatus quidam fuerit ſermo.

QVæ hactenus de formali cauſa Apparitionum Imperſonalium diximus, ad tria tantum Apparitionum genera ſe extendunt: atque in iis Chriſtus ea; quam pluribus proſecuti ſumus & explicauimus, forma percipitur: verum quoniam præter tria, quartum datur, Apparitionum Vocaliū atque illud quoque ſuam, qualem qualemetiam, formam habet antequam ad reliquas Apparitionum cauſas accedamus, hæc inquirenda & explicanda eſt. 1.

Forma vero hic ab ipſa voce ſiue oratione, quæ Chriſto tribuitur, nō differt; propterea; quod vox ſiue oratio in accidentium ſit genere ideoque ſicut accidentium non ſunt formæ, ſed ipſa ſunt formæ ita nō alia orationis & vocis eſt forma quam ipſa vox & oratio. 2.

Ergo quæ in ipſa oratione ſunt & voce, qua in aures incurrit, & auditu percipitur, ad formā vocis atque orationis pertinebunt quæ 3.

ſi in voce qua Chriſtus loqui auditus eſt, indicauerimus, formam vocalis Apparitionis ſufficienter explicauerimus:

Hæc porrò præcipuè ſunt duo, vocis ſiue Orationis quantitas & qualitas, quantitas vel extenſionis eſt, vel intenſionis: qualitas idiomatis. In idiomate atenditur, an Græcum, latinum hebraicum Syriacum, aut aliud quoduis: In quantitate extenſionis; an diuturnior aut breuior: In quātitate intenſionis, an altior aut ſubmiſsior.

5. Qualia verò hæc in Chriſti loquentis Apparitione fuerint, ex rerum, de quibus ſermo fuit; & perſonarum, cum quibus fuit, æſtimandum eſt conditione. Quoniā enim cum ratione & iudicio acta ſunt omnia horum in voce atque oratione Chriſti ratio præ cæteris eſt habenda.

6. Et de idiomate quidem ex conditione auditorum iudicium eſt accipiendum Eo viſus eſt Dominus, quod quibus cum loquebatur, eſſet notum: qualecunque etiam eſſet, quo illi vterentur: non quo ipſe in terra cum hominibus agens vſus fuiſſe creditur. Quid mirum? loquebatur enim; vt intelligeretur: intelligi non potuit, ſi alio quàm quod auditores noſſent, vſus fuiſſet.

7. Quantitas extenſionis, ex rebus, de quibus ſermo inſtituebatur eſt accipienda In rebus ergò quæ longum ſermonem poſtulabant, vſus eſt oratione breui: contra non ſermonem producebat, ſi potuit, quod voluit, paucis, explicare. Hîc nihil voluit ſupereſſe: ibi nihil deeſſe.

8. Omnis verò oratio, qua vſus creditur demiſsior & moderatior eſſe videtur: tum, quod quæ vehementiorē orationem requirerent tractaſſe non legitur: tum, quod cum priuatis priuatas quaſi habuit ſermocinationes, & cum amicis amicas. Quod dicimus, clarum eſt in Apparitionibus vocalibus, quas retulimus cap ſexto.

9. In Viſibilibus Apparitionibus quoque Chriſti oratio obſeruatur non rarò ſed illa proprie huius loci non eſt. Hoc tamen breuiter ſit dictum, quod quæ hîc de ipſius oratione dicta ſunt, illi etiā accommodari poſsint & debeant. Atque hæc hoc loco breuiter. Plura, quæ de locutione Dei, in Veteri Teſtamento capite 12. 13. 14. lib. 2. de Apparitionibus Vet. Teſtam. dicta ſunt hîc ſeruiunt quocirca & hîc breuitate ſtuduimus. Hactenus ergò de formali cauſa Appartionum Chriſti Imperſonalium.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De

De Apparitionum Chriſti cauſa materiali ſiue ſubiecto.

Materia ſiue ſubiectum formarum, quibus Chriſtus percipitur in Ap-parit. Intellect. eſt intellectus:	*In vocali atque viſibili,*
In Apparit. Imaginaria eſt vis Imaginatio.	*Nunc ipſi ſenſus viſus, aut auditus*
	Nunc medium ipſum:
	Nunc externum aliquod corpus plerunque non viuum.

Cauſam formalem, & quæ ad formam pertinent Apparitionum Chriſti Imperſonaliũ examinauimus: ſequitur, vt inquiramus materialem. Hanc illam vocamus, in qua ſedes ſuas q. habuerunt formæ ſiue ſpecies quibus Chriſtus, & quæ cum Chriſto coniuncta fuerunt apparuit. *Subiectum* nõ malè dixerimus. Quod ergò formarum harũ ſubiectum? 1.

Illud partim extra homines, quibus Apparitiones hæ factæ ſunt fuit, partim intra ipſos homines. Rectè quoniam formæ, quibus Chriſtus hic percipi viſus eſt, & quę à ſubiecto diſcerni non potuerunt, nunc ſolum in hominibus fuerunt nunc etiam aliquando extra homines ſedes ſuas habuerunt. 2.

Et in quibuſdam Apparitionibus ſolum intra homines fuerunt; in quibuſdam partim intra, partim extra ipſos. Nullorum (ſi generum tantum habeamus rationem) ea conditio eſt, vt, niſi extra homines illæ ſint, viſio ſiue Apparitio perfici non potuerit. Quod dicimus, intelliget, qui Apparitionum genera luſtrauerit. 3.

Ergò in Intellectuali atque Imaginaria formæ intra ipſos ſunt homines, quoniam ea illarum potentiarum quibus formæ percipiuntur, ratio eſt vt rerum ſpecies, quas percipiunt, in ſuo ſinu quaſi foueant, & niſi iiſdem inſtructæ ſint, ſuas operationes feliciter perficere nequeant. Vt verò præter has ſpecies res ipſę quæ percipiuntur, iiſdem ſint præſentes, nullo modo eſt neceſſe. 4.

In Apparitione Viſibili extra viſum deferri in ſuis ſimulachris, atque ita viſio ſiue Apparitio fieri. Idem poteſt accidere in Vocali. Vox alicubi poteſt formari, & iam facta per aerem ad aures deferri, atque ita audiri. Quocirca hic alia quam in ſuperioribus illis ratio. 5.

Sed præter hunc modum, alius eſt, quo viſio fieri poteſt, vt ſcilicet; extra organum res, quæ videtur non ſit, quemadmodum in Febricitantibus & amentibus accidit, qui mira ſuis oculis obſeruari credunt & aſſerunt, quorum tamen nihil in re eſt, atq; extrà ocu- 6.

Pp los

los. Idem in auditu fieri contingit: quemadmodum & iam dicto-
exemplo, & ſimilitudine viſus confirmatur.
7. Cæterum extra viſum res exiſtens, nunc in ſolo medio effingi-
tur, nunc in externo aliquo corpore ſubſiſtit, atque inde per medi-
um ad viſum tendit viſionemque efficit. Vtrumque aliquando ac-
cidere ex ijs, quæ de viſu tradunt Philoſophi, manifeſtum eſt, quem
immutari volunt nunc ex parte obiecti, nũc ex parte medij, in quo
rerum viſibilium formæ finguntur, quamuis quæ formis reſpon-
deant nulla externa ſint obiecta. Legendus Loduicus Molina in 1.
par. S Thomæ. ad q. 110.
8. Ex his, quod ſit ſubiectum formarum atque ſpecierum, ſub qui-
bus Chriſtus obſeruatus eſt facilè concluditur. Vnum in omnibus
eſſe nequit, aliud atque aliud eſt, pro diuerſitate Apparitionum in
quibus exhibitus eſt Nam in quibus formæ extra homines non fu-
erunt, fruſtra ipſarum extra homines quęritur ſubiectum: & in qui-
bus extra ipſos fuerunt, fruſtra quæritur in ipſis hominibus.
9. Formæ igitur, quæ Imaginarijs atque Intellectualibus ſeruiunt
Apparitionibus, in ipſa imaginatione atq; intellectu reſident; quo-
circa extra S. Pauli intellectum Chriſti ſpecies non fuit, quando *in
ſtupore mentis* vidit Dominum, quemadmodum dicitur Actuum 22.
& extra imaginationem Ioſephi eadem non fuit, quando ille viſus
eſt in ſomnis, videre Chriſtum ſe ad Chriſtianæ religionis fidem
adhortantem.
10. Quæ verò ſeruiunt Viſibilibus, & Vocalibus, duplex ſubiectum
habere poſſunt, aliquando in ſolis ſunt ſenſibus, viſus atque audi-
tus, aliquando etiam extra ſenſus inueniuntur: idque vel in medio
tantum, & non verò formatoque corpore, aliquando in verò, &
quod Chriſti perſonam exhibet, corpore In medio fuiſſe dicerem
illam quæ exhibita eſt Mariæ Oegniacenſi, quando Chriſtum con-
ſpexit circa ædiculam ſacram, in qua ſacroſanctum Euchariſtiæ ſa-
cramentum aſſeruabatur, in verò externoque corpore; aliam, ſub
qua S Petrus Dominum conſpexit Romam redeuntem.
11. Corpus autem quod eandem retulit, vel potuit aliunde eſſe aſ-
ſumptum vel de nouo fictum formatumque, & quemadmodum
illud fieri potuit, ita hoc plerumque, aut quod veriſimilius eſt, ſem-
per factum.
12. Quod enim corpus aliunde aſſumere debuit, aut potuit Domi-
nus, in quo ſe oculis mortalium offerret? Viuiue alicuius hominis?
Quis dixerit? Si defuncti, cuiuſnam conditionis & ſtatus? Non beati
illi requies debebatur, nec alicuius damnati, quia vt in illius filius
Dei appareret non conueniebat.

Nec huic obſtat, quod quandoque ſub S. Felicis, quandoque ſub Hermolai ſpecie viſus ſit Dominus. Quoniam quæ videbantur eſſe, non Sanctorum erant corpora. Si quis Sanctorum ibi fuit, Spiritus, fortè, ſub peregrinis fuit corporibus, quæ tamen ſanctorum referebant formam. 13.

Hinc facilè colligitur, quot modis Apparitiones hæ poſsint accidere. Vnus idemque eſt omnium Intellectualium & Imaginariarum duplex Viſibilium & Vocalium, quoniam in illis nũquam extra potentias ſuas ipſæ formæ: in his nunc in ipſis ſunt ſenſuum organis, nunc extra eadem etiam. 14.

Et ſi Viſibiles cum Vocalibus conferas, illæ has varietate ſua excedunt, quamuis enim vtræque etiam externis formis perficiantur, plures tamen modi illi ſeruiunt, quam Vocali, quemadmodum hic pluribus modis ſenſum immutare contingit, quam ibi. Atque hæc de ſubiecto formarum, quæ in Imperſonalibus Apparitionibus interueniunt, breuiter pleniorem cognitionem ſuggerunt libri de diuinis Vet. Teſtam. Apparitionibus, primus maximè à capite 10. ad 19. quæ omnia hic locum habent. 15.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De cauſa efficienti Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

Illa non ipſum eſt Chriſtus, Sed Angelus aliquis pro Chriſti voluntate.	*Nulli enim Angelorum deeſt aut ſolertia aut potentia, quæ hic requiruntur, & ſufficiunt.*

CAuſam Efficientem Imperſonalium Chriſti Apparitionum dederimus, ſi à quo, quæ in iiſdem inueniuntur efficiantur, & perficiantur, demonſtrauerimus Hoc eò breuius hîc præſtabimus quo plura dicta ſunt de efficiẽte cauſa Apparitionum Diuinarum Veteris Teſtamenti, quæ hic pleraque ſeruiunt. 1.

Duo verò ſunt præcipuè, quæ hic inueniuntur, materia atque forma, quæque vel cum ijs ſunt coniũcta, vel eorum rationem ſubeunt. Plura inquiri non debent quia omnis Agentis Cauſæ occupatio eſt circa materiam & formam: nimirum, vt illam ad formam accipiendam aptet, ſi neceſſe eſt: & hanc vbi apta atque diſpoſita illa fuerit, introducat. Quocirca, quando horum Efficientẽ cauſam, dederimus, efficientem cauſam Apparitionum harum aſsignauerimus 2.

3. Efficiens autem tribus modis ſe habere poteſt ad materiam circa quam occupatur. Nunc ipſam producit de nouo: nunc ante productam ſibi ſuiſque vſibus aptat: nüc in per ſe aptam introducit formam. In Apparitionibus noſtris? poſteriora duo, non primum illud, inquirenda.

4. Rectè hoc quam enim producit, ſi producit? Duplicẽ, quaſi materiam præcedenti cap. diſtinximus, quæ formarum in Apparitionibus Imperſonalibus ſit capax: vnam in ipſis collocauimus potentijs, quibus Chriſtus percipitur: alteram extra potentias, in externo corpore. Ibi ſunt intellectus, imaginatio atque ſenſus, aut harũ potentiarum ſpecies: hîc aer, aut ex aere ſimilique materia conflatũ corpus. Nihil horum de nouo in his Apparitionibus producitur.

5. Producta igitur materia à noſtro Efficiente, vel ad formã accipiendam aptatur; vel ſi iam apta ſit, formam ab eodem accipit: Accipit in Apparitionum vna illa ſcilicet, quam vocalem dicimus. Aptatur ad accipiendam in reliquis tribus Explicamus ſequentibus.

6. Aer, quem materiam ſiue ſubiectũ vocis, & Orationis diximus. (quam item formalem cauſam diximus in Apparione vocali) nec ab eo, qui vocis, & ſiue Orationis Chriſti author eſt, fit; neque vt vocis ſiue Orationis. ſubiectum atque vehiculum ſit vlla indiget præparatione. Ex ſe talis eſt. vt vocem factam mox ſuſcipiat, atque ad audientium aures transferat Si aliquod agentis in hac Apparitione eſt officium, totum id in vocis formatione conſiſtit.

7. At in reliquis oportet materiam ad formam ſpeciemque Chriſti, ſub qua percipiendus eſt, aptari. Nam in illa viſibili, qua ſub externo corpore conſpicitur, quod corpus dabis, quod Chriſtũ referet? Negauimus in viui alicuius hominis conſpici corpore, aut etiam in defuncti. Ex aere, aliaque ſimili materia indicauerimus formari aliquod, quod Chriſti corpori reſpondeat. Cum ergo aer aliudue ſimile corpus per ſe Chriſtum non referat; agente opus eſt, quod aerem Chriſto conformet, vt eandem referre valeat.

8. In alia viſibili, qua extra viſum nihil eſt Chriſti ſimiliter in Imaginaria atque intellectuali, ſpecierum quæ in potentijs ſunt, alius eſt vſus plerunque, aut nouus; atque ab agente, quodcunque tandem illud eſt, hoc tantum accipiunt, vt potentiæ ad actus reducantur Chriſtumque percipiant.

9. Duobus vero modis id accidit. Nunc enim ſpecies Chriſti, quæ in potentijs reſident, ad actũ reuocantur. nũc diuerſæ: quæ Chriſti propriæ non ſunt ita componuntur, vt quamuis ſingulæ Chriſti propriæ non ſint. ſimul tamen cõpoſitæ Chriſtum pulchrè referãt

&re-

& repræſentet. Omnis hæc circa ſpecies occupatio Agentis, eſt veluti circa materiam ſuam.

Circa formam etiam occupatur Agens: Sed aliter in rebus Arti- 10.
ficialibus, quæ ingenio & induſtria perficiuntur aliter in naturalibus, in quibus natura præcipuas partes habet. In his forma è potentia materiæ educitur: in illis in potentiam materiæ introducitur. Educit de potentia ligni ignem ignis: introducit in potentiam lapidis Mercurij formam ingenioſus artifex.

Apparitiones noſtræ in rerum artificialium ſunt ordine, induſtria atque ingenio agentium, & non ſolis naturæ viribus perfici 11.
untur; quocirca agentis hic non tam erit formam è materia educere; quam eandem in materiam introducere. Atque hoc fieri in omnibus hiſce Apparitionibus deprehendet, qui diligentius ipſas ſcrutabitur. In aerem aliudue ſimile corpus Chriſti ſpecies introducitur in Viſibili Apparitione. Eadem ſpecies additur phantaſmatibus, & ſpeciebus intelligibilibus (niſi fortè ipſam habeant) in viſione Imaginaria atque Intellectuali. In Vocali Chriſti vox formatur & fingitur in aere.

Atque hæc circa materiam formamque ſunt occupationes Agen- 12.
tis in Chriſti Apparitionibus Impersonalibus. Nunc, cui illæ tribuendæ, & quis ipſarum author, atque Efficiens cauſa conſtituendus ſit, definiendum. Neceſſe verò eſt, alterum è duobus dicamus. ſcilicet aut Chriſtum, aut aliquem Angelorum, quo miniſtro Chriſtus hic vtatur. Neque enim vlli de alijs, in mentem poteſt venire cogitatio.

Et fortaſſe Chriſtum quis hic idcircò excluſerit, quod autopro- 13.
ſopos præſens non ſit, ſed ad dextram Patris in cœlis reſideat, quamuis in terra præſens nobis exiſtimetur. An fortaſsis tanto interuallo à nobis diſtans nunc aerem condenſare, ſuamque ipſi formam imprimere. nunc in intellectum atque Phantaſiam noſtram ſe poterit inſinuare?

Veruntamen non rectè idcircò reijcitur, quoniam etiam in cœ- 14.
lis exiſtens non pauca operatur in terra: neque hoc ſecundum diuinam tantum naturam, qua omnia cum Patre, Spirituque ſancto, vnus idemque Deus agit, verum etiam ſecundum humanam, qua & iam in ſacramentis ſubit conditionem cauſæ efficientis, gratiáque & quæcunque homini ad ſalutem proficiunt, largitur.

Quid igitur, An ipſe harum Apparitionum cauſa efficiens dicē- 15.
dus eſt? Non eſt. Quemadmodum de Apparitionibus Vet. Teſt demonſtratum eſt earum cauſas Efficientes eſſe Angelos; ita creden-

dum harum eſſe Angelos & quibus de cauſis conueniebat ibi conſtitui Angelos; iiſdem conuenit hic conſtitui quod pluribus, ne eiuſdem repititio moleſta ſit, demonſtrandum non erit.

16. Et certè nihil ad has Apparitiones producendas eſt neceſſarium quod in Angelis poſsis deſiderare. Perficiuntur in ipſis vniuerſa ingenij acumine atque potentia: an maiori, quam fortè eſt in ſpiritibus angelicis? Non maiori.

17. Etenim acumen ingenij hic ſufficit, quo cognoſcitur, v. g. quomodo aer aliaque corpora, quæ Chriſti formam debent recipere, cōdenſanda ſint & cōpingenda: quomodo in eodē aere ſpecies Chriſti producenda; & vox eiuſdem formanda: vbi ſedes ſuas habeant ſpecies rerum, quæ cognoſcuntur aut per imaginationem, aut per intellectum: quod quæque referant: quomodo eædem alio atque alio modo, pro rerum diuerſitate quas repræſentare debent, ſint componendæ: An hæc Angelos latere poſſunt? Angelos, inquam, quorum ingenium perſpicaciſsimum quibus rerum quodammodo omnium ſcientia congenita? qui tot ſeculis à condito mundo tot effectus notarunt & obſeruarunt? Nec ipſi quidem maligni Spiritus hæc poſſunt ignorare.

18. Similiter maior hic potentia neceſſaria non eſt, quam in Angelis inueniatur. Poſſunt ipſi plurimum duplici operatione: mediata & immediata illa in actiuorum paſsiuorumque congrua conuenientique conſiſtit coniunctione: Hęc in motu locali rerum. Quæ vero in his Apparitionibus potentia & vis requiritur, ad ſolum motum localem eſt neceſſaria: qua quantum Angeli poſsint. inde eſt manifeſtum, quod nullum ſit tam vaſtum, corpus vt id hi Spiritus quadam impulſus impreſsione mouere non poſsint. Angelos igitur quemadmodum conuenit eſſe harum Apparitionum Authores ita poſsibile eſt eſſe.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De finibus Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

Et primo, cur poſt glorioſam ad cœlos aſcenſionem hominibus aliquando voluerit apparere.

In

Ex parte ſua voluit.	*Ex parte hominum voluit,*
Vt fidem verbis ſuis faceret,	*Vt auocaret vel eriperet à malo,*
Vt curam ſuam erga nos teſtaretur,	*Vt vrgeret ad bonum,*
Vt daret argumenta ſuæ clementiæ,	*Vt confirmaret in bono,*
Vt doceret ſe iuſtum iudicem,	*Vt commendaret virtutis ſtudioſos,*
Vt commendaret ſtudium orationis.	*Vt honore eoſdem proſequeretur.*

ET cur apparere atque mortalibus ſe exhibere filius Dei voluerit:& cur heteroproſopos non antoproſopos, perſonaliter, voluerit apparere:& cur hac atq; illa forma,hoc atq; illo modo,quantũ ingenio atque ratione poſſũmus, vt doceatur,ratio finis,quẽ in his Apparitionibus inquirimus, poſtulat.Neq; enim quidquã horũ ſine cõſilio,diuinaq; prouidẽtia factũ eſſe fas eſt exiſtimare.Primũ hoc expediẽdũ. 1.

Illius verò rationes partim ex Chriſti voluntate,partim ex hominum conditione accipi poſſunt. Ibi quid Chriſtum facere fuerit cõueniens attẽditur:hic quid hominũ res atq; vtilitas poſtulauerit 2.

Norunt omnes,plurimas extare Apparitiones Dei in Veteri teſtamento, & quidem omnis generis,alias Viſibiles,alias vocales,alias Imaginarias & intellectuales:eaſdemq; omnis propemodũ conditionis hominibus factas eſſe quidni & in nouo Teſtamento filij Dei extarent Apparitiones?Neque enim ſi ibi probandæ,hic improbandæ.Neque ſi hic improbandæ,ibi probandæ. 3.

Et iuſtius à Chriſto exſpectari poſſe videbantur,poſtquam ad cœlos ille à nobis diſceſſit,videlicet,vt hoc ſuo ad nos aliquoties repetito reditu ſuis verbis fidẽ faceret:& adeſſe ipſum ſemper nobis quamuis eundem non ſemper videamus crederemus,qui antequã à nobis diſcederet,teſtatus eſſet,*ſe ad conſummationem ſeculi nobiſcum futurum*,Matth 28. 4.

Datur quoque hinc intelligi Chriſtum rerum noſtrarum curam cogitationemque non depoſuiſſe, quamuis etiam in gloria ſit Dei Patris.Quocirca & tunc ſæpius voluit adeſſe,quãdo vel ipſius præſentia videbatur magis neceſſaria:vel pluribus aut maioribus rationibus aliqui hac Chriſti benigna viſitatione videbantur digni. 5.

Sed & diuinæ clementiæ atqe benignitatis erga humanum genus plura dantur argumenta;quando poſt tot,quibus ſalutem noſtram operatur,collata beneficia,nouis quaſi ſtimulis, quos his Apparitionibus addit, vrget, ad Chriſtiani hominis officium magno conſtantique animo peragendum. 6.

7. Dedit præterea diuinæ ſuæ iuſtitiæ hæc ratione non parua iudicia; tum in primis, quando etiam hoc nomine apparuit, vt iuſta de reprobis ſupplicia ſumeret, oſtenditque in hac vita, quas in futura pœnas eſſet exacturus, quodque non ſem per peccata hominum diſſimulaturus. Quis hoc nō deprehendit in Apparitione Frederico, Eccleſiæ Magdeburgenſis canonico, facta? de qua Theſ. 15. ca 3. illa quoque quam habuit Pincerna, cuius meminit Baronius ad annū
8. Domini, 483. de qua Theſ. 13. eiuſdem cap. 5.

Potuit & orationis virtutē his Dominus commendari, quod ex ijs eſt clarū quę à Deo precibus ſunt obtentæ: vt fuit ſecunda S Euſtachio facta, qua, iā Chriſtianus factus, eo loco petijt ſibi Dominum apparere, in quo primum apparens eundem ad Chriſtianam religionem complectendam eſt adhortatus hanc enim cui melius, quam
9. piè Euſtachij orationi tribues?

Hominibus verò multis modis illæ videbantur vtiles. & nunc quidem illis ipſis, quibus fiebant: nunc non tā ijs, quam alijs, qui ab illis inſtituti formarique debebant Prius illud in pluribus locū, habuit Poſterius in puero de quo Theſ. 19. c. 3: qui iratum ob hominum vitia Dominum ſupra vires naturæ mundo annunciauit & præterea in S Vincentio, quem á Chriſto diximus admonitum; vt conſtans ſeduluſq; extremi Iudicij eſſet prędicator, Theſ. 20. cap. 3.

10. Vtrobique autem propoſitū fuit; vt vel à malo auocarentur homines, aut eriperentur: vel ad bonū vrgerentur: vel in eodem confirmarentur: vel commendarentur ad bonum iam præſtitum: vel Apparitionibus his, veluti præmijs quibuſdam honorarentur.

11. Malū, quod Dominus ipſis tollere voluit, triplex eſt primū culpę alterū pœnę, tertium periculū peccati. A primo & tertio auocat Dominus, ex ſecundo eripit Exempla horū ſuggerunt Apparitiones à nobis Cap. 3. & 4. & 5. allatæ & exempla varia, pro malorū quæ tollenda erant conditione varia.

12. Nam in primo illo auocandi fuerunt á malo vel infidelitatis vel malorum morum. Et hic ſeruiuit ſua Apparitione Dominus quando apparuit Euſtachio, Theſ 5. cap 5. & Ioſepho, Theſ. 3. ibidē: quando item apparens, Carpū Cretenſem damnauit inclementiæ. Theſ. 4. cap. 3. & Ciuē Hipponenſem reprehendit, quod iuſiurandum, illi detuliſſet quē ſciuit peieraturum. Theſ. 9. cap 3. Huc videtur pertinere Apparitio Chriſti in monte Oliueti facta anno 419. de qua Baronius Tom. 5. neque enim minus hæc potuit terrere homines atque à peccandi conſuetudine auocare, quā ipſius extremi Iudicij memoria; propterea, quod hæc Chriſtum Iudicem oculis obiecerit mortalium.

A pœ-

A pœnis, quas maximas ſuſtinebat, ſua Viſitatione atque præſen- 13.
tia eripuit Dominus Panteleemonem, Theſ. 6. c 3. Menam item, cui
& membra & priſtinas vires corporis reſtituit, Theſ. 8. c 3. vt alios
omittam complures.

Ad auertendum periculum peccandi, grauiſsimique erroris, pro 14.
fuit Apparitio facta Petro Alexandrino; qua admonitus eſt, ne in cō-
mendam acciperet Arium. Neque enim non potuiſſet non præ-
ſens periculum pluribus afferri, ſi pernitioſam illam animarum
peſtem vir Sanctus admiſiſſet. Vide Theſ. 5. cap. 2.

Vrgere ad bonum multiplex Dominus potuit, dum apparuit. 15.
Exempla verò, quæ dedimus, mentionem faciunt triplicis. 1. Chri-
ſtianæ inſtitutionis, quam D. Paulo impertiri Dominus Ananiæ
apparens præcepit Act 9. & Iudis, D. Thomæ. Theſ 2. ca. 3. 2. Chri-
ſtianæ religionis, quod propoſitum fuit in Apparitione facta Po-
lyeucto militi, Theſ. 2. cap. 5. atque Euſtachio Theſ. 5. c. 3. 3. Marty-
rij, ad quod S Petrum, dum eidem apparuit viſus eſt Dominus in-
duxiſſe. Theſ 3. cap 3.

Sic potuit in multiplici bono confirmare. Confirmauit autem 16.
in ſtudio hoſpitalitatis ſua ſub mendici ſpecie Apparitione B. Gre
gorium in officijs humilitatis S. Martyrium, apparens in ſpecie le-
proſi, Theſ. 17. c. 3. in patientia S. Barbaram, Theſ 6. c 4. atque Proco
pium Theſ. 6. c. 3. in fortitudine & conſtantia ad libro Domini
nomen prædicandum S Paulum. Act. 13. 17.

Ob præſtitum bonum dignus commendatione erat S. Marti-
nus. Et commendatus eſt, non parum, quando quam partem cla-
mydis dedit pauperi, datam eſſe Domino intellexit, reuelatione &
Apparitione Chriſti ſibi diuinitus facta, vbi eundem loquentem
vidit., & audiuit: *Martinus Catechumenus hac me veſte contexit.* 18.

Sanctioribus verò hominibus, atque in ſtudio virtutum ſed in
primis in rerum diuinarum contemplatione exercitatis, hæ Appa-
ritiones ſolatij & cuiuſdam præmij; quaſi loco conceſſæ videntur:
vt ſcilicet, coram aliquando intuerentur, quem animo cogitatio-
nemque ſemper verſarent; cuiuſque fruendi deſiderio flagrarent.
Hoc fine Dominum veri ſimile eſt apparuiſſe S. Kiliano, quando
eundem ex hac infelici ad felicem illam in cœlis vitam euocauit, S.
item Imperatori Henrico, cuius inſignis virtus, cum rarò caſtita-
tis exemplo, commendatur: denique S Franciſco S. Bernardo Tra-
ſillæ, Magdalenæ, Brigidæ, Eliſabethæ, Coletæ, Libuinæ, &c. 19.

Ex dictis facilè colligitur, quorum vitiorum fuga, & quarum
virtutum exercitia Chriſtianis hominibus commendata eſſe debe-

ant: Illorum ſcilicet; pro quibus tam inuſitatis machinis vſus eſt Chriſtus Dominus, qualia in genere vitiorum ſunt infidelitas, immiſericordia periurium, in genere bonorum, ſtudium promouendi ſalutem proximi, officia Chriſtianæ erga proximum indigentem charitatis, aſsidua contemplatio, oratio, rerum humanarum contemptus &c.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM

Cur non autoproſopos, perſonaliter: ſed hæteroproſopos Chriſtus voluerit apparere.

Voluit libere non ex neceſſitate.
Alioquin potuit per ſe ſemper adeſſe.
Vt per ſe adeſſet non cõueniebat maximè, quod vires naturæ hoc ſuperaret.

1. QVare Chriſtus aliquando apparuerit demonſtratum eſt, demonſtrandum nunc, quare non autoproſopos, ſed hæteroproſopos, non in propria perſona, ſed aliena apparuerit. Nam vt illud non ſine magno conſilio, iuſtiſsimiſque ex cauſis factum eſt, ita neque hoc: quamuis illæ hic difficilius, quam ibi aſsignentur.

2. Ex impotentia porrò Chriſti id accidiſſe, nequaquam eſt credẽdum, quaſi autoproſopos in propria perſona apparere ne quiuerit. Idem ipſe qui in cœlis eſt nobis in terra potuit & poteſt adeſſe: atque omnia, quæcunque per cœleſtes Spiritus ſuo nomine ſunt perfecta, exequi & præſtare. An quod per alios potuit, per ſe non potuit Dominus vniuerſorum.

3. Quid quod autoproſopos apparuerit aliquando, poſtquam ſemel cęlos aſcendit? Et ſi ſæpius id, átque cum pluribus, accidiſſe certò aſtruere nõ poſſumus. acidiſſe tamen quando à B. Paulo in via qua Damaſcum petebat, dicitur eſſe viſus ab Anania, non ſine magnis rationibus docti viri aſfirmant. Vide ſuperius cap. 8.

4. Ex voluntate igitur Chriſti eſt, quod hęteroproſopos rebus viuentium adſit, non ex neceſsitate: & ſicut apparet idcirco maximè quia vult; ita hæteroproſopos, non autoproſopos apparet, quia vult.

5. Voluntatis huius cauſæ multæ eſſe poſſunt: & quas ipſe melius, quam aliquis mortalium aſsignauerit. Id nos non malè dicere poſſe videmur, conueniens fuiſſe ipſum rebus humanis hæteroproſopos

ſopos intereſſe, propterea, quod non docuerit vt aut cœlum ſæpius desereret: aut vno eodemq; tempore, duobus pluribuſque locis inueniretur.

Et horum alterum omninò oportebat fieri in ijs Apparitionibus autoproſopicis. Neceſſe erat ſi nobis in terris vellet adeſſe, cœlum desereret: aut ſi cœlum deſerere non voluit, ſimul ſedem ſuam in cælo occupare, & ſimul hîc in terra nobiſcum conuerſari. 6.

Vtrum verò erat conueniens? Prius dubito an facilè & frequenter admiſerit. D. Paulus, qui vult cogitationes noſtras ſemper *in cœlis eſſe, vbi Chriſtus eſt ad dextram patris; quæ ſurſum ſunt ſapere. quæ ſurſum ſunt quærere.* Quid verò, an rectè quæ furſum ſunt quærimus, cogitationeſque noſtras ad Chriſtum in cœlos dirigimus, ſi aliquando in cœlis eſt Chriſtus? 7.

Vt porrò in pluribus locis conſtituatur Chriſtus, fieri quidem poteſt, ſed vt ſæpius atque identidem fiat, dubium, vtrum expediat Magna hic vis naturæ infertur, res hęc vires ipſius ſuperat ſine miraculo, omnipotentiſque Dei virtute non peragitur quid verò neceſſe eſt, vt quoties aut viſus, aut auditus Chriſtus legitur, hæc cõcedamus? quando, vt diximus, miniſterio Angelorum omnia hæc commodiſsimè conuenientiſsimèque poſſunt fieri? 8.

Itaque quemadmodum in veteri Teſtamento Deus Optimus Maximus, non per ſe in propria perſona, autoproſopos apparuit; ita conueniebat, vt non autoproſopos hominib⁹ adeſſet Chriſtus, quando apparebat in Nouo Teſtamento. vt hic locum habere poſsit quod de Dijs ad Nabuchodonoſorem dicebant Magi, Dan. 2. *quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.* 9.

Etiam Reges atque Imperatores habent, vt ſuam præſentiam ſubtrahant; & non per ſe omnia exſequantur & præſtent, habent, ſuos officiales atque miniſtros; qui officia ſubeant, miniſteria expediant perſonam ſuſtineant; quorum tamẽ dicta facta ipſis regibus tribuuntur, & in quibus Reges ipſi honorantur. 10.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Cur non ſub vna aliqua, ſed alia atque alia forma Chriſtus voluerit apparere.

Triplices formæ dici poſſunt ſub quibus Chriſtus apparuit,
In quibuſdam Chriſti notitia fuit propoſita:
In alijs rei, vel perſonæ commendatio:
In tertijs Myſterij ſignificatio.
Secundarij fines alij atque alij fuerunt.

1 RESTAT formarum ſub quibus apparuit,& viſus eſt, fines atque rationes demus. In his igitur propoſitæ fuiſſe videntur. vel Chriſti notitia: vel alicuius ſeria commendatio vel miſterij alicuius ſignificatio.

2\. Chriſti notitia in ijs propoſitam credi poteſt,quæ Chriſtum repræſentarunt,eo modo,quo aliquãdo viſus eſt in terris,cum mortalibus cõmorans,aut videndus creditur in fine ſeculorum.qui modus,quia non vnus fuit,ſed varius,hinc eſt, quod nunc hanc,nunc illam formam retulerit:& nunc infantis,nunc viri,nunc crucifiixi nunc Iudicis.

3\. Alios nihilominus præter dictum in his ipſis formis, quaſi ſecundarios;fines habuiſſe non ſine ratione creditur, qui vel ex ætatis conditione,qua apparuit, vel modi,quo apparuit, vel comitatus qui eidem affuit; vel maieſtatis, quam præ ſe tulit.accipiuntur Cur enim Bernardo potius ſub ſpecie infantis,qua viri apparuit;& Euſtachio potius ſub ſpecie crucifixi,quam infantis?Ciui Hipponenſi ſub forma Iudicis?Et nunc cum ſplendido comitatu? nunc lumine coruſcans?Quemadmodum hæc facta ſunt;ita non ſine ratione facta ſunt.

4\. Ergò qui in dictis formis omnibus, ſe prodere voluit, & ſuam præſentiam teſtari, ille varietate hac formarum;alia atque alia voluit indicata eſſe. Fortè ſtudiũ meditationis infantilis ætatis Chriſti, eiuſdemque humilitatis voluit commendare ſub infantis imagine S. Bernardo: amorem erga genus humanum eiuſdemque ſalutis Euſtachio ſub imagine Crucifixi: quod hominum vindicaturus peccata,ſub ſpecie Iudicis Ciui Hipponenſi:& gloriam, qua in cœlis fruitur: confirmare comitatu Angelorum atque Sanctorum,& quo ſæpius viſus eſt corruſcare,lumine.

5\. Duo verò alij quibuſdam formis, quæ ipſum non prodebant, commendare voluit: nunc virtutum quarundam ſtudium: nunc perſonas. Virtutis ſtudio illuſtres. virtutũ quidem ſtudium, ſub forma mendici atque leproſi:.quomodo apparuit S. Gregorio atq; Martyrio:Perſonas verò; quando nunc Hermolaum finxit in Ap-

pa-

paritione facta Menæ, nunc fœlicem, apud Valgium. Sed & perſonarum commendatio tunc quoque propoſita fuit, quando Henrico Imperatori viſus eſt Romæ cum pluribus Sanctis de quo The 36. c. 3. & Frederico Canonico Magdeburg. cum alijs, de quo Theſ. 15. eodem cap.

Myſterij rationem habuiſſe videtur Dominus in illis Apparitionibus, qua viſus dicitur ſub forma virginis, agni, arietis ſtellati. 6.
Neq; enim harum formarum aliam facilè dixeris rationem, quam illarum, quæ variæ Sanctiſsimo Ioanni in Apocalypſi ſunt exhibitæ de qua B. Hieronymus, quot tot contineat myſteria, quot verba. Sed & myſterij rationem habuit, Dominus, quando Petro Alexandrino lacera veſte apparuit, docuitque ab Ario veſtem ſuam, ideſt Eccleſiam ſcindi atque diſſolui. Hæc de finibus Apparitionum Imperſonalium.

TERTIA PARS

DE ACTIONIBVS CHISTI QVAE IN Imperſonalibus eiuſdem Apparitionibus obſeruatæ fuerunt.

CAuſas Apparitionum Imperſonalium Chriſti, filij Dei explicauimus: cauſis Inquam, quibus & fiunt; & ſunt, & propter quas fiunt. Nunc quoniam apparens Chriſtus non otioſus fuit, ſed quædam operari & agere viſus eſt, non abs re fuerit, ſi actiones has ſcrutemur quod facimus.

CAPVT VIGESIMVM.

De Multiplicibus Actionibus, quæ in apparente Chriſto ſunt obſeruatæ.

Nam

Alia interna alia exteria, & In vtroque genere ſpecies varia

Exempla ſingulorum ſuggerunt Apparitiones allata alias,

1\. ACtiones Chriſti, hoc loco, omnē motū vocamus, qui in Apparitione Chriſti obſeruatus eſt ſiue in Chriſto ille hæſerit, & in rem externam non tranſierit: ſiue à Chriſto in rem externam tranſierit. Illum fortaſsis quis dixerit *Actionem Internam*, hunc *Externam*, & illius ſubiectum conſtituet Chriſtum, huius aliud aliquid à Chriſto.

2\. Ad prius genus referri poſſunt exercitia ſenſuum exteriorum operationes item intellectus atq; voluntatis, quas argumenta quædam externa, atque imprimis oratio, mentis index, produ͂t. Ad poſterius motus, atque omnes, quæ ſine externo motu non ſunt, functiones.

3\. Inueniri dictas Actiones in Chriſti à nobis, ſuperius allatis, Apparitionibus dubium non eſt. Sed tamen demonſtrandum per ſingulas. Ergò non dubitabatur audire Dominus, quando reſponſa ad interrogata dedit, vt dedit Petro interrogāti quo tēderet, Theſ.

3\. C.

3.c.3 B. Antonio quærenti, vbi fuiſſet ipſe, ſe varijs Dæmonũ moleſtijs agitato, Theſ 2. cap. 6 S. Claræ poſtulanti ne famulas ſuas deſereret. Theſ. 4. His ſi non omnibus, aliquibus, alijs autem quã plurimis doceri & poteſt ipſum vidiſſe. Pro tactu vero eſt Apparitio exhibita in naui Catechumeno Valgio Theſ. 4. c. 5 pro guſtu cœnatio facta apud B. Gregorium Theſ 11. c. 3. Locutionem quæ linguæ officium poſtulat in his coniungo.

3. Operationes internas intellectus atque voluntatis produnt ab ore Chriſti profectæ orationes & voces quæ in dictis Apparitionibus inueniuntur permultæ. Neque enim hæ propriè conueniunt, niſi ratione vtentibus; cum mentis atque rationis index, ſit ſermo. Sed & per Chriſti orationem propoſita, tam certa ſunt horum argumenta, vt certiora dari nequeant. Et quæ illa hortari ad bonum, arguere ob mala: teſtari futura atq; præſentia euocare ad cœleſtia gaudia: promittere ſecuritatem: cõſolari in aduerſis prædicare virtutũ ſtudia: voluntatem hominum inquirere: cum mandatis aliquò mittere: nomen mutare & cruciatus toleratos recenſere, &c.

4. Motus etiam varij ſunt obſeruati. Viſus eſt Dominus Petro iter quaſi Romam faciens, & B Thomæ in India quaſi feſtinans mercator. Sic in naui quæ Valgium ſaluauit, de quo Theſ. 4. c. 5. non vnum ſemper eundemque, ſed nunc hunc occupat, nunc alium locum. Sic ad ſe quaſi ex cœlo deſcendentem, obſeruauit eundem Traſilla, de qua B Gregorius, 4. Dialogorum cap. 16. & nos Theſ. 3 cap. 4.

5. Cum motu, aut non ſine motu fuerunt plures eius Actiones. Referimus aliquas. Vna eſt, qua viſus eſt ſibi Polyeuctus (c. 5. Theſ. 2) videre Chriſtum ſe ſordida exuentem, & ſpecioſa veſte induentem. Altera, qua membra integritatemque corpori reſtituit Menæ Martyri, de quo Theſ. 8 c. 3. Tertia, qua viſus capere cibũ cũ alijs, quos ſuæ menſæ adhibuit B. Gregorius. cap. 3. Theſ. 11. Quarta qua Miſſæ officium indicatus eſt offerre. Theſ. 17. c. 3. Quinta, qua vulnera ſua impreſſit ſanctiſsimæ Virgini Libuinæ, Theſi, 10. cap. 4.

6. His (quãuis propriè Chriſti actionẽ non dixeris) addidero ſuauẽ odorẽ, quem ſpirauit aliquando, hominibus apparens. Teſtatur ſiquidem B. Paulinus Epiſtola 34 ad Macarium, teſtatum eſſe cum lachrimis Valgium, cuius Apparitionem pluribus idem Paulinus deſcribit odorem gratiſsimũ à Chriſti capite allatũ eſſe puluinari, in quod ipſe illud reclinarat, & à puluinari deinde in proxima loca, diffuſum. Hæ ferè Actiones atque operationes apparẽtis Chriſti.

7. Plura de his, ſed potiſsimum tria, aut quatuor poſſunt inquiri. Primum, quod quidem ad ipſarum ſubſtantiam pertinet, eſt, quæ

quales viſæ. Alterum, quis ipſarum ſit author & Fabricator. Tertium, rectenè omnes Chriſto conueniant, tribuine poſsint Quartum, (quod orationi proprium eſt) an ipſi ſemper fides tribui debuit ab auditoribus.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quæ conditio Actionum Christi in Apparitionibus Imperſonalibus.

Actiones quæ viuens requirunt, à quo ſint, & in quo ſint, partim verè tales fuerunt Quales iudicatæ fuerunt, partim nequaquam,	*Actiones, quæ viuens requirunt, à quo ſint, non autem in quo ſint, ſecundum genus tales fuerunt quales iudicatæ:*
Actiones, quæ nec viuens requirunt, à quo ſint, nec in quo ſint, verè tales eſſe potuerunt, quales indicatæ ſunt.	*Secundum ſpeciales verò rationes nō item,* *Propriè non dicitur Chriſtus ſe in his Apparitionibus mouere.*

1. DVm conditionem Actionum Chriſti in Imperſonalibus Apparitionibus inueſtigamus, Vtrum verè tales ſint, quales iudicantur, inquirimus: ideoq; propoſitum eſt, vt iudicetur, An vera ibi fuerit viſio vera auditio, verus tactus, veræ item operationes intellectus & voluntatis in immanētibus actionibus: & vera vox atque locutio, quæ illarum eſt iudex: veri item motus, & quidquid tandem cum motu coniunctum eſt.

2. Conditionem hanc in Apparitionibus inquirere non oportet quia nec Chriſtus in omnibus viſus eſt videre, audire loqui, intelligere, moueri & mouere ſe. In Viſibili, vel omnes, vel plurimæ obſeruantur, ad quas ob id nobis conijciendi oculi, & ex illis de alijs iudicium accipi debet.

3. Definitio verò ex Actionum natura & ratione petenda eſt Quarundam illarum ea eſt ratio, vt à viuente fieri debeant, & in viuente etiam exiſtere, aliarum, vt quidem à viuente illas effici ſit neceſſe non tamen neceſſe, ſint in viuente, ſunt tertiæ quædam, quas nec fieri à viuente eſt neceſſe, nec in viuente exiſtere. Ad primum genus refero actiones ſenſuum, atque intellectus & voluntatis: ad alterum motus, quorum præcedenti Capite meminimus: ad tertium ſpirationem ſuauis odoris.

Et

Et quia primæ illæ pendent à viuente in fieri & eſſe, idcirco, ſi a- 4.
licubi illæ obſeruantur, vbi viuens non ſit, veritas illarum proprie-
taſque non ſubſiſtet. Tertiarum veritas plenè conſiſtit, quamuis
nec à viuente proficiſcantur, nec ſit in viuente. Secundæ, quia par-
tim viuentis opera indigent, partim non indigent, hinc eſt, vt eo
rum veritas ſecundum aliquid poſtulet viuens, ſecundum aliquid
illud non requirat.

Hinc iam facilè concluditur, quid de cōditione actionum Chri 5.
ſti ſit dicendum. Etenim primæ illæ, quia & principium viuens, à
quo ſint, requirunt, & ſubiectum viuens, vt in illo ſint ſi alterum
horum deſideretur, veritas ipſarum non ſubſiſtet, nec tales, quales
videntur, rectè dici poterunt.

Alia ergò ex his verè tales ſunt, quales iudicantur: aliæ nequa 6.
quam, ſed veras ſimilitudine quadam referent. Veræ erunt intelle
ctus & voluntatis: non veræ, ſed veris ſimiles, ſenſuum exteriorum
Nam exercitia intellectus atque voluntatis (quæ in Chriſti Appari-
tionibus oratio prodit) & à viuentibus potentijs proficiſcuntur,
& in iiſdem ſubſiſtunt: exercitia ſenſuum exteriorum neutrum
habent.

Ratio huius pendet ex eo, quod illæ plenè perfectèque eſſe poſ 7.
ſint ſine corporis viuentis miniſterio: hæ neceſſario illud requirāt.
Quocirca cum viuum corpus non ſit, quod in his Apparitionibus
circumfertur, quamuis videantur, non tamen verè ſunt Actiones
ſenſuum, quæ ſenſuum propriè eſſe videntur Actiones.

Vera igitur non eſt viſio, qua Chriſtus videri exiſtimatur dum 8.
apparet: nec vera auditio: nec verus tactus: quia à verè viuo corpo
re illæ non ſunt, nec viui corporis ſubſidio aut perfectæ, aut ſubſi-
ſtentes.

At intellectio aut volitio, ſi quæ in Apparente corpore exercetur 9.
quia & verè viuum habet principium à quo eſt, & in eodem iā pro-
ducta reſidet, vera eſt diciturque & intellectio, & volitio.

Nec obſtat, quod vtraque in corpore fiat, non viuo. Quamuis in 10.
corpore fiat, corporis tamen ſubſidio aut miniſterio neutra indiget
neutra iuuatur, nec quidem tantum, quantum noſter intellectus in
ſua operatione à corpore, quod neceſſe eſt illi ſua ſubminiſtret
phantaſmata. Non indiget vllis phantaſmatibus mens, quæ in appa-
rente corpore intelligit: nec corpus, in quo intelligens reſidet vlla
phantaſmata ſubminiſtrat.

His iam dictis primi generis Apparitionibus opponuntur illæ 11.
tertiæ, quæ neutro modo viuens requirunt, aut à quo ſint, aut vt

Rr ſubſi-

ſubſiſtant atque idcircò nec ſenſuū ſunt externorū, nec intellectus aut voluntatis; itaque verè illæ tales eſſe poſſunt, quales iudicantur & æſtimantur, atque idcircò verè propriéq; dici poteſt corpus Chriſti odorem ſuauem ſpirare, eundemque alteri corpori communicare.

11. Mediæ Actiones, quæ vel motus ſunt, vel cum motu coniunctæ, quodam modo propriè Chriſto & tribuuntur & conueniunt, quodam modo non ita. Tribuuntur ſub ratione generali, quatenus nō neceſſariò principium viuens, includunt: Non tribuuntur ſecundum rationes proprias, quibus illud includunt. Itaque propriè nō dixeris Chriſtum ambulare, progredi, loqui: propriè tamen dixeris moueri, atque alia corpora mouere.

12. Mouere tamen ſe non dixeris propriè, propterea, quod viuentium illud ſit, quæ ſui in ſe motus principium habent & actiuum & coniunctiuum, quale hic non habet Chriſti quod apparet, corpus. Principium motus ſui, quod habet, ſeparatum eſt, non coniunctum quemadmodum v.g cœlum habet aſsiſtentem, non coniunctam intelligentiam, quocirca nec ipſum dicitur ſe mouere, ſed moueri ab aſsiſtente ſibi Intelligentia.

Verum quamuis corpus hoc ſe non moueat, ſed moueatur; qui

13. tamē in corpore latet ſpiritus, verè & corpus mouet, & per corpus ſuum, corpora externa. Corpus mouit v. g. dum Petro viſus eſt, ambulans Dominus: alia, per hoc ſuum corpora, quando v. g. clauum rexit in naui Theſi 4. cap. 5.

Et dum corpus ſuum mouet, ille mouentis, corpus mobilis tan-

14. tum ſubit conditionem: dum per ſuum alia, ille quidem mouentis officium retinet, ſed ſuum corpus inſtrumenti potius, quam mobilis; propterea, quod hoc vt inſtrumento artifex, in alijs quibus motum affert, vtatur.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De cauſa Efficiente actionum Chriſti in Apparitionibus Imperſoalibus: quomodoque eædem à ſuo auctore proficiſcantur.

Efficiens earundem eſt Angelus, qui Chriſti hic perſonam ſuſtinet Duobus modis verò ab ipſo proficiſcū tur, nunc mediata, nunc immediata actione.

Dum

DVm Auctorem Actionum atq; Operationum Chriſti in his Imperſonalibus ipſius Apparitionibus inquirimus ſimul quomodo eædem à ſuo auctore perficiantur, aperiemus. In priori illo nulla, vel parua, eſt difficultas, ſi quæ ſuperius cap. 16. diximus, ſint vera. Eundem dicimus eſſe operationum ſiue actionum Chriſti cauſam efficientem atq; authorem, quem ſuperius diximus efficientem ipſarum Apparitionum, ſiue rerum, quæ vel ad corpus ſingendum vel ad formam in ipſum introducendum pertinent: Angelum ſcilicet qui Chriſti in his Apparitionibus agit vices. 1.

Conuenienter hoc dicitur. Neque enim neceſſe eſt alium conſtituamus auctorem actionum atque operationum alium ipſius, vt ita dicam quæ apparet, ſubſtantiæ præſertim quando qui ſubſtantiæ eſt auctor, nõ minores vires habet ad operationes perficiendas, quam ad ipſam ſubſtantiam conſtituendã ſunt neceſſariæ: nec minus conueniat ab illo perfici operationes qui ſubſtãtiæ auctor eſt & artifex. 2.

Præterea operationes oportet á ſpiritu corpus in quo Chriſtus apparuit inhabitante proficiſci: at ab hoc corpore Chriſtum excluſimus, ſuam ipſi in cęlo ſedẽ dedimus: á quo igitur alio, quam Angelo producentur? 3.

Varia fuerunt officia atque exercitia, quæ Deo olim in Vet. Teſt apperẽti tribuuntur: & dubito, vtrum pauciora, quã in Chriſti Apparitionibus ſint obſeruata: & tamen omnia hæc Angelorum miniſterio peracta ſunt, quidni & hæc Angelis relinquimus, 4.

De vna forſitan actione difficultas eſt, quæ Angelorum videtur ſuperare vires, illa, videlicet qua Menæ Martyri & membra legitur reſtituiſſe & lacero corpori ſuã integritatẽ reddidiſſe de quo Theſ. 8 c. 3. Sed nec hîc Angelorũ operã excludimus. Quãuis in hac plus Deo, & minus Angelis, quã in alijs actionibus tribuere neceſſe ſit. In alijs Angeli ſuſtinuerũt officiũ cauſę principalis, hac Deus Agẽs principale, Angeli quaſi ſecũdarij Agentis & cauſæ inſtrumentales. 5.

Duobus verò modis Actiones ſiue Operationes ab Angelis, in Apparitionibus producuntur: mediatè atque immediatè. Hic ipſorum ſola & propria virtus cernitur: ibi ipſorum cum cauſis alijs naturalibus Vbi cauſarum naturalium ſubſidio vtuntur nunc actiua paſsiuis coniungunt, quæ deinde quas ipſi volunt effectus producunt: nunc vnis corporibus contenti ſunt, quorum ea conditio, vt ſola, quæ ipſi cupiunt, poſsint præſtare. Vbi ſola ſua virtute agunt, ſi quandoque cauſas ſecundas admittunt certè admittere 6.

non habent opus cum ſolus, hic qua plurimum poſſunt, ipſis ſeruiat motus localis.

7. Immediata porrò actione agunt pleraque in his Apparitionibus maximè externis, quia motu locali in ipſis perficiuntur pleraque. Clarum eſt hoc in duobus Actionum generibus, quæ ſunt frequentiores, actionibus; inquam, ſenſuum exteriorum atque ijs, quos in motu poſuimus. De his quis dubitat? in prioribus res certa, quia ſenſuum actiones ſine motu locali non perficiuntur, imò vix hic aliud quam motus localis.

8. Mediata actione agunt rarius. Neque enim opus. In ſpiratione illa, qua ſuauem odorem Domini corpus ſpiraſſe dicitur, illa locum habuiſſe videtur Hic enim non immediatum, ſed mediatum Angeli opus eſſe potuit: & vel Actiuorum paſsiuorumque coniunctione, vel vno aliquo ſubminiſtrato, per motum localem, corpore, cui odor ille ab auctore naturæ communicatus fuit, excitatus.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Rectè omnes conueniant Chriſtoque tribui debeant Actiones, quæ in Imperſonalibus Apparitionibus ſunt obſeruatæ.

Rectè omnes omnino tribuuntur.	*Etiam illa, quæ viſus eſt celebrare.*
Vt inductione oſtenditur.	*Vt docetur varijs modis.*

1. Ex duplici cauſa dubium eſſe poteſt, vtrum benè conuenienterque Chriſto tribuantur Actiones, quæ in Apparitionibus ipſius Imperſonalibus obſeruatæ fuerunt. Altera eſt, quod authores illæ habeant Angelos, vt diximus, ideoq; potius Angelis, quam Chriſto ſint tribuendæ. Altera, quod quædam ipſarum videantur minimè Chriſtum decere.

2. Sed non idcircò à Chriſto ſunt remouendæ, quod illi earundem in propria perſona author non ſit. Neque enim ipſi idcircò tribuũtur; quod ab ipſo ſint profectæ, ſed quod ipſius nomine ſint peractæ, atque ab eo qui eius hic vices perſonamque geſſit.

3. Nouum verò & inſolens nõ eſt, vt quæ noſtro nomine alij adminiſtrant & agunt, nos adminiſtrare & agere dicamur. Dei in Veteri Teſtamento, omnes propemodum Apparitiones habuerunt ad mi-

miniſtros Angelos: quia tamen Dei perſonam illi, & non propriam ibidem ſuſtinuerunt, à Deo, quæ in ijs facta leguntur, facta, & perfecta eſſe non malè dicitur. Sed de hac plura libris de diuinis, Vet. Teſt. Apparit.

Altera cauſa in quibuſdam, non omnibus actionibus locum habet. quaſdam benè conuenienterque Chriſto tribui nemo dubitat. Quis ſenſuum functiones negarit ipſi conuenire? Olim nobiſcum 4.
agens, vt nos, ſenſuum habuit exercitia: iam in cœlis agens eadem ipſi non deſunt, & neſcio quem horrorem mortalibus potuiſſet incutere, ſi ſub humana forma, abſque vllo ſenſuum officio appa-ruiſſet.

Sic non inconueniēter ipſi tribuitur ſermo atque oratio, & qua 5.
rum hæc nuncij ſunt, operationes intellectus atque voluntatis. Nā & iam hæ ab ipſo ſunt alienæ: & olim fuerunt vſitatæ: & ſi aliquas, has, præ cæteris, conueniebat demonſtrare, ne ſine ratione atque cōſilio rebus viuentium iudicaretur intereſſe.

Sunt aliæ, in quibus exercitatus fuit quandoque, mortalem ad- 6.
huc vitam agens, quæ iam in cœlis exiſtenti non videntur conuenire: quales ſunt, voluntates hominum inquirere, teſtari futura & præſentia, mutare nomina, &c has quamuis non tribueris, quod iā ipſas in cœlo exerceat, non tamen facilè damnaueris, quod à præteritæ vitæ conditione, quam aliquando habuit non ſint alienæ.

Quædam in Apparitionibus relatæ ſunt, quas nec præterita olim 7.
vita admiſit, nec præſens, quam in cœlis agit, poteſt admittere: in quarum genere, vt alias taceam, eſt, quod altaris ſacrificium viſus eſt peragere Henrico Imp quis enim hanc modò tribuerit Chriſto regnanti in cœlis, quis in terra obſeruauit, eo præſertim modo, quo Imperator, obſeruauit? Hæccine, forſitan, an indigna, aut non conueniens Chriſto?

Sed nec à Chriſto apparente hanc alienam eſſe credi debet. Non 8.
neceſſe eſt, vt quaſcunque apparens Chriſtus operationes exercet, exercuerit aliquando, vel etiam iam in cœlo, & vita altera exerceat, quemadmodum nec neceſſe eſt, vt non aliam formam, iam apparens Chriſtus referat, quam vel iam habet in cœlo, vel aliquando habuit in terra.

Et in Apparitionibus Imaginarijs atque intellectualibus id fre- 9.
quentius vſu venire norunt omnes. Quid verò ſi hanc Imperatori Henrico factam, inter Imaginarias referamus? Certè referendam non tempus ſolum quo accidit, verum etiam multa, quæ cum eadē coniuncta ſunt, perſuadent.

10. Obſtat forſitan aſſertioni, quod in eadem Imperator, claudus factus dicitur, quando ſpiritum in neruo tetegit Angelus, quod ſola imaginationis vi fieri non potuit. At potuit Apparitio fuiſſe imaginaria, & realis tactus Angeli; quemadmodum (vt ſimile exemplum demus) viſus eſt ſibi, per imaginationem videre B. virginem ſe reprehendentem impius quidam hoſpes, teſte Nicephoro, lib. 8 c. 33. qui tamen pedes amiſit, poſtquam vimine eius genua circum circa velut exarans, virgo circumſcripſit.

11. Quid quod Imaginationis etiam illa ſit vis, vt mira in imaginantis corpore operetur? Experientia id clarum eſt, quia poteſt in corpus ſuum omnia, quæ naturalem coordinationem habent cũ imaginatione, vt ſunt motus localis in dormientibus, alterationis, per frigus & calorem, & quæcunque tandem hanc conſequuntur. Pro hac re non leuia exempla referunt Plinius, lib. 7. Naturalis hiſtoriæ, & Galenus, lib. ad Piſonem.

12. Sed tamen, nec ſi oculis corporalibus per Viſibilem externamque Apparitionem Dominus Imperatori ſacrificium peragere viſus eſſet, actio illa, tanquam ipſi minus conueniens reijcienda eſſet. Dicemus Chriſtum viſum eſſe celebraſſe ſacrificiumque peragere, non ſacrificaſſe: quemadmodum viſus eſt videre, audire, loqui, qui tamen verè non vidit non audiuit non locutus eſt. idque idcircò eſſe à Domino factum, vt quam ipſe olim inſtituiſſet myſticam actionem, commendaret, & ad eandem piè religioſeque celebrandum Imperatoris egregium ſtudium magis inflammaret, &c.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

An orationi & ſermoni Chriſti, quem in hiſce apparitionibus habuit fides ſemper fuit accommodanda.

Omnino fuit, ſiue à Chriſto is eſſet, ſiue ab Angelo Chriſti perſonã agẽti	*Nec probant contrarium, quæ pro cõtrario adferuntur rationes variæ.*

1. Quartum hoc eorum eſt, quod de Actionibus Chriſti fuit propoſitum: & in illis, quæ per officium linguæ, mẽtis ſunt argumenta, locum habet. Ad omnes verò orationes non pertinet, ſed affirmatiuas tantum, & negatiuas, & in quibus veritas eſſe poteſt aut falſitas, quales ſunt, quæ per verba Indicatiui modi efferuntur.

2. Et quamuis, qui vel Chriſti apparẽtis, vel Angelorũ, qui Chriſti

hic

hic perſonam agunt, tantum habuerit rationē, facilè ſe expediuerit qui tamen quaſdam orationes, quæ in Apparitionibus occurrunt, diligentius attenderit, dubitabit forſitan, an fides ijs accōmodāda.

3. Etenim de Chriſto nulli dubium eſſe poteſt, quin falli non poſſit, nec errare. vt qui Patris eſt ſapientia, veritas diuina, in quo omnes theſauri ſunt ſapiētiæ & ſcientiæ Dei. Et vt falli non poteſt & errare, ita nec poteſt fallere, atque in errorem inducere Bonitas infinita, quam eandem habet cum cœleſti Patre, hoc non permittit. Quocirca omnis quę ab ipſo oratio proficiſcitur, & veriſsima eſt, & plenam fidem meretur.

4. Nec hic dubium de Angelis. Quamuis enim, ſi naturæ ipſorum tantum rationem habeas, poſsint fallere, & in errorem inducere, confirmati tamen iam in gratia nequaquam volunt, aut poſſunt. Et vt etiam poſſent & vellent, in his Apparitionibus, vbi Chriſti perſonam ſuſtinent, verendum eſt nihil, quod in Chriſtum redundaret, ſi alicuius erroris hic cauſa ipſi exiſterent.

5. Interim vt diximus, Orationes quædam in Chriſti Apparitionibus, difficultatem habent: imprimis illa D. Petro facta, qua interrogatus, quo iret reſpondit ſe Romā pergere ad Crucem. quid enim? Rurſum crucifigendus Dominus? Et, Petrus debuitne Domino aſſerenti credere? an fidem negare? Si credere debuit contrarius eſt B. Paulo, *qui amplius negat moriturum Dominum*, Ad Rom. 6. Si fidem negat, iniuriam facit Chriſto.

6. Difficultatem etiam habet illa ad Euſtachium facta (de qua Theſ. 5. cap 5.) qua in Crucifixi imagine apparens inter cornua cerui, dixit ſe Chriſtum eſſe, qui hominum cauſa eorundem ſalutem operaturus, de cœlo deſcenderit. An forte quæ inter cornua cerui cernebatur, crucifixi ſpecies, Chriſtus erat? illa de cœlo deſcenderat? hominum erat operaturus ſalutem? Nihil hic Chriſti erat Totus in cœlo erat Chriſtus.

7. Præterea, tertia eſt, quæ etiam non caret difficultate, hæc ad B. Martyrium facta, ipſi dictum à Domino, quod ſe non erubuerit ſuper terram, quando ille leproſi miſertus, eundem in humeros ſuſcepit, atque in proximum hoſpitium deferre voluit. Neque enim Chriſtum, ſed leproſum ſe portare credidit Martyrius: & qui portabatur leproſus, verè Chriſtus non fuit, quomodo igitur non erubuit Chriſtum Martyrius?

8. Sed tamen ſicuti propter Chriſti apparētis, & Angelorum. Chriſti perſonā gerentiū authoritatē, fidem eius meretur oratio, quę ad mortales facta eſt, ita propter iā allatas orationes, illiſq; ſimiles eadē

infringi non debet. Nulla dictarum eſt, quæ falſum contineat: nulla eſt, cui non fidem adhibere debuerunt & potuerunt illi, ad quos eçdem fierent.

9. Ex mente loquentis oratio cenſenda eſt, quæ in illa ad B Petrum facta non erat, quod Dominus Romam tenderet crucifigendus ſed vt Petrus ſe ad crucem ſubeūdam ſciret admoneri & vocari. In quo non malè Dominus crucifigi dicitur, quia ſe perſecutionem pati teſtatus eſt à Paulo, quando non Chriſtum ipſe, ſed Chriſti diſcipulos perſequebatur. Atque hunc Dominicç orationis ſenſum Petrus intellexit: ideoque Romam reuerſus, Crucis Martyrio vitam finiuit.

10. Quod Euſtachio videbatur & loquebatur, non autoproſopos Dominus erat: ſed Domini imago. Non tamen fallebat quç dicebat ſe Dominum eſſe: quia imagines rerum ſortiuntur nomina Non erant ſpicæ, quas Pharao dormiens viderat: ſpicas tamen ſe vidiſſe non malè dixit. Non erat autoproſopos, Deus, qui dicebat, *Ego ſum Dominus Deus tuus*: & tamẽ verè dixit, *Ego ſum Dominus Deus tuus*. Exod. 20.

11. Et quia imagini idem, qui prototypo, honor tribuitur: & in ſuis etiam Chriſtus honoratur, ſibique exiſtimat fieri, quod ſuis fit; non mirum, ſi ſe honoratum, dixit à Martyrio; qui honoraſſet, & non contempſiſſet Chriſti q perſonam exhibentem leproſum.

PARS

QVARTA PARS.

De circumſtantijs effectiſque Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

QVarta atque poſtrema parte huius de Chriſti Apparitionibus Imperſonalibus, Tractatus duo potiſſimum reſtant inquirenda, quæ ad pleniorem Apparitionum harum notitiam faciunt vnum ad illarum pertinet circumſtantias, alterum ad effectus ipſas conſequentes, vtrunque breuiſſimè expedimus.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De tribus Circumſtantijs Apparitionum Chriſti imperſonalium; perſonis; temporibus locis.

Nullarum Chriſtus ſingularum habuit rationem in his Apparitionibus.	*Quemadmodum nec harum habuit ſingularem rationem Deus in Apparitionibus Vet. Teſt.*

QVæ de circumſtantijs Diuinarũ Apparitionum Veteris Teſt. dicta ſunt. Cap. 36. libri primi; omnia illa propemodum hic ſeruiunt: ſiue perſonas attendas, quibus noſtrę Appariti[o]nes ſunt factæ: ſiue Tempora & loca quando & vbi factæ. Quocirca pluribus hic haud opus imo vix alijs, quam ibidem allatis eſt opus. 1.

In Perſonis enim hic quemadmodum nec ibi, Dominus rationẽ non videtur habuiſſe, vt certas ſibi deligeret quibus appareret Nõ habuit rationem ſexus vt viris, ita fœminis, ſolutis coniugatiſque ſeſe exhibuit. 2.

AEtatis aliquam ibi rationem videtur habuiſſe, quia, quæ pueris, aut amentibus acciderint, nullæ referuntur Apparitiones Hic vna datur infantulo, in cuius facta, anno 1117 quam ex Dedechino retulimus Theſ. 19. cap. 3. alia enim Brigidæ, decem annorum virgini. Hæc priuatæ perſonæ ſeruiunt: illam ad multorum vtilitatem 3.

voluit valerè Dominus virginis debebatur pietati, hac vehementius mouendi animi mortalium.

4. Profeſsionis fidei etiam non ſemper ratio habita. Quamuis enim fidelibus & Chriſtianis; non ſemper tamen fidelibus & Chriſtianis ſeſe Dominus exhibuit. Sed tamen, qui Chriſtiani atque fideles nõ erant, vt fideles atque Chriſtiani fierent, Apparitione dignabantur vide Caput 3.4.5.

5. Et quoniam non omnes Chriſtianis; factæ ſunt; nec omnes factæ ſunt probis. Neque enim proquibus, non Chriſtianus, ſed & Chriſtianis non probis factæ. Docet id ſuo exemplo is, qui iuſiurandum detulerat illi, quem peieraturum ſciuit, de quo Theſ. 9. Cap. 3.

6. Denique nec conditionis hominum habita ratio. Et priuatarum rerum ſtudioſis, & ad quos aliorum cura pertinebat, factæ ſunt: licet priuatis frequentius, minus frequẽter publicis. Sed & quaſdam priuatis hominibus factas; Dominus voluit prodeſſe pluribus non minus, quam alias publicis conceſſas. Hæc de Perſonis breuiter.

7. Temporis rationem prorſus nullam videtur Dominus habuiſſe ſiue totum attendas, quod à Chriſto ad noſtram ætatem defluxit, ſiue diſcrimina noctis & diei, ſacri, & non ſacri. Omni propemodum tempore aliquot notabis: & quaſdam nocte, quaſdam die, quaſdam ſacro, quaſdam non ſacro accidiſſe.

8. Idem dicendum de loco. Quemadmodum quandocunque Domino placuit, ita vbicunque Domino placuit, Apparitiones notatæ, in campis, in vrbibus: in locis profanis, & Deo conſecratis: in publicis & priuatis. Quoniã, vt omnibus temporibus, ita omnibus locis Dominus, quod ſibi in hiſce Apparitionibus propoſitum fuit potuit exequi.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De triplicibus Effectibus Apparitionum Chriſti Imperſonalium.

Primi ſunt paſsiones atque affectus qui non ſemper fuerunt tremor et trepidatio: ſed aliquando hac aliquando gaudium &c. & quæ vtriuſque cauſa.

Secundi ſunt, effectus paſsionum,

Tertij ſunt dicta, factaq; quæ in Apparitionibus interuenerunt; quæ reſpondent finibus Chriſto propoſitis.

Varij

Digitized by Google

VArij diſtingui poſſunt Effectus Apparitionum Imperſonalium Chriſti Alios ipſa per ſe affert, alios res, quæ in Apparitione dicuntur, aguntur fiunt. Rem docemus exemplo Appparitiones veteris Teſtamenti Apparuit Gedeoni Deus. Iudic. 5 & terrore concutitur ad apparentis aſpectū Vnde, *Heu mihi* ¡nquit, *Domine Deus; quia vidi Angelum Dei facie ad faciē* hunc ipſa Appa ritio affert. Idem poſt, vt admonitus, bellum contra populi Iudaici hoſtes ſuſcepi. Hic effectus orationis in Apparitione habitæ. Eodem ergo modo hic, quorundam ipſa nuda Apparitio eſt cauſa; quorundam, quæ cum Apparitione ſunt coniuncta.

Apparitio ferè paſsionem aliquam atque affectum, quendam animo affert; qui nunc ſolus eſt, nunc cum re aliqua, quam ipſe ſequitur cuius & ipſa Apparitio cauſa dici poteſt. Prioris exemplum eſt in Appartione Dei facta Iacob patriarchæ, Geneſ. 28. qui pauiſſe dicitur quando ſcalam vidit Angelos aſcendentes & deſcendentes, & Dominum ſcalæ innixum poſterioris in alia facta Danieli. cap. 8. qui & pauore correptus eſt, & ex pauore in aliquot dierum morbum incidit.

Ergo triplices Effectus noſtrarum Apparitionum non malè diſtinguemus primos, ſecundos, tertios, primos dicemus, paſsiones ipſas atque affectus: ſecundos, quæ paſsiones ſequuntur, & ab ipſis quaſi afferuntur: tertios quorum dicta factaque in Apparitionibus ſunt cauſa.

In tertijs effectibus magna inquiſitione opus non eſt. Ex finibus, qui Chriſti orationi atque operationi, in his Apparitionibus propoſiti fuerunt illi accipi poſſunt. Quod enim hic Domino mente cogitationeq; fuit propoſitum, id in rem productū, & effectui da tum, effectum non malè dixeris. propterea, quod idem ſit effectus agentis cum fine agentis, & vt Ariſtoteles docet, 2. libro Phyſicorū, *eadem numero cauſa finis & forma.*

Ergò hi effectus in Chriſti Apparitionibus pro finium diuerſitate poſſunt & debent diſtingui, atque vt alij & alij fines Chriſto fuerunt propoſiti, ita alij & alij dicentur effectus. Et quoniam propoſitum fuit in omnibus, vt Chriſtus agnoſceretur, agnoſceretur eius prouidentia, qua ſuorum curam gerit, bonitas & clementia, qua hominum ſalutem quærit: iuſtitia, qua peccatum vindicat: rurſus, vt homines peccata ſugiant, iuſtitiam ſectentur, ſtudiorum atque pietatis etiam hic fructum ſentiant, &c. idcircò hæc in hominibus, atque apud homines ex hiſce diuinis Apparitionibus ſecuta effectus ipſarum erunt Apparitionum.

Digitized by Google

9. Ad hos,qui finibus agentis,id eſt Chriſti apparentis,reſpondent effectus,alij accedunt,qui ſunt mediorum,quoniam enim qui finē intendit,media non negligit,ſicut agentibus effecti & obtenti fines ita effecta media tribuuntur Quæ & ipſa in his Apparitionibus varia ſunt, optimequè agentibus, tanquam effectus ſuis cauſis tribuuntur.

Effectus,qui finibus reſpondent,ſi ſæpè non ſemper conſequū. tur Apparitiones noſtræ diuinæ (plerunque qui ſunt mediorum.) Nec mirum hoc Quia & voluntarium agens eſt Dominus, qui hic agere dicitur,& voluntarium q patiens,homo Itaque ſecuti Deus apparere potuit & nō potuit,ita per homines ſtetit vt effectus hos

8. Apparitio conſequeretur.

Sæpius nihilominus ſecuti ſunt, & ſæpius in hominibus quod his apparitionibus Dominus voluit eſſe aſſecutus Hoc quia facilè obſeruauit, qui cogitatione datas à nobis Apparitiones reuoluet, pluribus hic demonſtrandum non erit.

9. Secundorum effectuum,vt vocauimus,multa exempla dederūt Apparitiones Veteris Teſtamenti docet hoc cap. 20. lib. 3. Apparitionum Diuinarum Vet. Teſt Noſtræ pauca,quod rarius in his Apparitionibus motus illi,affectus atque paſsiones,ex quibus illi ſolent ſequi,mortalibus,quibus Chriſtus apparuit,ſint allata.

10. Quocirca &, noſtræ Apparitiones à Veteris Teſtamenti etiam primis illis effectibus differunt,quod ſcilicet, noſtræ non ita frequenter timorem trepidationemque attulerint vt illæ. Quam enim inter tam multas Noui Teſtamenti quas retulimus.cap 3.4.5 ſunt paucæ,quibus mortales ſunt perturbati?

11. In quibuſdam tamen hi modus deſiderati non ſunt.Nam obſtupuiſſe dicitur ad inſolitam viſionem,& vocem Euſtachius Martyr, quando Chriſtum ſub forma Crucifixi inter cerui cornua ſuſpenſum hanc audiuit dare vocem: *Quid me perſequeris?* Et Fridericus Magdedurgenſis Canonicus vehementer commotus eſt viſione, in qua præſente Domino ſupplicium ſumptum eſt de Vdone. Sic plurimi mortalium territi,& perculſi, anno Domini 419. quando in nubibus viderunt Chriſtum ſuper montem Oliueti.

12. In alijs non hi,tremor inquam,& trepitatio ſed contrarij quaſi motus obſeruati fuerunt; gaudium ſcilicet, voluptas, conſolatio, quam non leuem quidam ex Chriſti apparentis conſpectu ceperūt qui quidem apud eos maximè locum habuiſſe videntur, quorum aut frequens cum Chriſto fuit,per orationis & meditationis ſtudium,occupatio,aut exercebatur patientia in carceribus & tormentis, quæ

quæ pro Chriſti nomine ſuſtinebant prioris, egregium exemplum 13.
præbet Triatilla poſterioris S. Barbara.

Hic iam triplex quæſtio eſt Prima, cur non ita frequēter tremor ac trepidatio hiſce filij Dei Apparitionibus, hominibus ſint allata vt allata ſunt illis Dei, in veteri Teſtamento. Altera, cur ſæpè contrarij motus allati & gaudium atque conſolationem ſenſerint, qui Apparitionibus dignarentur. Tertia, cur in quibuſdā etiam priores motus obſeruati. Ad has, vbi breuiter fuerit reſponſum, Capiti 14.
atque Diſputationi finem imponemus.

Ergo primū illud Conditio nouæ legis quaſi poſtulare videtur quam longè aliam eſſe à veteris omnes norunt. Illa erat ſeruitutis. (ad Gal. 4.) in eademq; Deus Opt. Max eam cupiebat hominum eſſe mentem, vt ſe timerent, quemadmodum dicitur Deut. 4. cap. At nouo noſtra gratiæ eſt cupitque Dominus apud ſuos amorem potius eſſe quam timorem. Itaque ibi ea forma atque maieſtate ſe ple- 15.
runque exhibuit, quæ timorem incuteret, hic gratia & amabili qua mortales recrearentur, & afficerentur.

Deinde plerǫque ex Apparitionibus noſtris ijs ſunt conceſſæ, quorum continua quaſi, per orationem atque meditationem, cum Chriſto fuit occupatio. Quid verò mirum, ſi præſentia Domini illis terrorem non attulerit? Si enim Dominum in Apparitionibus Imaginarijs atque Intellectualibus poſtea apparentem habuerunt, vix à prioribus cogitationibus habuerunt: ſi oculis corporeis, per Apparitionem viſibilem conſpexerunt, perturbari multum non potuerunt, quoniam multum terret oculis obiectum corporali- 16.
bus, in cuius contemplatione cum voluptate occupati fuerunt mentis interni oculi.

Præterea quod ardenter petimus, illud ſi voti efficiamur compotes minimè nos perturbare ſolet, quin potius recreare atque mirifice afficere At quot Apparitiones hæ petentibus ſunt conceſſæ? Et ſi quidam ipſas non petiuerunt, ſed Chriſti tantum auxilium ſibi præſto eſſe poſtulauerunt (vt credibile eſt petijſſe plures in ſummis difficultatibus conſtitutos) ij quoque inſolita Apparitione perturbari non potuerunt, propterea quod ſuas orationes efficaces fuiſſe 17.
cognoſcerent; & præſentiſsimum ſibi auxilium Chriſti præſentia pollicerentur.

Hinc ad ſecundam Quæſtionem facilis eſt reſponſio. Conſolationem multis attulerunt, & gaudium hæ Apparitiones, quod intelligerent conceſſæ, vel quia petitæ, vel pro auxilio, vel loco alicuius mercedis atque retributionis, qua piorum ſtudia Dominus ſolet

remunerare. An verò poteſt quisnon gaudere & lætitia perfrui, ſi voti ſui fiat compos? ſi auxilium ipſi diuinitus conferatur? ſi mercedem accipiat pietatis? intelligatque ſua ſtudia placere Deo?

18. Interim tamen (hoc tertiæ Quæſtioni ſeruit) quoſdam terruerũt hę Apparitiones, quemadmodum exemplis aliquot eſt demonſtratũ. Id verò ex cauſa triplici accidiſſe videtur: vel ratione inſolitæ formæ, qua Dominus apparuit: vel horrendi effectus, qui cum Apparitione fuit coniunctus. vel opinione inſtantis mali, quod Apparitio allatura credebatur. Primum illud locum habuit in Apparitione Euſtachio facta: alterum in illa, quam vidit Fredericus Magdeburgenſis. tertium attulit illa qua ſuper montem Olíueti, tanquam Iudex apparuit Dominus circa annum Donini 4.1.9.

Aliæ cauſæ eſſe poſſunt, ob quas etiam terrorem hæ Apparitiones afferre potuerunt, Sic aliæ eſſe poſſunt, ob quas quidam voluptatem acceperunt. Et aliæ denique, quare nullus terror, allatus. Sed hos ex allatis à nobis exemplis collegimus, alij alias notabunt. Plura de his effectibus habet finis lib. 3. de diuinis Vet. Teſt. Apparitionibus.

FINIS.